Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
150
B
24
POLIS

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
B
24
NAPOLI

Digitized by Google

~~102 fa 93~~

Digitized by Google

Digitized by Google

D. THOMAS ITTIGIUS,

Th. P. P. Canonicus Misenensis, Consist. & Fac. Theolog. Assess. ad D. Nicol. Pastor, & Diœceseos Lipsi. Superintendens.

Romstet sculpsit.

Digitized by Google

D. THOMÆ ITTIGII

De

BIBLIOTHECIS

ET

CATENIS

PATRUM,

Variisque veterum Scriptorum
Eccleſiaſticorum collectionibus

Baſileenſibus, Tigurinis, Pariſienſibus, Colonienſibus, Lugdunenſibus, Leidenſibus, Ingolſtadienſibus, Antverpienſibus, Romanis, Venetis, Mediolanenſi, Moguntinis, Boni-Fontis, Inſulana, Divionenſi, Rotomagenſi, Toloſana, Londinenſibus, Dublinienſi, Oxonienſi, Lovanienſibus, Trajectenſi, Genevenſibus, Hamburgenſibus, Cygneis, Lipſienſibus, & aliis

TRACTATUS

Variis obſervationibus & animadverſionibus refertus.

LIPSIÆ, 1°.

Sumptib. Hæred. FRIDERICI LANKISII.

ANNO MDCCVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

Reverendo & Clarissimo

DN. GUILIELMO CAVE,

S. Theol. Professori

&

Canonico Windesorienſi,

magno Ecclesiæ Anglicanæ totiusque orbis literati ornamento,

&

Vivæ Patrum Bibliothecæ,

hunc de bibliothecis Patrum tractatum

qua par est reverentia consecrat,

Celeberrimo ipsius Nomini

addictissimus

D. THOMAS ITTIGIUS.

Digitized by Google

VIginti pæne elapſi ſunt anni, FAUTOR PLURIMUM HONORANDE, cum Viro Amplisſimo L. Ottone Menckenio, quem præmatura morte nobis ereptum nunc dolemus, conciliantis partes agente amicitiæ vinculum noſtros utriusque animos conjunxit, quod reciproco literarum officio usque adeo firmatum & quaſi conglutinatum eſt, ut in hunc usque diem ſolvi non potuerit

tuerit. Sane doctiſſimus Juvenis, qui ſuperiore anno

- - *toto diviſos orbe Britannos*

adiit, measque literas venerandis manibus Tuis obtulit, Te mei non immemorem vivere nec exigua valetudinis meæ cauſa ſolicitudine affici mihi renunciavit, & quantum humanitatis ipſi exhibueris, cum Te meo nomine ſalutaſſet, prædicare ſatis non potuit. Quin etiam in publicis ſcriptis Amici Tui titulo me dignatus es, de quo honore impenſe mihi gratulor, idque tanto magis quanto

Digitized by Google

major eſt apud omnes & pietatis Tuæ cæterarumque virtutum, & immenſæ eruditionis admiratio, de qua vel ſolum Hiſtoriæ Tuæ Literariæ inſigne opus, cujus utrumque tomum ex liberalitate Tua poſſideo, teſtari poterit, quod in rebus ad Scriptores eccleſiaſticos eorumque monumenta ſpectantibus oraculi inſtar conſulo, & ſtudioſæ Juventuti præ omnibus aliis ſcriptis in hoc genere editis quam diligentiſſime commendare ſoleo. Cum vero TE, *Vir Celeberrime & de Re-*

Republica literaria immortaliter merite, in hoc incomparabili doctrinæ ecclesiasticæ thesauro denuo novis observationibus locupletando jam occupatum sciam, omnesque, quibus Patrum notitia & historia ecclesiastica in pretio aliquo est, novam hanc editionem avide expectent magno cum applausu eandem excepturi, in publicum peccarem, si TE epistola mea longius morarer. Id ergo tantum rogo, ut hunc meum tractatum, quem Magno Tuo Nomini

Digitized by Google

nuncupare auſus ſum, pro eo, quo me hactenus proſecutus es affectu benevola manu & mente accipias, & me, ſicubi hallucinatum deprehenderis, amice moneas, Tuæque amicitiæ ulterius commendatum habeas. DEUS autem TE ſervet, & conſtantem corporis animique vigorem TIBI conferat, ut non ſolum quæ affecta habes feliciter abſolvere, ſed multa alia quoque ingenii Tui monumenta in lucem publicam edere valeas!

Scripſi Lipſiæ d. 13. Maji
A. C. 1707.

L. B. S.

L. B. S.

MUltorum Patrum opera ſeparatim edita proſtare, neminem latere poteſt, qui qualemcunque Scriptorum eccleſiaſticorum notitiam ſibi comparavit. Nam, ut ſaltem præcipuos priorum ſeculorum Patres, quorum ſcripta ſeparatim prodierunt, aut unum tantum e Patribus comitem ſibi adjunctum habent, paucis recenſeam, BARNABAE *epiſtolam catholicam* Menardus, & quidem non Claudius Menardus, ut Iſaacus Voſſius in ſua ad Barnabæ epiſtolam præfatione ex memoriæ lapſu aſſerit, cujus oſcitantia & alios oſcitantes fecit, ſed Hugo Menardus Benedictinus e congregatione S. Mauri Monachus Pariſiis 1645. cum notis ſuis edidit, ſeu potius fœtum hunc poſthumum Lucæ Da-

Digitized by Google

cherio ordinis ſui ſocio in lucem producendum reliquit. Editionem autem illam non latinam tantum eſſe, quæ Philippi Labbei de Scriptoribus eccleſiaſticis T. I. p. 503. eſt hallucinatio, ſed græcam & latinam, ipſa ejus inſpectio quemlibet docere poteſt. Eandem Barnabæ epiſtolam Iſaacus Voſſius paulo ante nominatus Amſtelodami A. 1646. notis ſuis illuſtratam ſimul cum Ignatii epiſtolis vulgavit, quam editionem Helmſtadii An. 1655. Joachimus Johannes Maderus omiſſis tamen Ignatii epiſtolis repetiit, quemadmodum & Placidus Puccinellus A. 1649. Voſſianam editionem, omiſſo tamen græco textu, ſecutus eſt, quod ex actis Sanctorum Junii Tom. II. p. 458. didici, cum aliâs qui noſtra ætate ex inſtituto de Scriptoribus eccleſiaſticis egerunt, nullam hujus editionis mentionem faciant, & Gregorius quoque Letus, dum in Italia ſua regnante part. III. p. 505. Puccinelli ſcripta recenſet,

Barna-

Digitized by Google

Barnabæ epiſtolam ab eo editam non referat, ſed tantum vitam Barnabæ Italice a Puccinello ſcriptam memoret, niſi forte huic Barnabæ vitæ ejus epiſtola latine adjuncta fuerit. Sed miſſa hac Puccinelli, quæ in Italia prodiit, editione Anglicanam potius addimus, quæ Oxonii e theatro Sheldoniano A. 1685. brevibus quibusdam ſcholiis illuſtrata ſimul cum Hermæ Paſtore lucem publicam aſpexit.

Dionysii Pſeudo-Areopagitae *opera* latine ex Variorum verſione & cum Variorum commentariis, variis in locis, imprimis vero Argentorati, Coloniæ, & Pariſiis prodierunt. Græca eorundem editio Baſileæ, Venetiis & Pariſiis apud Morellium procurata fuit. Tandem editiones latinas & Græcas etiam græco-latinæ excepe-runt, quarum unam Pariſiis An. 1615. Petrus Lanſſelius, alteram Antverpiæ An. 1644. Balthaſar Corderius eniſus eſt; ut Pariſienſem editionem anni

1644.

Digitized by Google

1644. cui Chaumontii defenlio Areopagitæ acceſſit, taceamus. *Liber* ejusdem *de myſtica Theologia*, in qua ipſum plus platonizaſſe quam chriſtianizaſſe Lutherus invita quidem Sorbana, at non invita veritate cenſuit, Auguſtæ Vindelicorum An. 1519. cum triplici verſione, Abbatis Vercellenſis extractione, & Eckii commentario vulgatus eſt. Eundem librum interpretatione ſua, paraphraſi & commentariis Lutetiæ Pariſ. A. 1626. illuſtravit Carolus Herſentius. Eundem librum una cum *libro de divinis nominibus* græce & latine Venetiis A. 1538. per Ficinum prodiiſſe bibliotheca Barberina prodit. *Librum* quoque *de eccleſiaſtica hierarchia* cum Latina verſione Baſileæ A. 1539. prodiiſſe Nourry in apparatu ſuo docet p. 206. nov. edit.

CLEMENTIS ROMANI *epiſtolam priorem ad Corinthios* græce & latine, & *poſterioris fragmentum* græce tantum Oxonii A. 1633. cum notis ad priorem epiſto-

Digitized by

epiſtolam publicavit Patricius Junius. Oxonienſem hanc editionem imitatur Helmſtadienſis anni 1654. a Madero vulgata, qui præfationem apologeticam, & nonnulla Conringii & aliorum doctorum Virorum judicia adiecit. Secutæ ſunt harum epiſtolarum Oxonienſes cum ſcholiis Johannis Fell Epiſcopi Oxonienſis A. 1669. & A. 1677. item Londinenſis A. 1687. quam Paulo Colomeſio debemus. Et in his poſtremis editionibus etiam fragmento poſterioris epiſtolæ latina verſio adjecta eſt, quæ in Junii & Maderi editionibus deſideratur. *Conſtitutiones Apoſtolicas* Clementi Romano vulgo tributas Johannes Carolus Bovius Venetiis A. 1563. ex officina Jordani Zileti, cum ſuis notis prodire juſſit. Eodem anno, & in eadem urbe, & ex eadem officina Franciſcus Turrianus Conſtitutiones Apoſtolicas græce edidit, quibus etiam græca prolegomena præmiſit, & græca ſcholia ſubjunxit. Poſtea idem Turrianus

Digitized by Google

rianus has conſtitutiones nova latina verſione a ſe donatas, & tam prolixa præfatione quam ſcholiis ſuis & explanationibus apologeticis illuſtratas Antverpiæ A. C. 1578. Plantinianis typis imprimendas dedit. Impreſſa etiam ſunt Pariſiis 1568. *omnia Clementis Romani* opera, quæ tunc haberi potuerunt, nempe Recognitionum libri, canones Apoſtolici, Conſtitutiones Apoſtolicæ, epiſtolæ decretales, & epitome geſtorum Petri, quæ tamen editio forte rectius ad bibliothecas Patrum, quam ad ſeparatas Patrum, de quibus nunc agimus, editiones referri poſſet, cum multæ Variorum epiſtolæ aliaque monumenta his Clementis operibus adjuncta reperiantur, quam ob cauſam etiam Clementis Recognitiones a Sichardo editas bibliothecis Patrum annumeravimus.

HERMAE *Paſtorem* ſeu tractatum tripartitum, cujus liber primus 4. viſiones complectens Eccleſiæ nomine inſigni-

ignitur, ſecundus 12. mandata conti-
ens ſpecialiter Paſtoris nomine gau-
let, & tertius a 10. ſimilitudinibus, quas
omprehendit, ſimilitudinum nomen
iactus eſt, in Hæreſeologia ſeu colle-
tione illa Scriptorum eccleſiaſtico-
um, quam Joh. Heroldus ſub titulo
Iæreſeologiæ Baſileæ 1556. edidit, legi
abbeus de Scriptoribus eccleſ. Tom.
p. 430. & ab eo deceptus Nourry in
pparatu Tom. I. p. 115. vel novæ edit.
. 61. aſſerunt. Quod quam falſum
t videbit, quisquis in hoc tractatu no-
ro de Bibliothecis PP. perlegere vo-
ierit, quos autores Heroldus in ſua
æreſeologia ediderit. Sed hæc obi-
r. Nunc enim agimus de ſeparatis
atrum editionibus. Separatim ergo
ermæ Paſtor editus eſt Pariſiis 1513. a
cobo Fabro Stapulenſi, & Argentora-
a Nicolao (non Herbelio, ut Nourry
utraque ſui apparatus editione eum
ominat, ſed) Gerbelio, qui librum
inc pluribus ſeculis ignotum ſua æta-

Digitized by Google

te e tenebris revocatum gaudet. Habemus autem hunc Autorem, quem non obstantibus absurdis fabulis & anilibus deliriis Mystici nostri in deliciis habent, tantum ex versione latina: Græcus enim textus temporum injuria pridem intercidit. Interim Græci textus fragmenta diligenter collegit in Patribus suis Cotelerius, cui aliquid superaddere conatur Grabius in Spicilegio Tom. I. p. 303. quod tamen operæ pretium non videtur. Majoris momenti sunt, quæ adduci possent ex Pseudo-Athanasii doctrina ad Antiochum Ducem, quam Benedictini in nova operum Athanasii editione 1698. antea inéditam Tom. II. p. 251. ediderunt. Illa enim magnam partem Pastoris Hermæ græce exhibet. Nam duodecim mandata, quæ Athanasius Antiocho in hoc tractatu tradit, nihil aliud sunt, quam 12. mandata, quæ libro 2. Hermæ continentur, etsi non integra semper referantur. Præterea magna & prolixa visio

o Antiochi, quæ in hoc opuſculo oc-
urrit, ex Hermæ libro ad verbum de-
umta eſt, ut alia, quæ hinc inde Pſeu-
lo-Athanaſius ex Herma mutuatus eſt,
aceamus. Cæterum Hermam etiam
:um epiſtola Barnabæ Oxonii A. 1685.
rodiiſſe jam ſupra indicavimus.

IGNATII *epiſtolas*, ne de latinis edi-
ionibus jam aliquid dicamus, primus
ræce edidit Valentinus Hartung Frid.
ive Paceus, Dillingæ 1557. Græce &
atine Ignatii epiſtolas edidit Hierony-
nus Vairlenius Sylvius, quem Viri qui-
lam docti plagii accuſant, quaſi verſio-
iem ſuam ex Grynæi monumentis or-
hodoxographis verbotenus exſcripſis-
et. Cujus rei cauſa eſt, quod Viri illi
locti priorem Vairlenii editionem, quæ
A. 1566. triennio ante Grynæi monu-
nenta orthodoxographa emiſſa eſt, co-
nitam non habuerunt, ſed tantum ſe-
undam, quæ Antverpiæ A. 1572. trien-
io poſt Grynæi monumenta orthodo-
ographa prodiit. Aliam græco-lati-

Digitized by Google

nam epiſtolarum Ignatii editionem debemus Martiali Mæſtræo, qui & notas ſuas addidit Pariſ. A. 1608. aliam item Nicolao Vedelio, qui A. 1623. Genevæ Ignatii epiſtolas denuo imprimi curavit, latinam Mæſtræi verſionem emendavit, & duodecim exercitationes, nec non prolegomena de autoritate epiſtolarum Ignatii, & notas ſuas adjecit. Omnium autem optime de Ignatii epiſtolis meruerunt Uſſerius & Voſſius, quippe qui genuinas Ignatii epiſtolas ab interpolatis & interpolatas a plane ſpuriis diſtinxerunt. Et Jacobus quidem Uſſerius veterem epiſtolarum Ignatii verſionem latinam ſinceriorem ex duobus MSCtis in Anglia repertis vulgavit Oxoniæ A. 1642. Deinde ibidem A. 1644. epiſtolas Ignatii cum Verſione latina vulgata notisque ſuis & eruditis prolegomenis publici juris fecit. Quin etiam Londini 1647. in appendice Ignatii genuinas Ignatii epiſtolas græce edidit, & nova verſione latina

tina donavit. Iſaacus autem Voſſius Ignatii epiſtolas genuinas, interpolatas & ſpurias Amſtelodami A. 1646. una cum Barnabæ epiſtola in lucem publicam emiſit, & notis ſuis illuſtravit.

POLYCARPI *epiſtolam ad Philippenſes* ſimul cum epiſtolis Ignatii Uſſerius Oxoniæ A. 1644. græce & latine publici juris fecit. Eandem ſimul cum martyrio Polycarpi Helmſtadii A. 1653. prodire juſſit Maderus, qui etiam ſuas in Polycarpi martyrium, & aliorum in Polycarpi epiſtolam notas adjecit. Nulla autem eſt inter editiones Polycarpi, ſive ſeparatim ſive in Patrum bibliothecis editas, in qua græci textus lacuna ſuppleatur. Clariſſimus enim Polyhiſtor, qui aliquando ſuſpicabatur Cotelerium in ſuis Patribus Apoſtolicis defectum hunc ſuppleviſſe, a Natali Alexandro ſe decipi paſſus eſt, qui in hiſtoria ſua eccleſiaſtica tradit, integram Polycarpi epiſtolam a Cotelerio editam haberi, forte Smyrnenſis eccleſiæ epiſtolam

de martyrio Polycarpi cum Polycarpi ad Philippenſes epiſtola confundens.

JUSTINI MARTYRIS (quem cum Juſtino Hiſtorico Trogi epitomatore Martinus Polonus in Chronico p. 44. turpiter confundit) *opera* græce Pariſiis A. 1551. edidit Robertus Stephanus, qua editione continentur 1. Epiſtola ad Zenam & Serenum. 2. Paræneſis ad Græcos. 3. Dialogus cum Tryphone Judæo, quem ego neque cum nonnemine pſeudepigraphum, neque cum Jeſuita Harduino unicum ex omnibus Juſtini operibus genuinum fœtum eſſe dixerim. 4. Apologia prima, quæ rectius ſecunda diceretur. 5. Apologia ſecunda, quæ primo loco poni debuiſſet. 6. De Monarchia. 7. Expoſitio fidei, quam etſi a Curcellæo nimis vilipendi ægre ferat Mareſius in diſſert. de voc. Trinit. & ſimil. p. 14. & Dannhauerus Juſtino non indignam, neque ætati ejus incongruam judicet in ſtyl. vindic. p. 201. idem tamen Dannhauerus

in

in Chriſteide ſuſpectis Juſtini operibus annumerat, & Wellerus in refutatione anatomiæ Maſſonianæ Neſtoriani alicujus autoris ſcriptum eſſe cenſet; Dodwellus autem in diſſert. ad Irenæum a Juſtino Siculo circa finem ſeculi 5. ſcriptam ſuſpicatur. 8. Everſio quorundam Ariſtotelis dogmatum. 9. Quæſtiones ad Græcos cum eorum reſponſione & reſponſionis refutatione. 10. Reſponſiones ad Orthodoxos de quæſtionibus quibusdam neceſſariis. 11. Quæſtiones Græcorum ad Chriſtianos de incorporeo, & de Deo, & de reſurrectione mortuorum, cum reſponſionibus Chriſtianorum ad iſtas quæſtiones. Latine Juſtini opera ediderunt Joachimus Perionius Pariſ. 1554. Sigismundus Gelenius Baſileæ 1555. qui tamen verſioni ſuæ immortuus viro cuidam docto poſtremos libros transferendos reliquit, & Johannes Langus, qui cum animadverteret Perionium non tantam diligentiam in Juſtino

transferendo, quantam in nonnullis Ariſtotelis Scriptis terſius interpretandis poſuiſſe, Gelenium autem verſionem ſuam forte in gratiam typographi, aut etiam inſtantis mortis cauſa nimis acceleraſſe, novam operum Juſtini verſionem Baſileæ apud Frobenios fratres A. 1565. publicavit, quæ editio in tres tomos diſtingvitur, & uberrimis notis illuſtratur. Et primo quidem tomo poſt geminam Juſtini apologiam & librum de Monarchia etiam Athenagoræ pro Chriſtianis apologia inſerta eſt. Multa autem in Langianis notis curiæ Romanæ diſplicuerunt, ideoque in expurgatoriis indicibus expungi jubentur. Imprimis vero offendunt Pontificios, quæ Langus in notis ad apolog. 2. Juſtini de euchariſtia prolixe diſſerit, unde omnem illum diſcurſum a p. 179. usque ad p. 199. Index Hiſpanicus p. 360. deleri jubet. Inter græco-latinas operum Juſtini editiones prima eſt, quæ Heidelbergæ A. 1593. ex officina Commeliniana

ná cum variis lectionibus & emendationibus Friderici Sylburgii prodiit. Reliquæ græco latinæ editiones Juſtini huc non pertinent, cum alios Patres Juſtino adjunctos habeant, quos in hoc tractatu p. 419. nominavi, ubi editionem Juſtini a Pariſienſibus A. 1636. procuratam recenſui. Nunc tantum addo, etiam A. 1615. eandem Juſtini aliorumque Patrum collectionem Pariſiis prodiiſſe, nec minus ante aliquot annos in Germania repetitam fuiſſe. Juſtini *librum de quorundam Ariſtotelis dogmatum e verſione* Guilielmus Poſtellus ex verſione ſua latina Pariſiis A. 1552. edidit. *Epiſtolam ad Diognetum* Henricus Stephanus primum evulgavit, quam non Juſtini ætate, ſed ante excidii Hieroſolymitani tempora ſcriptam eſſe Tillemontius in hiſtor. Imperat. Tom. I. P. 2. p. 1035. ſuſpicatur, cum Autor hujus epiſtolæ indicet, Judæos adhuc ſua ætate victimarum ſangvinem Deo obtuliſſe. Simul autem cum epi-

Digitized by Google

ſtola ad Diognetum Henricus Stephanus edidit etiam Juſtini *orationem ad Græcos*, diverſam a paræneſi ad Græcos, quam Robertus Stephanus inter Juſtini opera ediderat. Unde jam in recentioribus Juſtini editionibus duæ orationes contra Græcos comparent, cum in antiquioribus una tantum extitiſſet. Juſtini *apologiam pro Chriſtianis ad Imperatorem Antoninum*, quæ vulgo ſecunda dici ſolet, revera autem prima eſt, cum Johannis Langi verſione, & notis Roberti & Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Scaligeri, Halloixii, Caſauboni, Montacutii, Grotii, Salmaſii, Valeſii, Corelerii, nec non cum Langi præfatione & ejusdem ac Kortholti annotationibus Oxonii edidit A. 1700. Johan. Erneſtus Grabe. Juſtini *apologiam ſecundam*, quæ prima vulgo dici, & in operibus Juſtini præponi ſolet, nec non *paræneſin ad Græcos*, & alteram *orationem ad Græcos*, quam ab Henrico Stephano primum editam dixi-

diximus, ut & *librum de Monarchia* cum Variorum annotationibus Oxoniæ A. 1703. edidit H. Hutchin.

TATIANI *orationem ad Græcos* ex vetuſtis exemplaribus recenſuit, ſuisque & aliorum notis illuſtratam græce & latine Oxoniæ e theatro Sheldoniano A. C. 1700. edidit Wilhelmus Worth. Adjecta eſt ad calcem Viri cujusdam docti, qui nomen ſuum ſupprimi voluit, diſſertatio in Tatianum. Alium quendam Tatiani librum adverſus Græcos pro fide Chriſtiana MSCtum in bibliotheca Cœnobii cujusdam Bononienſis vidiſſe ſe refert Poſſevinus in apparatu Tom. II. p. 449. ubi etiam extrema verba illius tractatus exhibet. Verum ex illis ipſis verbis Poſſevinus cognoſcere potuiſſet, librum illum Tatiani ab ejus oratione ad Græcos minimè differre, quem Poſſevini errorem notavit Allatius in notis ad Euſtathium p. 83.

THEOPHILI ANTIOCHENI Epiſcopi

ſcopi *libros tres ad Autolycum*, in quibus Chriſtiana religio adverſus calumnias gentilium defenditur, cum in variis Patrum bibliothecis hactenus editi fuiſſent, ſeparatim Oxoniæ An. 1684. e theatro Sheldoniano doctus quidam Anglus edidit, qui græcum textum ex MSCto Bodlejano emendavit, verſionem latinam, ubi græco textui eam minus reſpondere deprehendit, correxit, & brevibus quibusdam ſcholiis hunc Autorem illuſtravit.

ATHENAGORÆ (quem B. Calovius in Theologia naturali & revelata p. 44. ex memoriæ lapſu S. Ignatii in Antiochena eccleſia ſucceſſorem appellat,) *apologiam pro Chriſtianis* græce & latine ex verſione Conradi Geſneri cum ejusdem Geſneri annotationibus, nec non ejusdem Athenagoræ *tractatum de reſurrectione mortuorum* itidem græce & latine ex verſione Petri Nannii A. 1557. ex officina ſua emiſit Henricus Stephanus, qui etiam ſuas ad utrumque

que Athenagoræ tractatum annotationes ad calcem adjecit. Eadem Athenagoræ opuſcula Oxoniæ An. 1682. e theatro Sheldoniano prodierunt. Lipſiæ quoque Adamus Rechenbergius Græcæ quondam literaturæ nunc Theologiæ in celeberrima hac Academia Profeſſor Athenagoræ apologiam A. 1684. & tractatum de reſurrectione mortuorum An. 1685. græce & latine cum notis textui ſubjectis publicavit, ut alias gemini hujus opuſculi editiones taceamus. Si quis autem ſibi perſvadeat forte aliquando Athenagoræ tractatum περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν, quod opus in Geſneriana bibliotheca latere Sculletus in medulla Patrum Tom. I. p. 59. & alii ex male intellectis Geſneri verbis ſomniarunt, in lucem protractum iri, deceptum ſe ſentiet, cum Geſnerus non Athenagoræ ſed Antonini Pii libros περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν in epiſtola ad Bullingerum, quam apologiæ Athenagoræ latine a ſe verſæ præmiſit, penes ſe extare dicat.

IRENÆI

IRENÆI Lugdunenſis Epiſcopi *libros quinque adverſus hæreſes* Eraſmus Roterodamus ex Frobeniana officina Baſileæ A. 1526. in lucem publicam emiſit, quæ editio etiam A. 1534. & forte ſæpius repetita eſt. Idem Irenæi opus Nicolaus Gallaſius apud Johannem le Preux & Johannem Parvum A. 1570. vulgavit, qui græca, quæ reperiri potuerunt, fragmenta veteri latinæ Irenæi verſioni adjecit, & annotationes ſuas in hunc Scriptorem addidit. Eodem fere tempore nempe A. 1571. Johannes Jacobus Grynæus Irenæi libros recognovit, & Baſileenſibus Epiſcopiorum typis imprimendos dedit. Imprimis vero Irenæo edendo multum operæ impendit Franciſcus Feuardentius, quæ editio Pariſiis & Coloniæ ſæpius iterata fuit. Mihi ad manus eſt Pariſienſis anni 1675. in qua longe major fragmentorum Irenæi apparatus, quam in Gallaſii editione comparet, Jacobi Billii & Frontonis Ducæi ſcholia ad priora 18.

libri

libri primi capita, & Feuardentii in totum Irenæum annotationes magna parte auctæ exhibentur, fragmenta ex aliis Irenæi libris cum Feuardentii notis adduntur, ut de fragmentis Irenæi ad calcem totius editionis additis nihil dicamus. Imprimis vero de Feuardentii editionibus obſervandum eſt, quod in illis ad librum 5. Irenæi quinque ultima capita addita fuerint, quæ in Eraſmi, Gallaſii, & Grynæi editionibus deſiderantur. Noviſſime Johannes Erneſtus Grabe Oxoniæ 1702. e theatro Sheldoniano Irenæi opus contra hæreſes ita edidit, ut textus græci partem haud exiguam reſtituerit, latinam verſionem antiquiſſimam emendaverit, omniaque Variorum & ſuis notis illuſtraverit.

Pſeudo-HEGESIPPI *libri 5. de excidio Hieroſolymitano* ſæpius latine prodierunt. Mihi ad manus eſt editio, quæ A. 1523. ex Jodoci Badii Aſcenſii officina prodiit, in cujus titulo S. Ambroſius

Digitized by Google

broſius Mediolanenſis pro latino horum librorum interprete venditatur; de qua ſententia in prolegomenis noſtris ad Joſephum plura diximus, ubi & de ipſo Hegeſippo prolixius egimus.

HERMIÆ *irriſionem Philoſophorum gentilium*, ſimul cum Cydonii oratione de contemnenda morte, ex Fuggeri bibliotheca deſcriptam græce & latine Baſileæ A. 1553. edidit Raphael Seilerus. Eundem Hermiæ tractatum ſimul cum Tatiani oratione ad Græcos ſupra memorata, Oxoniæ A. 1700. vulgavit Wilhelmus Worth.

CLEMENTIS ALEXANDRINI *opera* græce Petrus Victorius Florentiæ A. 1550. edidit, cujus editionis ſeriem in præfatione ad ſupplementum Clementis Alexandrini, quod ante ſeptennium in lucem publicam emiſi, exhibui, ubi & latinam, quæ Florentiæ A. 1551. partim ex Gentiani Herveti, partim ex Cyriaci Strozzæ verſione prodiit, & alias latinas, quæ ſolum Hervetum interpretem

tem agnoſcunt, & græco-latinas cum Danielis Heinſii & Friderici Sylburgii annotationibus Lugduni Batavorum 1616. & ſæpius Pariſiis, & noviſſime in Germania Coloniæ, quod nomen titulus mentitur, excuſas memoravi. *Libellus: quis dives ſalvus ſit*, item *adumbrationes in epiſtolas quasdam catholicas*, quæ latine tantum extant, additis etiam nonnullis, quæ apud varios Autores ex variis Clementis Alexandrini ſcriptis ſervata ſunt, fragmentis cura Johannis Felli Oxonienſis Epiſcopi Oxoniæ A. 1683. prodierunt. Eadem Clementis opuſcula Lipſiæ A. 1700. additis Combefiſii notis in libellum de divitum ſalute, & nonnullis Clementis Alexandrini fragmentis in Oxonienſi editione omiſſis, in ſupplemento operum Clementis Alexandrini iterum imprimi curavi. Et jam pridem quidem etiam novum ſupplementum operum Clementis Alexandrini animo concepi. Cum enim ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς

τολικῆς καλυμένης διδασκαλίας κ τὰς Ὀυαλεντίνυ χρόνυς ἐπιτομή; item ἐκ τῶν προφητικῶν ἐκλογαί, in latinis Clementis Alexandrini editionibus plane desiderentur, in græcis autem & græco-latinis græce tantum extent, latinam horum Theodoti excerptorum versionem in altero supplemento ex interpretatione Franciſci Combefiſii exhibere volui. Et quidem ad posteriorem horum excerptorum partem quantum attinet, nempe Propheticas eclogas, eam ex Combefiſii auctario noviſſimo BB. PP. græco-latino depromere poteram. Prioris autem partis versionem itidem a Combefiſio factam & hactenus ineditam humaniſſime mihi communicavit Dn. D. Joh. Albertus Fabricius, qui ejus apographum ex Bibliotheca PP. Dominicanorum Pariſienſi descriptum Amici alicujus beneficio acceperat. Sed alia negotia hactenus hoc propoſitum remorantur. Quam male autem Godofredo Arnoldo germanica versio excerptorum

ptorum Theodoti cesserit, Vir quidam doctus peculiari scripto demonstravit, qui etiam simul novam istorum excerptorum versionem addidit. Utraque autem nempe & Arnoldi & Viri illius docti versio priorem tantum excerptorum Theodoti partem continet.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI *operum* varias editiones a Beato Rhenano, Johanne Gagnejo, qui nonnullos Tertulliani tractatus addidit, Sigismundo Gelenio, qui ope MSCti Anglicani a Johanne Lelando in Cœnobio Mastarensi inventi Tertullianum emendavit, Laurentio de la Barre, Jacobo Pamelio, Francisco Junio, Ludovico de la Cerda, Nicolao Rigaltio, Georgio Ambianate Capucino, qui sub Tertulliani redivivi nomine Tertulliani opera tribus tomis in folio, ut loqui amant, distincta publicavit, Cornelio Moreau Augustiniano Eremita, qui itidem Tertulliani editioni tres in folio tomos impendit, quos ab-

Digitized by Google

ſurde omniloquii Tertullianei titulo inſignivit, & Philippo Priorio procuratas in diſſertatione de Hæreſiarchis ævi Apoſtolici & Apoſtolico proximi ſect. 2. c. 13. th. 24. recenſui. Ibidem nonnulla ex Tertulliani operibus ſeorſim edita memoravi, & primo quidem loco *librum de pallio*, quem poſt Johannem Mercerum, Theodorum Marcilium (non Marſilium Ficinum, ut Ellies du Pin hunc Marcilium cum Marſilio Ficino inepte confundens cenſuit,) & Edmundum Richerium Salmaſius notis ſuis illuſtravit, cujus notas Dionyſius Petavius ſub Antonii Kerkoetii nomine latens perſtrinxit, cui poſtea Franciſci Franci nomen adſciſcens Salmaſius reſpondit. Addi poteſt editionibus hujus libri de pallio, quæ A. 1629. cum ſatyra ex ſomnio, quod pallii exulantis & in poſſeſſionem reſtituti titulo gaudet, prodiit, & celeberrimum Theologum Dorſcheum autorem habet, etſi nomen ejus ſuppreſſum fuerit.

Memo-

Memorandus præterea h. l. Tertulliani *apologeticus* cum Deſiderii Heraldi notis editus, *libri duo ad nationes*, quos primus Jacobus Godefredus publici juris fecit, & notis ſuis illuſtravit, *liber de præſcriptionibus adverſus hæreticos*, quem poſt Johannem Quintinum, Heduum & Juſtum Calvinum Chriſtianus Lupus Bruxellis edidit ſuisque ſcholiis illuſtravit, & *Poëmata* Andreæ Rivini ſtudio collecta, inter quæ primum locum obtinet carmen de Jona, quod cum inſuper a Franciſco Jureto editum, & bibliothecæ Patrum Bigneanæ inſertum fuerit, mirum eſt, quod Iſaacus Voſſius in notis ad Catullum carmen hoc tanquam ineditum allegaverit, quo nomine a Colomeſio in paralipomenis quartæ editionis pag. 281. caſtigatur.

Minutii Felicis *Octavium* inſcius Romæ publicavit Fauſtus Sabæus, qui hunc Minutii Felicis dialogum Octavii nomine inſignitum pro Arno-

Digitized by Google

bii libro octavo habuit, in quo errore etiam versatus est Sigismundus Gelenius, qui octo Arnobii libros adversus gentes Basileæ A. 1546. & 1560. edidit, nesciens octavum Arnobii librum ad Arnobium non pertinere, nihilque aliud esse quam Minutii Felicis Octavium. Franciscus autem Balduinus hunc Dialogum Heidelbergæ A.C.1560. vero suo autori restituit, quod vel ignoravit, vel se ignorare simulavit Fulvius Ursinus, qui in editione Romana Anni 1593. se primum Minutio Felici Octavium suum reddere videri voluit. Superiori seculo A. 1603. Johannes a Wouwer Minutium notis suis illustratum Basileæ typis imprimi curavit. Eodem tempore Minutii Felicis editionem moliebatur Elmenhorstius, sed quia inter ipsum & Wouwerium lites oriebantur, svasu Scaligeri Minutium edendi curam abjecisse videbatur, ut patet ex Scaligeri epist. libr. III. ep. 263. Prostat tamen nihilominus editio Minutii ab Elmen-

Elmenhorſtio ſimul cum Arnobio Hanoviæ 1603. procurata, & ipſi Joſepho Scaligero dedicata. Poſtea idem Elmenhorſtius Hamburgi uberioribus notis explicatum Minutii Felicis dialogum vulgavit. Neque hic tacendus Deſiderius Heraldus, qui Minutium Felicem A. 1613. ſimul cum Tertulliani apologetico commentariis ſuis clariorem Pariſiis publicavit, & Nicolaus Rigaltius, qui poſt tot Minutii editiones ipſe quoque hunc Scriptorem denuo Pariſiis recenſuit, quæ editio, cum adhuc ſub prelo ſudaret, Sarravius ad Gronovium ſcribebat: *miraberis ex uno MSCto Regio tot diverſas editiones prodiiſſe*, epiſt. 49. Teſtatur enim ipſe Rigaltius incompertum eſſe, quod ullus alius MSCtus codex Minutii Felicis ullibi extet, quam qui ex Vaticana in Regiam Pariſienſem bibliothecam translatus eſt. Poſt Rigaltium Jacobus Quzelius Lugduni Batavorum A. 1652. Minutium cum Franciſci Balduini

Digitized by Google

prolegomenis, nec non Wouweri, Elmenhorſtii, Heraldi & Rigaltii notis, quibus & ipſe de ſuo novas addidit, vulgavit.

HIPPOLYTI *tractatum de conſummatione mundi & Antichriſto* A. 1557. Pariſiis græce & latine edidit Johannes Picus, Claſſium inquiſitoriarum Senatus Pariſienſis Præſes, quem tractatum, etſi genuinum eſſe cenſeat Bullus in defenſ. fidei Nicænæ p. 369. ſtramineum tamen ſequioris Græciæ monumentum eſſe judicat Combefiſius in noviſſ. auctario BB. PP. Gr. Lat. p. 26. Melioris notæ eſt *tractatus de Antichriſto*, quem Marquardus Gudius A. 1661. græce & latine Pariſiis eidem Hippolyto adſcripſit.

AMMONIO ALEXANDRINO adſcriptam *harmoniam evangelicam*, ſeu evangelicæ hiſtoriæ ex quatuor Evangeliſtis perpetuo tenore continuatam narrationem latine Ottomarus Luſcinius Auguſtæ Vindelicorum A. 1523. luce

ce publica donavit. Differt autem hæc harmonia evangelica a *quatuor evangeliorum consonantia*, quæ Moguntiæ A. 1524. cum epistola nuncupatoria Michaelis Memlerii, & præfatione Victoris Capuani prodiit, & in titulo ab Ammonio Alexandrino congesta, & a Victore Capuano Episcopo translata dicitur. Posterior enim hæc evangeliorum consonantia illa est, quæ alias Tatiani nomen præfixum habere solet, etsi forte rectius Ammonio Alexandrino tribuatur.

ORIGENIS *opera*, quæ ex plurimorum naufragio supersunt, primus collegit & Parisiis A. 1512. edidit Jacobus Merlinus. Eundem laborem postea in se suscepit Erasmus Roterodamus, cujus studio Origenis opera Basileæ A. 1536. quo ipso anno Erasmus obiit, prodierunt. Hanc Erasmi editionem Basileæ A. 1557. apud Hieronymum Frobenium & Nicolaum Episcopium nonnullis Origenis operibus locupletavit.

Digitized by Google

Laurentius Humfridus. Editionem Basileensem anni 1571. apud Eusebium Episcopium & Nicolai Fr. hæredes Johannes Jacobus Grynæus prolixa ad Thomam Erastum præfatione, & scholiis quibusdam auxit, quibus imprimis doctrinas & locos communes singulis Origenis operibus contentos indicat. Horum vestigiis insistens Gilbertus Genebrardus Parisiis A. 1574. novam operum Origenis editionem procuravit, a Parisiensibus Typographis aliquoties renovatam. Omnes autem istæ editiones Originem tantum latine loquentem exhibent. Græcam operum Origenis editionem ab exegeticis ejus scriptis auspicatus est Rotomagi An. 1668. Petrus Daniel Huetius, qui tomo huic sua Origeniana, seu doctissima de vita, doctrina & scriptis ejus prolegomena præmisit, & eruditas annotationes ad calcem subjecit. Reliqui autem tomi ab Huetio promissi nondum hactenus lucem publicam viderunt, quorum

Digitized by Goog

rum uni ſyntagmata Origenis græce extantia, alteri dubia Origenis ſcripta deſtinavit. Interim primus tomus in Germania Coloniæ, ſeu potius Lipſiæ reculus eſt. *Libros octo contra Celſum* ſeorſim græce & latine ediderunt ſcholiisque ſuis illuſtrarunt David Höſchelius Auguſtæ Vindelicorum A. 1606. & & Guilielmus Spencerus Cantabrigiæ A. 1658. *Libellus de oratione* Oxoniæ A. 1686. e tenebris emerſit græce & latine editus, cui addita paraphraſis orationis Dominicæ, quam A. 1602. Fridericus Morellius ſub Origenis nomine publicaverat. Eundem libellum de oratione græce & latine una cum Marci Diadochi ſermone contra Arianos Baſileæ A. 1694. vulgavit Johannes Rodolfus Wetſtenius. *Philocaliam* græce & latine Pariſiis A. 1628. Johannes Tarinus, & iterum Spencerus ſimul cum libris contra Celſum edidit. *Dialogum contra Marcionem*, una cum *exhortatione ad martyrium*, & *epiſtola ad Africanum*

canum de Susanna Basileæ 1674. græce & latine edidit, notisque suis illustravit idem, quem paulo ante laudavi, Wetstenius. Tractatum *de engastrinoytho* cum Eustathii hexaemero ejusdemque dissertatione Origeni opposita Leo Allatius Lugduni A. 1629. in lucem publicam emisit, & peculiari syntagmate illustravit. *Commentarius in Johannem* Ambrosio Ferrario interprete A. 1552. & paulo post ex versione Joachimi Perionii prodiit, sicut etiam quæ Erasmus ex *Commentariis in Matthæum* vertit, Basileæ seorsim prodierunt. *Commentarium in Threnos Jeremiæ* Romæ An. 1598. impressum memorat catalogus bibliothecæ Bodlejanæ Oxoniæ A. 1620. editus. Sed vereor illum Origenis commentarium in Threnos in rerum natura amplius non existere, vel saltem in publicum hactenus non prodiisse, & puto forte pro Origenis in Threnos commentario Antonii Agelli catenam in Threnos ex Origene aliisque

que Patribus contextam poni debuiſſe.

CYPRIANI *opera* poſt editionem antiquiſſimam An. 1471. Spiræ impreſſam Bertholdus Rembold (in actis eruditorum Cal. Febr. 1683. p. 42. perperam Gulielmus Remboldus nominatur, qui error nemini, niſi mihi ipſi imputandus eſt, ſive memoria lapſus, ſive, cum tunc hæc editio mihi ad manus non eſſet, a Pamelio deceptus fuerim) & Johannes Waterloes typis ſuis commiſerunt, quod Pariſiis A. 1512. factum eſſe eluceſcit ex epiſtola præmiſſa, qua Robertus Fortunatus opus hoc commendat. Inter editiones Eraſmi prima eſt, quæ A. C. 1520. Baſileæ prodiit. Minime autem probandum eſt, quod in editione Pariſienſi operum Cypriani, quæ A. 1541. prodiit, ſubſcriptio epiſtolæ dedicatoriæ Eraſmi corrupta fuerit, & pro verbis: *Lovanii A. 1519.* poſitum legatur: *Pariſiis A. 1541.* quam editionem etiam innume-

ris

ris aliis mendis contaminatam esse Viri docti passim observarunt. Dicam quoque falsitatis coram universo Senatu Critico scribit præeunte Jamesio Voëtius in caus. desp. p. 494. editioni Cypriani Romanæ A. C. 1564. (seu potius 1563.) ex officina Pauli Manutii emissæ, quam tamen perfidiam non tam Manutio, quam Prælatis a Pontifice ad hujus editionis curam delegatis, imputandam censet l. c. p. 517. Sane Latinus Latinius, qui unus ex Censoribus illis fuit, in suis observationibus ad Cyprianum Pamelii, quæ in ejus Bibliotheca sacra & profana p. 174. & seq. leguntur, semel iterumque Manutium in hac editione non alias quam Typographi partes egisse profitetur, & inter alia, cum Pamelius Firmiliani epistolam a Manutio omissam dixisset, sine tortura ingenuam hanc confessionem edit: *ego Latinus omisi, non Manutius.* Lugduni quoque ex Gryphii officina Cypriani opera sæpius prodierunt. Inter Colo-

Digitized by Goo

Colonienſes editiones ea imprimis nominari meretur, in qua Henricus Gravius A. 1544. notas ſuas Cypriani operibus adjunxit. Imprimis vero in Cypriani operibus edendis operoſus fuit Jacobus Pamelius, cujus lucubrationes in Cyprianum Antverpiæ A. 1568. & ſæpius cum ibi tum alibi prodierunt. Cum autem Pamelius in his lucubrationibus non raro Cyprianum etſi invitum ad hodiernæ Romanæ eccleſiæ placita detorquere conetur, Simon Goulartius Pamelianis annotationibus, ubi opus viſum fuit, ſuas ſuperaddidit, quas diverſo charactere a Pamelianis diſtinxit, quæ Goulartiana Cypriani editio Genevæ A. 1593. lucem publicam aſpexit. Ad Pariſienſes Cypriani editiones ſupra memoratas addi poteſt, quam A. 1564. Gulielmus Morellius procuravit, nec non editio anni 1607. quæ opera Cypriani per Manutium & Morellium recognita ſimul cum Pamelii annotationibus exhibet.

Sed

Sed præ omnibus aliis Pariſienſibus editionibus commendari meretur, quæ Nicolao Rigaltio autore A. 1648. & 1649. lucem publicam aſpexit. Poſtremo loco memoranda eſt, quæ omnibus Cypriani editionibus palmam præripit, Oxonienſis, quæ A. 1682. cum Johannis Felli Oxonienſis Epiſcopi annotationibus, quibus integræ ferme Rigaltii notæ inſeruntur, & Johannis Pearſonii annalibus Cyprianicis, aliisque acceſſionibus prodiit. Seorſim *tractatum de idolorum vanitate* cum Minutii Octavio Johannes Wouwerus Baſileæ A. 1603. edidit. *Sermo de mortalitate* cum notis Bartholomæi Franci Jenæ A. 1681. prodiit, ut alia ejus generis taceamus.

GREGORII NEOCÆSARIENSIS, cognomento THAUMATURGI *opera* Venetiis A. 1574. latine prodiiſſe indicat Dn. Cave in hiſtor. liter. p. 95. Græco-latina Voſſii editio in hoc tractatu de bibliothecis Patrum recenſetur. Addimus

dimus nunc ex eadem Viri doctiſſimi hiſtoria literaria, quod Pariſienſes An. 1622. editionem Voſſianam iteraverint, & Gregorio Thaumaturgo Macarium, Baſilium Seleucienſem, & Zonaræ expoſitionem in epiſtolas canonicas addiderint, quæ editio Pariſienſibus Patrum bibliothecis addi a me potuiſſet. *Panegyricum in Origenis honorem dictum* cum Origenis libris 8. contra Celſum Höſchelius græce & latine publicavit. *Doctrinam de Trinitate* epiſtolæ Leonis M. ad Flavianum græco-latinæ adjunxit Nicolaus Glaſerus Hamburg. A. 1614.

DIONYSII ALEXANDRINI *epiſtola contra Samoſatenum* cum reſponſionibus ad decem illius quæſtiones Romæ A. 1608. Franciſci Turriani ſtudio græce & latine prodiit, quam Harduinus in notis, quibus Chryſoſtomi epiſtolam ad Cæſarium illuſtrat p. 9. a nebulone quodam Eutychiano & Synuſiaſta ſcriptam ſuſpicatur, unde etiam in

Digitized by Google

nova, quam pridem molitus eſt, conciliorum editione ſe eam expuncturum dicit, quo ipſo indicat, ſe cum ſocïs ſuis Labbeo & Coſſartio idem non ſentire, qui in ſua conciliorum collectione hanc Dionyſii epiſtolam græce & latine ediderunt. *Epiſtolam de reſurrectione Domini & paſchalis jejunii termino* cum Victore Antiocheno Peltanus A. 1580. Ingolſtadii vulgavit.

VICTORINI PITABIONENSIS, ſeu Petavionenſis quem nonnulli Pictavienſem nominant *Commentarium in Apocalypſin & Carmina* edidit Lipſiæ A. 1652. in ſanctis reliquiis duum Victorinorum Pictavienſis & Afri Andreas Rivinus, qui etiam hæc Victorini opuſcula notis ſuis illuſtravit.

METHODII TYRII *Sympoſium decem Virginum* Romæ A. 1656. græce & latine cum notis ſuis publicavit Leo Allatius, qui etiam diatriben de Methodiis & eorum ſcriptis adjunxit. Eundem tractatum A. 1657. græce cum latina

tina ſua interpretatione & notis vulgavit Petrus Poſſinus. Combefiſianam autem editionem ſive excerptorum hujus opuſculi ex Photio, ſive integri opuſculi omittimus, cum ſeparatim non prodierint. *Revelationes*, quæ dubio procul Methodio ſuppoſitæ ſunt, ſeorſim Baſileæ A. 1504. prodierunt.

ARNOBII AFRI *diſputationes adverſus gentes* Fauſtum Sabæum & Sigismundum Gelenium in octo libros diviſiſſe, nec attendiſſe octavum librum nihil aliud eſſe quam Minutii Felicis Octavium jam ſupra meminimus. Quibus editionibus decepti Magdeburgenſes centur. 4. pag. 1075. ſcribunt, Arnobium in libro octavo familiaris ſui Octavii meminiſſe. Rectius ergo ſeptem tantum libros Arnobio reliquerunt Theodorus Canterus Antverpiæ A. 1582. Fulvius Urſinus Romæ A. 1583. Geverhardus Elmenhorſtius Hanoviæ A. 1603. & Hamburgi A. 1610.

Digitized by Google

nec non Desiderius Heraldus Parisiis A. 1605. ut editionem Lugduno-Batavam anni 1651. taceamus, quæ integras doctorum Virorum notas Arnobio adjungit, nempe Theodori Canteri notas ad Arnobium, quibus emendationum ratio redditur, Godescalci Stewechii Heusdani in libros Arnobii electa, Geverhardi Elmenhorstii observationes ad Arnobium, & in eundem variarum lectionum collectanea, & Desiderii Heraldi animadversiones & castigationes ad Arnobium, quibus eruditorum Virorum lucubrationibus etiam Jul. Cæs. Bulengeri eclogæ in Arnobium, & Johannis Meursii Criticus Arnobianus addi potuissent.

LACTANTII FIRMIANI *opera* a primis typographiæ incunabulis toties impressa sunt, ut vix ullius Scriptoris ecclesiastici monumenta officinas typographicas frequentius fatigaverint. Ac primum quidem Romæ A. 1465. & 1468. apud Conradum Lewenheimium,

mium, iterumque A. 1470. curante Johanne Andrea Episcopo Alerienſi prodierunt. Ex reliquis editionibus ferme innumeris eas tantum recenſebo, quæ Virorum doctorum notas & commentarios adjunctos habent. Prodierunt enim Lactantii opera Basileæ A. 1563. cum commentariis Xysti Betulejiab Hiſpanico indice expurgationi traditis, Antverpiæ A. 1570. cum notis Michaelis Thomaſii, Romæ A. 1650. cum notis Josephi Isæi, Lugduni Batavorum A. 1652. cum notis Antonii Thyſii, & ibidem cum notis Variorum cura & ſtudio Seratii Gallæi, & Oxoniæ A. 1684. cum notis Thomæ Sparckii. *Liber de mortibus perſecutorum*, qui primum 1679. cum Baluzii miſcellaneis T. II. prodiit, ideoque in omnibus operum Lactantii editionibus deſideratur, præterquam recentiſſimis nempe Oxonienſi Thomæ Sparckii, quam A. C. 1684. emiſſam modo diximus, & Cantabrigienſi A. 1685. quæ itidem hunc libellum cum Ano-

Digitized by Google

nymi notis exhibet. Idem Lactantii liber curante Johanne Fello Oxonienſi Epiſcopo Oxoniæ A. 1680. cum actis Perpetuæ & Felicitatis ad calcem additis prodiit. Eundem Aboæ in Finlandia cum ſuis & Gisberti Cuperi notis A. 1684. in lucem publicam emiſit Johannes Columbus. Notas in hunc librum omiſſo textu Pariſiis A. 1690. fecit Nicolaus Toinardus. Tandem hunc Lactantii tractatum magno cum apparatu A. 1692. Trajecti ad Rhenum orbi literato perluſtrandum obtulit Paulus Bauldri. In qua editione textui ſubjectæ ſunt tam ipſius Bauldri, quam Grævii, Gale, Boherelli, Tollii, Allixii, Colomeſii, Dodwelli, Pagi & aliorum notæ. Sequuntur deinde notæ Stephani Baluzii cum ejusdem duabus epiſtolis ad duo loca ex hoc Lactantii libello, Gisberti Cuperi notæ auctiores, quam quæ in Finlandia editæ fuerunt, Johannis Columbi ad hunc libellum notæ, Nicolai Toinardi ad eundem notæ,

tæ, item Dodwelli dissertatio de ripa Striga, & Ruinarti præfatio ad acta Martyrum, nec non chronologia persecutionis Diocletianæ.

EUSEBII CÆSARIENSIS *opera* præcipua in duos tomos divisa latine Basileæ A. 1570. & 1579. cum scholiis Johannis Jaçobi Grynæi, & Parisiis cura Johannis Dadræi A. 1581. prodierunt. *Præparationis evangelicæ libros* 15. ex officina sua Parisiis A. 1544. Robertus Stephanus emisit. Latina versio Georgii Trapezuntii Coloniæ A. 1539. prodiit. Sæpe autem Trapezuntius in hac versione integra capita omisit, quin etiam postremum librum plane non attigit, ut observat Leo Allatius in diatriba de Georgiis p. 375. Unde Grynæus in suis ad Eusebium scholiis hanc versionem passim emendavit, & omissa in prioribus libris capita supplevit. Postremum autem librum Marcus Hopperus vertit, ut de Johanne Thoma Freigio taceam, qui & ipse ad emendandam Trapezun-

Digitized by Google

tii verſionem aliqua attulit. Franciſcus autem Vigerus græco textui novam verſionem appoſuit Pariſiis A. 1628. *Demonſtrationis evangelicæ libros* 10. græce Robertus Stephanus Pariſiis A. 1545. edidit. Eos non Trapezuntius, ut apud Dupinium male legitur, neque Vigerus, quem Rivetus in Critico ſacro latinum hujus operis interpretem eſſe putat, ſed Donatus Veronenſis latine vertit, cujus verſio etiam græco textui appoſita eſt in editione græco-latina Pariſienſi, quæ A. 1628. lucem publicam aſpexit. In eadem græco-latina editione adduntur *libri* 2. *contra Marcellum*, & *libri* 3. *de eccleſiaſtica Theologia* contra eundem Marcellum græce & latine ex verſione Richardi Montacutii cum ejusdem notis; item *liber adverſus Hieroclem* ibidem græce & latine ex verſione Zenobii Accioli Florentini, qui Euſebii liber etiam jam pridem græce & latine Pariſiis A. 1608. cum Philoſtrato per Federicum Morellium

rellium editus fuerat, ut latinam editionem cum Philoſtrato Coloniæ A. 1532. excuſam taceamus. Notamus tamen, quod in ea editione, quam ſimul cum Euſebii libris de demonſtratione evangelica prodiiſſe diximus, & græcum Euſebii textum & latinam Accioli verſionem Holſtenius nonnullis in locis emendaverit. *Librum de locis Hebraicis* græce cum ſua verſione & notis commentario ſuo in Joſuam addidit Bonfrerius Pariſ. 1631. *Vitas Prophetarum* cum Procopii ad Eſaiam commentario Johannes Curterius græce & latine publicavit. *Opuſcula quatuordecim* Pariſiis A. 1643. ſtudio Jacobi Sirmondi prodierunt. *Commentarius in Pſalmos & Eſaiam* græce & latine ſuperiore anno Pariſiis A. 1706. prodiit in nova quadam Patrum bibliotheca, quæ in manus meas non ante venit, quam cum tractatum meum de bibliothecis Patrum abſolviſſem. Titulus eſt: COLLECTIO NOVA PATRUM &

Scriptorum Græcorum, Euſebii Cæſarienſis, Athanaſii, & Coſmæ Ægyptii. Hæc nunc primum ex Manuſcriptis Codicibus Græcis, Italicis, Gallicanisque eruit, latine vertit, Notis & Præfationibus illuſtravit D. Bernhardus de Montfaucon, Presbyter & Monachus Ordinis Sancti Benedicti, e Congregatione S. Mauri. In hac igitur collectione Tomo I. continetur Euſebii in Pſalmos commentarius, qui totum tomum implet: Secundo autem tomo cum aliis quibusdam Athanaſii & Coſmæ Ægyptii monumentis, Euſebii commentarius in Eſaiam græce & latine exhibetur.

EUSTATHII ANTIOCHENI *hexaëmeron* & diſſertationem de engaſtrinytho contra Origenem Lugduni A. 1629. græce & latine Leo Allatius edidit notisque ſuis illuſtravit.

ATHANASII *operum* variæ ſunt editiones, mihi vero nunc eas primum recenſere libet, quas bibliotheca mea mihi

hi ſuppeditat, quarum duæ ſunt latinæ, tres græco-latinæ. Latinas inter prima eſt Pariſienſis A. 1519. procurata, cujus maximam partem implet commentarius in epiſtolas Paulinas ex verſione Chriſtophori Perſonæ, qui Romæ hos commentarios ſub Athanaſii nomine jam ediderat. Revera autem hi commentarii non ſunt Athanaſii, ſed Theophylacti Bulgarorum Epiſcopi. Altera inter latinas editiones, quæ mihi ad manus eſt, Baſileæ A. 1564. prodiit, in quatuor tomos ita diviſa, ut tribus prioribus tomis contineantur illa Athanaſii ſcripta, quæ Petrus Nannius latine interpretatus eſt, quarto autem, quæ ab aliis verſa ſunt. Et tertio quidem tomo illa habentur, quæ Athanaſio perperam adſcribi Nannius putavit. Ubi mirari quis poſſit a Nannio inter Athanaſii Pſeudepigrapha etiam referri declarationem Levitici, cum illa Levitici declaratio nihil aliud ſit, quam fragmentum ex quinta oratione contra

Digitized by Google

tra Arianos, quam Nannius integram inter genuina Athanaſii ſcripta retulit. Poterat etiam Nannius ſuperſedere editione opuſculi in paſſionem Domini, cum illud nihil aliud ſit, quam fragmentum ex homilia in paſſionem & crucem Domini, quam Nannius p. 640. integram edidit. Inter græco-latinas operum Athanaſii editiones, quas in bibliotheca mea obvias habeo, prima eſt Heidelbergenſis, quæ A. 1601. ex officina Commeliana emiſſa, & in duos tomos diſtributa eſt, quorum prior comprehendit Athanaſii ſcripta, quæ Nannius interpretatus eſt, poſterior autem ſcripta a Johanne Lampadio, Eraſmo, & aliis verſa. Acceſſit appendix variarum lectionum & obſervationum Petri Felckmanni. Altera græco-latina Lipſienſis eſt, quæ tota Pariſienſem A. 1627. vulgatam ſequitur, & vitia quoque ejus retinet. Nam Tom. I. p. 794. ſemel in latina verſione, & bis in græco textu catholicus pro Collutho legi-

legitur, & Tom. II. p. 40. in verſione latina epiſtolæ heortaſticæ verba quædam inſerta ſunt, de quibus in græco textu ne gry quidem legitur, ut alia hujusmodi menda, quæ ex Pariſienſi editione in Lipſienſem ſeu Colonienſem, ut titulus habet, fideliter tranſiverunt, ſilentio præteream. In eo tamen Lipſienſis editio a Pariſienſi differt, quod in Lipſienſi Athanaſii Syntagma doctrinæ ad Clericos & Laicos ab Andrea Arnoldo Pariſiis 1685. editum acceſſerit. Tertia græco-latina editio bibliothecæ meæ eſt nova Pariſienſis a Benedictinis Congregationis S. Mauri A. 1698. adornata, & in duos vel potius tres tomos diſtributa. Primus enim tomus, in quo genuina Athanaſii opera continentur, iterum in duas partes ſeu tomos eſt diviſus. Ultimus autem tomus dubia & ſuppoſita Athanaſii opera continet. Imprimis autem ex illo Benedictinorum ordine Bernardus de Montfaucon editionis hujus curam

Digitized

ram geſſit. In prolegomenis inter alia de Athanaſii editionibus diſſeritur, ubi primo loco memorantur editio Vicentina A. 1482. quæ paucos Athanaſii tractatus ex Omniboni Leoniceri verſione continet, deinde editio Pariſienſis A. 1520. recenſetur, quæ ita a Prolegomenorum iſtorum autore deſcribitur, ut eam in multis cum editione Pariſienſi anni 1519. de qua ſuperius dictum eſt, & quæ Benedictinis viſa non fuit, convenientem, in nonnullis autem diſcrepantem & nonnihil auctiorem deprehendam. Poſthanc editionem injicitur mentio collectionis quorundam operum Athanaſii, quæ Eraſmus Roterodamus A. 1527. latine vertit. His imperfectis operum Athanaſii editionibus ſubjicitur editio Petri Nannii Baſileæ A. 1556. ex officina Frobeniana emiſſa, quam plures alias editiones ita ſequuntur, ut ne transverſum quidem unguem ab ea diſcedant, niſi quod in Pariſienſi Sebaſtiani Nivellii, quæ A.

Digitized by

1572. cusa est, aliqua Athanasii opera accesserint, ut autor prolegomenorum observat, qui insuper Nanni versionem sæpe a textu aberrare multis exemplis demonstrat, & hac occasione etiam censuram repetit, in qua Cardinales congregationis indicis non pauca Nannianæ versionis vitia notarunt. Pergunt Benedictini in recensione operum Athanasii ad editionem Heidelbergensem seu Commelinianam, quam A. 1600. emissam ajunt, etsi in titulo primi tomi meæ editionis annus 1601. prænotetur. Observant insuper quod A. 1608. Parisiis prodierit nova operum Athanasii editio latina, cui Fronto Ducæus pauculas notas ad marginem adjecit, & quod A. 1612. iterum latine Athanasii opera cum ejusdem Frontonis Ducæi notis prodierint, & in hac editione vita Antonii per Athanasium scripta græce & latine, prout ab Höschelio edita fuerat, accesserit. Tandem adjiciunt editionem græco-

græco-latinam Parisiensem anno 1627. publicatam, & Lipsiensem, quæ Coloniæ nomen in titulo mentitur, & quam innumeris mendis scatere ajunt. At Parisiensem quoque juxta quam Lipsiensis exacta est, non sine castigatione dimittunt. Arguunt enim curatores hujus editionis oscitantiæ etiam ad crassiora vitia conniventis, magnæ confusionis, nullo spuriorum & genuinorum Athanasii scriptorum discrimine agentis, & tantæ perturbationis, ut neque temporis ordo, neque argumenti ratio habeatur, & quæ inter se cohærent, non raro divellantur. Unde Benedictini ad novam operum Athanasii editionem concinnandam se necessitate quadam compulsos asserunt. Idem vero Dn. de Montfaucon, cujus in hac Benedictinorum editione præcipuæ partes fuerunt, etiam superiore anno supplementum aliquod hujus editionis dedit in nova collectione Patrum & Scriptorum ecclesiasticorum, cujus paulo

paulo ante in Euſebio mentionem feci. Tomo enim ſecundo inter alia continentur *Athanaſii opuſcula ſecundis curis reperta, & ante hac inedita.* Sunt autem illa opuſcula 1. Legatio Marcelli & Eccleſiæ Ancyranæ ad Athanaſium & Epiſcopos Ægypti, per Eugenium Diaconum. 2. Sermo major de fide contra Arianos & Dimocritas. 3. Fragmentum de Paulo Samoſateno. 4. Fragmentum hiſtoriæ Stephani Antiocheni, & de ejus contra Euphratem Colonienſem inſidiis. 5. Epiſtola ad Monachos, an precandum cum Arianis. 6. Commentaria ſive ſermones Athanaſii in Matthæum, opus mutilum. 7. Ex commentariis in Lucam. 8. Homilia in Canticum Canticorum. 9. Sermo de patientia in calamitatibus ſui temporis. 10. Homilia in Ramos palmarum. 11. Opuſculum in dictum Apoſtoli: *Novi hominem raptum usque ad tertium cœlum.* 12. Opuſculum in dictum Apoſtoli: *Datus eſt mi-*

hi

Digitized by Google

hi ſtimulus carnis meæ. 13. Argumentum ſeu παράφρασις in Pſalmos. 14. Supplementa in Pſalmos. 15. Fragmentum contra Macedonianos. 16. Fragmenta contra Novatianos. 17. Fragmentum de Amuletis. 18. Fragmenta alia. 19. Brevis expoſitio fidei; quibus Athanaſii opuſculis præfationes vetuſtiſſimorum Athanaſii editorum adjiciuntur. Ex opuſculis Athanaſii ſeorſim editis placet referre *Vitam Antonii*, quæ ab Athanaſio ſcripta perhibetur. Eam cum in vitis & actis Sanctorum, & in quibusdam Athanaſii editionibus latine prodiiſſet, David Höſchelius græce cum nova verſione & variis lectionibus ex MSCto Anglicano Henrici Savilii Auguſtæ Vindelicorum A. 1611. publicavit, quæ græco-latina editio poſtea etiam in quibusdam editionibus operum Athanaſii Pariſienſibus repetita fuit. Unde patet, memoria lapſum celebrem quendam Theologum, qui in ſua Patrologia

græcum

græcum hujus vitæ textum hodie non amplius extare dicit.

COMMODIANI *instructiones* cum Rigaltii præfatione & notis, & Dodwelli dissertatione de ætate Commodiani Witebergæ A. 1705. edidit Henricus Leonardus Schurzfleischius.

JUVENCI *paraphrasin evangeliorum* sine nota loci & temporis literis Gothicis in 4to impressam in Vaticana bibliotheca extare refert Antonius in bibliotheca Hispanica vetere Tom. I. lib. 2. c. 4. ubi titulum hujus editionis hunc esse memorat: *Juvencus Presbyter immensam evangelicæ lectionis majestatem heroicis versibus concludens.* Editionem Basileensem anni 1541. cum argumentis & commentariis refert Gesnerus in bibliotheca sua fol. 474.

ANTONII ABBATIS *regulas, sermones, admonitiones, responsiones, & duplicem Antonii vitam* ex Arabico sermone latine reddidit Abrahamus Ecchellensis Parisiis A. 1646. ut bibliotheca

Barberina memorat p. 57. *Viginti epistolas* ab Abrahamo Ecchellensi Parisiis A. 1641. editas memorat Bebelius secul. 4. part. I. p. 22. Pleraque autem, quæ sub nomine hujus Abbatis & Eremitæ literarum rudis circumferuntur scripta, sive separatim sive in bibliothecis Patrum edita, pseudepigrapha esse, vix dubitari potest.

Julii Firmici Materni *tractatum de errore profanarum religionum*, cum jam aliquoties editus fuisset, denuo recensuit, & notis suis illustratum A. C. 1603. Basileæ ex bibliopolio Frobeniano in publicam lucem exire jussit Johannes à Wouwer. Idem tractatus Lugduni Batavorum A. 1652. denuo cum Wouweri notis prodiit Minutii Felicis Octavio adjuncto.

Eusebio Emiseno vel Emeseno, (quem Holdsworthus in prælectionibus ad Matth. 4. p. 533. magni nominis larvam appellat,) ascriptas *homilias* paulo plures quam quinquaginta Parisiis

Digitized by Goo

risiis A. 1547. edidit Johannes Gagnejus Parisiensis Theologus: Quas postea Andreas Schottus, cum eas alium, quam Eusebium Emisenum autorem agnoscere animadverteret, sermonibus nonnullis locupletatas Eusebio cuidam Gallicano astribere malu[illegible] Longe plures homiliæ sub Eusebii Emiseni nomine Parisiis A. 1575. prodierunt, in qua editione primum Eusebii Emiseni homiliæ in evangelia totius anni, deinde homiliæ de præcipuis anni festis, ac tandem homiliæ ad populum, quæ eloquentissimæ & elegantissimæ vocantur, exhibentur. De editionibus homiliarum Eusebii Emiseni, quæ Antverpiæ A. 1555. 1556. & 1558. in lucem publicam emissæ sunt, nihil addo.

CYRILLI HIEROSOLYMITANI *opera* græce & latine ex interpretatione Johannis Grodecii, & emendatione Johannis Prevotii Parisiis A. 1628. & 1640. prodierunt. Novissime ex theatro Sheldoniano Oxoniæ A. C. 1703. Cyrilli

rilli opera vulgavit Thomas Milles, qui nonnulla ex codicibus MSCtis primum edidit, reliqua cum codicibus MSCtis contulit & emendavit, omniaque notis ſuis illuſtravit. Seorſim prodierunt *Catecheſes* græce & latine Vienn[illegible] A. 1560. & Pariſiis A. 1608. In bibliotheca Thuana Cyrilli Hieroſolymitani operibus annumerantur *19. homiliæ in Jeremiam* Antverpiæ A. 1648. ſtudio Balthaſaris Corderii editæ. Verum Corderius iſtas homilias non ſub Cyrilli Hieroſolymitani, ſed ſub Cyrilli Alexandrini nomine vulgavit, etſi neque Cyrillum Hieroſolymitanum, neque Cyrillum Alexandrinum, ſed Origenem autorem habeant.

HILARII PICTAVIENSIS Epiſcopi opera aliqua, nempe *libros de Trinitate*, & quos *ad Conſtantium*, nec non *contra Conſtantium*, item *contra Auxentium* ſcripſit, ut & *librum de Synodis* Georgius Cribellus Presbyter ex tenebris eruit. *Commentarium in Pſal-*

mos

mos Johannes Solidus Cracovius hortante Jacobo Fabro Stapulenſi e ſqualore liberavit. His Hilarii operibus ejusdem *Commentarium in Matthæum* adjunxit Jodocus Badius Aſcenſius, qui A. 1510. Hilarii opera Pariſiis vulgavit. Poſtea A. 1525. Eraſmus Roterodamus Hilarii opera Baſileæ edidit, cujus præfatio & Romanam & Pariſienſem cenſuram incurrit. In editione Baſileenſi A. 1535. tractatus *de Patris & Filii unitate*, etſi Hilario ſuppoſitus, acceſſit. Alia quædam ſpuria nempe tractatus *de eſſentia Patris & Filii, duæ ad Auguſtinum epiſtolæ, & metrum in Geneſin* in editione Pariſienſi A. 1544. acceſſerunt. Eraſmi editionem Baſileæ A. 1550. iteravit Martinus Lypſius, cujus loco Ellies du Pin in ſua bibliotheca Juſtum Lipſium poſuit. Edidit quoque Hilarium Baſileæ A. 1570. Johannes Jacobus Grynæus, qui vitam Hilarii a ſe compoſitam præmiſit. Johannes autem Gillotius in ſua editione, quæ Pariſiis A. 1572. lucem pu-

Digitized by Google

blicam aſpexit, omiſſa & Eraſmi præfatione, & vita Hilarii per Grynæum compoſita, ſuam ipſius de vita & ſcriptis Hilarii lucubrationem ſubſtituit, & præterea, quæ de vita Hilarii Hieronymus, Gregorius Turonenſis, & Fortunatus ſcripſerunt, adjecit. Editio Pariſienſis A. 1605. in lucem emiſſa locupletata fuit *fragmentis Hilarii*, quæ ſeorſim A. 1598. Nicolaus Faber ex Petri Pithoei bibliotheca ediderat, nec non *tractatu in Pſalmum 13.* etſi mutilo, item *tractatu in Pſalmos 14. 149.* & *150.* qui in prioribus editionibus deſiderabantur, quæ editio aliquoties recuſa fuit. Noviſſime Hilarii opera Monachi Benedictini e congregatione S. Mauri Pariſiis A. 1695. cum notis ſuis ediderunt. In qua editione, cujus cura imprimis Dn. Coutant commiſſa fuit, *tractatus de titulo Pſalmi 9.* item *tractatus de titulo Pſalmi 91.* nec non ejusdem *apologeticum adverſus reprehenſores libelli ſui de ſynodis reſponſum* pri-

Digitized by Goo

primum accessere. Præterea *tractatus in Psalmum* 13. qui in antiquioribus editionibus planè omissus, in recentioribus autem ex parte tantum editus fuerat, in hac Benedictinorum editione *integer* prodiit.

LUCIFERI CALARITANI *scripta* Joh. Tilius Meldensis Episcopus collegit, & Parisiis A. 1568. publici juris fecit.

PHOEBADII *librum contra Arianos* post primam editionem Bezæ Genevensem, & alteram Pithoei Parisiensem, quæ in hoc tractatu de bibliothecis Patrum suis locis memorantur, Caspar Barthius Francofurti A. 1623. cum suis animadversionibus denuo typis imprimendum dedir.

APOLLINARII *poëtica Psalmorum paraphrasis* A. 1596. ex Commeliniana officina, cum variis lectionibus Sylburgii, lucem publicam aspexit, ut alias editiones taceamus.

TITI BOSTRENSIS *commentarium in Lucam* A. 1579. Ingolstadii publicavit

Digitized by Google

Theodorus Peltanus, qui tamen fallitur, dum hujus commentarii autorem ſub Juliano floruiſſe aſſerit, cum eum junioris cujusdam Titi eſſe probaverit Dorſcheus in Theologia Zachariana part. I. p. 332. Fallitur vero etiam Rivetus, qui libro III. Crit. ſacr. c. II. Titi Boſtrenſis commentarium in Matthæum Ingolſtadii, & in bibliotheca Patrum impreſſum aſſerit, cum Titi in Matthæum Commentarius nunquam & nuſquam impreſſus fuerit. Quo nomine Rivetus a Labbeo caſtigatur Tom. II. de Scriptor. eccleſiaſt. p. 452. Poterat vero Labbeus eundem errorem etiam in Bellarmino caſtigare, cujus tractatus de Scriptoribus eccleſiaſticis p. 118. Riveto erroris autor fuit.

MARII VICTORINI *tractatus de generatione Verbi* in reliquiis Victorinorum per Andream Rivinum A. 1652. editis legitur, ubi & CANDIDI ARIANI *epiſtola* illa, cujus fragmentum tantum in Mabillonii analectis legitur, integra

tegra exhibetur, qua de re in tractatu de bibliothecis PP. p. 295. egimus.

DAMASI *opera* Martius Milesius Sarazanus Romæ A. 1638. vulgavit, in qua editione magnam passim confusionem deprehendi, & nonnunquam entia sine necessitate multiplicari notavi in fasciculo miscellanearum observationum, quem supplemento operum Clementis Alexandrini subjunxi observ. 7. In specie *Poëmata* Damasi, quotquot reperire potuit, collegit & Lipsiæ edidit Andreas Rivinus, qui & ea notis suis illustravit.

EPIPHANII *opera* latine vertit, & Basileæ A. 1543. edidit Janus Cornarius, qui etiam anno sequenti 1544. illa ipsa Epiphanii opera græce publicavit. In editione Basileensi latina 1545. ut & sequentibus annorum 1560. & 1578. accessit liber de vitis Prophetarum, & epistola ad Johannem Hierosolymitanum. In editione Parisiensi A. 1612. quam typographus Sebastianus Gramoisy

moisy præfatione sua commendavit, latina Cornarii versio ex observationibus sacris Jacobi Billii correcta est, & iterum aliqua opuscula cæteris Epiphanii operibus addita fuerunt, quibus opusculis recens additis etiam græcus textus adjectus est, cum cætera tantum latine compareant. Tandem Jesuita Dionysius Petavius Parisiis A. 1622. Epiphanii opera denuo adjectis quibusdam opusculis locupletavit, & præterea commentario suo illustravit, in qua editione singulis Epiphanii operibus græcus textus accessit, excepta altera oratione de resurrectione mortuorum, & epistola ad Johannem Hierosolymitanum. Appendicem notarum Petavius A. 1624. seorsim addidit. Et hæc Petaviana operum Epiphanii editio etiam in Germania recusa est. Sed Petavium in hoc opere summa expectatione minus præstitisse judicat Montacutius in annotationibus ad epistolas Photii. Durius est judicium Salmasii,

qui

Digitized by Google

qui in tractatu de transſubſtantiatione p. 55. Lojolitam hunc Epiphanium mala verſione, nec melioribus notis inſtruxiſſe, & iterum p. 540. notis ſuis & verſione Epiphanium conſpurcaſſe ait. Crojus autem in obſervat. ad N. T. cap. 19. dicit, quod Petavius in hac Epiphanii editione negligenter verſatus fuerit, & cap. 20. quod ne milleſimam quidem partem verborum Epiphanii intellexerit. *Librum de vitis Prophetarum* Schleuſingæ Joachimus Zehnerus A. 1612. in publicum emiſit. *Phyſiologum* ſeu tractatum de proprietatibus variorum animalium ad res theologicas applicatis, item *ſermonem in feſto palmarum* græce & latine Romæ A. 1587. & Antverpiæ A. 1588. cum ſuis ſcholiis vulgavit Gonſalvus Ponce de Leon. *Orationem in ſepulturam Chriſti* Stanislaus Phænicius A. 1604. Samoſcii publicavit. Tractatum quendam Epiphanii *de religione & euchariſtia* ex interpretatione Petri

de

de Monte Romæ cuſum memorat Raynaudus in ſyntagmate de libris propriis p. 53. qui & ipſe Tom. VI. Operum p. 381. hunc tractatum denuo edidit. Verum hic tractatus non eſt hujus Epiphanii, ut nonulli alii male cenſuerunt, ſed Epiphanio ſuppoſitus, ſicut & pleraque, quæ Epiphanio tribuuntur, ſi panarium, Ancoratum, Anacephalæoſin, tractatum de ponderibus & menſuris, & duas epiſtolas excipiamus, pro pſeudepigraphis habentur.

OPTATI MILEVITANI *libri de ſchiſmate Donatiſtarum* contra Parmenianum A. 1549. Moguntiæ cum Conradi Bruni tractatu de hæreticis prodierunt, quæ Optati editio Johanni Cochlæo debetur. Aliam eamque longe emendatiorem dedit Franciſcus Balduinus A. 1563. & iterum A. 1569. in qua altera editione præfatio ad Johannem Lucanium, ſeu per anagramma Calvinum, omiſſa eſt. Witebergenſis

is editionis apud Commelinum meminit Possevinus Tom. II. apparat. p. 178. Sed forte pro Witebergensi Heidelbergensem nominare voluit, quæ A. 1599. apud Commelinum prodiit. Postea A. 1613. Lugduni Batavorum Optatus cum incerti alicujus autoris emendationibus lucem publicam aspexit. In editione Parisiensi A. 1631. quæ curante Gabriele Albaspinæo facta est, præmittitur Balduini Historia collationis Carthaginensis, & ejusdem delibatio historiæ Africanæ, qui duo tractatus, etsi diversis nominibus insigniantur, re ipsa tamen non diversi sunt, nisi quod in delibatione historiæ Africanæ resecantur, quæ Balduinus olim in historia Carthaginensis collationis adversus Calvinum & Bezam dixerat. Eodem anno 1631. Mericus Casaubonus Londini Optatum edidit, & notis suis illustravit. Præterea & Philippus Priorius A. 1679. Parisiis Optatum cum suis & aliorum notis

Digitized by Google

tis iterum imprimi curavit. Noviſſime Lutetiæ Pariſiorum A. 1700. prodierunt S. Optati Afri Milevitani Epiſcopi de ſchiſmate Donatiſtarum libri ſeptem, ad Manuſcriptos codices & veteres editiones collati, & innumeris in locis emendati. Quibus acceſſere Hiſtoria Donatiſtarum una cum Monumentis veteribus ad eam ſpectantibus, nec non Geographia Epiſcopalis Africæ, opera & ſtudio M. Ludovici Ellies du Pin, ſacræ Facultatis Pariſienſis Doctoris Theologi, nec non Philoſophiæ Profeſſoris Regii.

PACIANI *Scriptæ* Pariſiis Johannes Tilius A. 1538. edidit, & Johanni Gagnejo nuncupavit. Edidit præterea Paciani opera Romæ Paulus Manutius A. 1564. ut teſtatur Nicolaus Antonius in bibliotheca Hiſpanica veteri Tom. I. lib. 2. c. 7. Cujus editionis potius in tractatu de bibliothecis Patrum mentionem injicere debuiſſem, quia etiam alia Patrum monumenta exhibet. Sed

quia

Digitized by Google

quia inter Romanas Patrum bibliothecas illa a me omissa est, paucis nunc addo, quod prædictus Manutius anno prædicto Romæ Salviani Massilienſis de judicio Dei & providentia libros, Maximi Taurinenſis homilias, Pacianum de pœnitentia & confessione, Sulpitii Severi ſacram hiſtoriam, Dorotheum Tyrium de Prophetis & Diſcipulis Domini, & Haymonis Halberſtadienſis hiſtoriæ ſacræ epitomen, cum Petri Galeſinii in tres poſteriores notationibus ediderit, ut ex Telleriana bibliotheca p. 21. cognoſcere licet. Etſi vero juxta hanc Tellerianam bibliothecam Manutius tantum Paciani tractatum de pœnitentia & confeſſione edidiſſe videatur, Nicolaus tamen Antonius l. c. Paciani epiſtolas nominat, nec dubitat, cætera etiam Paciani ſcripta a Manutio in hac collectione edita fuiſſe, quod illis diſpiciendum relinquo, quibus hanc editionem oculis uſurpare licet.

Digitized by Google

EPHREMI SYRI, (quem Bartholinus de morbis biblicis p. 124. ex quarto, quo vixit, ſeculo perperam ad tertium retrahit,) *opera* in tres tomos diviſa Gerardus Voſſius Tungrenſis Romæ edidit, ubi primus A. 1589. ſecundus A. 1593. & tertius A. 1597. prodiit, quæ Romana editio poſtea Coloniæ & Antverpiæ repetita fuit. Miratur autem Lambecius Tom. I. bibliothecæ Vindobonenſis p. 117. & ſeqq. Voſſium hunc ſcribere auſum, quod ante ſuam editionem Ephremus latinis auribus incognitus fuerit, quaſi ipſe primus latinam operum Ephremi interpretationem in ſe ſuſcepiſſet, cum tamen jam pridem Ambroſius Camaldulenſis aliquos Ephremi tractatus latine verterit, quos Friſius in ſua bibliotheca Argentorati A. 1509. impreſſos refert, & præterea quædam Ephremi opera Coloniæ A. 1547. ut & Venetiis A. 1574. ex verſione Zini prodierint. Addere potuiſſet Lambecius editionem

holi-
quar-
ter-
s di-
Ro-
um-
it,
ia
it.
z
s-
e

nem Dillingenſem. Sunt enim mihi ad manus divina quædam S. Ephrem opera e græca lingva in latinam verſa, Petro Franciſco Zino Veronenſi interprete, Dillingæ A. 1562. apud Sebaldum Mayer. *Canticum de Maria & Magis* ab Abrahamo Ecchellenſi e Syriaco ſermone translatum, & Romæ A. 1645. editum refert Hottingerus in Bibliothecario p. 224.

BASILII M. *operum* quatuor editiones in bibliotheca mea ad manus habeo, unam græcam typis Frobenianis Baſileæ A. 1551. excuſam; alteram latinam itidem Baſileæ A. 1565. apud Oporinum & Hervagii hæredes, Wolfgangi Muſculi ſtudio procuratam; tertiam græco-latinam Pariſiis A. 1638. in tres tomos diviſam; & quartam denique germanicam A. 1591. Ingolſtadii impreſſam. His addi poſſunt editiones græcæ Venetæ Anni 1535. & Baſileenſis A. 1532. græco-latina Pariſienſis anni 1618. in duos tomos diſtincta; & Latina

tantum Parisiensis anni 1603. Basileensis A. 1552. Antverpiensis A. 1616. & Parisiensis A. 1566. a Godofredo Tilmanno procurata. Seorsim quoque non pauca Basilii opuscula prodierunt, e quorum numero adduxisse sufficiat ejus *homilias in Hexaemeron* seculo 5. ab Eustathio, seculo 13. ab Argyropolo, & seculo 16. a Perionio & Strigelio latine versas, quorum postremus Lipsiæ A. 1566. Basilii hexaemeron ex versione sua in publicam lucem emisit. Si Possevino in apparatu Tom. I. p. 183. Dupinio in bibliotheca p. 199. & quibusdam aliis fides habenda, etiam sexto seculo Dionysius Exiguus Basilii hexaemeron latine vertit. Sed valde vereor, ne Scriptores illi Basilii hexaemeron cum Gregorii Nysseni tractatu de opificio hominis confuderint. Cæterum ad novam operum Basilii editionem adornandam non parum conducet Franciſci Combefisii Basilius M. ex integro recensitus, Parisiis A. 1679. editus,

is, & in duos tomos distributus. In uo opere græcus textus ex codicibus manuscriptis emendatur, versiones passim castigantur, variæ de Basilii scri-ptis observationes suppeditantur, nec pauca Basilii loca egregie illustrantur, imo & 10. & 11. homilia in hexaemeron de creatione hominis agentes, quæ in græco-latina operum Basilii editione omissæ sunt, integræ exhibentur, & simul homilia de Paradiso additur. Quamvis alii duas illas de creatione hominis homilias a Basilio M. scriptas inficientur.

GREGORII NYSSENI *opera* Basileæ A. 1562. prodierunt. Omnia autem quæ hæc editio complectitur Nysseni opera interpretem habent Laurentium Sifanium, tribus tantum ultimis opusculis exceptis, quorum unum a Dionysio Exiguo, alterum a Johanne Cononc, tertium a Georgio Trapezuntio versum est. In editione Parisiensi A. 1573. accesserunt homiliæ in Eccle-

Digitized by Google

ſiaſten, & quædam alia, quæ videri poſſunt apud Poſſevinum in apparatu Tom. I. p. 678. In editione Pariſienſi A. 1605. Nyſſeni opera ex variorum imprimis Sifanii, Leunclavii & Zini verſionibus duobus tomis comprehenſa prodierunt, cui editioni præfuit Fronto-Ducæus. Poſtea A. 1615. græco-latina operum Nyſſeni editio in duos tomos diſtributa Pariſiis in lucem prodiit, cujus ordinem recenſet Labbeus Tom. I. de Scriptoribus eccleſ. p. 378. Triennio poſt A. 1618. Jacobus Gretſerus appendicem ad hanc Nyſſeni editionem adjecit, in qua præter alia primum Nyſſeni librum adverſus Eunomium vulgavit hactenus in Nyſſeni editionibus deſideratum. Nicolaus enim Gulonius, qui Nyſſeni orationes contra Eunomium latine interpretatus eſt, in ſuo exemplari librum primum non invenit, ideoque ſecundum librum pro primo habuit, qua de re in Gretſeri prolegomenis plura videantur.

antur. Tandem A. 1638. Nyſſeni opera tribus tomis diſtincta græce & latine Pariſiis prodierunt, in qua editione locis ſuis inſerta ſunt, quæ in Gretſeri appendice addita fuerunt. Seorſim etiam nonnulla ex his Gregorii Nyſſeni operibus impreſſa proſtant. *Duas orationes*, unam de Filii & Spiritus S. deitate, alteram die Paſchatis dictam. Lipſiæ A. 1564. græce edidit, & latinam ſuam verſionem adjunxit Joachimus Camerarius. Eodem anno idem Camerarius *duas alias orationes*, nempe unam de nativitate Chriſti, alteram de S. Stephano græce & Latine Lipſiæ vulgavit. *Quinque opuſcula*, nempe de profeſſione chriſtiana, de perfectione & qualem chriſtianum eſſe deceat, anagogica vitæ Moſis enarratio, tractatus contra Apollinarium, & tractatus de fide, ſtudio Davidis Höſchelii Lugduni Batavorum A. 1593. græce prodierunt. *Decem opuſcula*, partim græce & latine, partim græce

Digitized by Google

Ingolſtadii A. 1596. Fronto Ducæus in lucem publicam emiſit. *Epiſtola ad Letojum* Venetiis Maximo Margunio interprete A. 1585. prodiit, quæ alias etiam in collectionibus canonum legi ſolet. *Tractatus de natura hominis* græce cum verſione latina Leunclavii, & ejusdem ſcholiis Baſileæ Anno 1567. apud Oporinum lucem publicam aſpexit. *Libri octo de philoſophia*, qui inter Gregorii Nyſſeni opera leguntur, ſeorſim quidem Oxonii A. 1671. græce & latine cum Viri alicujus docti ſcholiis in lucem prodierunt, ſed non amplius Gregorio Nyſſeno, ſed Nemeſio Epiſcopo Emeſeno aſcripti, nec titulum de philoſophia, ſed titulum de natura hominis gerentes, nec amplius in octo libros, ſed in 44. capita diſtincti. Jampridem autem hunc tractatum de opificio hominis Nemeſio vindicavit Nicaſius Ellebodius, qui Antverpiæ A. 1565. hunc librum græce & latine ſub Nemeſii Epiſcopi & Philoſophi

Digitized by Google

sophi nomine vulgavit. *Epistolam de peregrinationibus Hierosolymitanis* Parisiis A. 1551. Morellius edidit. Eandem ibidem græce & latine cum notis suis Petrus Molinæus vulgavit, quæ editio Hanoviæ A. 1607. recusa est. Novissime Heideggerus ad calcem dissertationum de peregrinationibus religiosis Tiguri A. 1670 hanc epistolam publicavit, & simul brevem pro hac epistola apologiam contra quosdam Pontificios adjunxit. *Epistolam ad Eustathium, Ambrosium & Basilissam* græce & latine cum notis suis Parisiis A. 1608. in lucem publicam emisit Isaacus Casaubonus, quæ editio Hanoviæ A. 1607. iterum prelo commissa fuit. *Magnam orationem catechetica*m Petrus Morellus A. 1568. Parisiis publici juris fecit. *Liber de virginitate* (quem etiam Johannes Livinejus Antverpiæ A. 1574. græce & latine edidit, & scholiis suis illustravit,) A. 1565. Romæ simul cum *homiliis quinque de ora-*

zione Dominica, & *octo de vita beata* prodiit. Et Sculterus quidem in medulla Patrum part. III. p. 244. librum de virginitate eam ob rationem pseudepigraphum esse conjicit, quod autor hujus libri se uxoratum fuisse innuat, Nyssenus autem in cælibatu vixisse videatur. Verum conjugium Nysseni asserit Nazianzenus in epistol. 95. in qua uxorem Nysseni Theosebiam appellat, & ejus laudes deprædicat. *Commentarium duplicem in Psalmorum inscriptiones*, ex Bavarica bibliotheca in lucem deprompsit Jacobus Gretserus, græce & latine editum Ingolstadii Anno 1600.

GREGORII NAZIANZENI *opera* græce Basileæ A. 1550. sumtibus Johannis Hervagii prodierunt. Latinam editionem eorundem procuravit A. 1570. Jacobus Billius, a qua forte nihil differt Colonienſis ejusdem anni editio, cujus ordinem recenset Bellarminus de Scriptor. eccles. p. 122. Non obstitit autem

tem Billiana editio, quo minus Jo-
nnes Leunclavius anno ſequenti
71. novam Nazianzeni editionem in
ıblicam lucem emitteret, quam in
ræfatione quoad multas partes Bil-
ana meliorem eſſe probat. Deinceps
Billiana editio Pariſiis 1583. cum majori
ıpparatu prodiit, quam Gilbertus Ge-
nebrardus cum ſuo ſocio Gregorio
XIII. dedicavit. Poſtea anno 1609. &
1630. Nazianzeni opera cum Variorum
notis Pariſiis græce & latine in duos
tomos diſtributa prodierunt, quæ edi-
tio A. 1690. Coloniæ, ut titulus præ ſe
fert, vel potius Lipſiæ iterata fuit. *Li-
bros de Theologia* latine reddidit, & Ba-
ſileæ edidit Petrus Moſellanus, qui
etiam *orationem in nativitatem Chriſti*
A. 1522. Lipſiæ edidit. *Oratio de ſan-
cta Pentecoſte* Lipſiæ A. 1582. a Matthæo
Dreſſero græce & latine vulgata, ejus-
que ſcholiis illuſtrata fuit. *Orationes
funebres in laudem* Cæſarii fratris, &
Gorgoniæ ſororis Coloniæ, anno 1589.

Digitized by Google

ex Birckmanniana officina prodierunt. *Arcana* David Hœſchelius græce cum græca paraphraſi Nicetæ Lugduni Batavorum A. 1590. publicavit. *Carmen de ſe ipſo*, interprete Billio, A. 1598. Pariſiis prodiit. *Opuſcula quædam* verſibus reddita, eodem Billio interprete, Pariſiis A. 1575. lucem aſpexerunt. *Carmina quædam* græce & latine ad Nonni paraphraſin in evangelium Johannis adjecit Hedenneccius Baſileæ A. 1588. *Carmina quædam* cum latina verſione Johannis Langi Sileſii Baſileæ A. 1567. lucem publicam adſpexerunt. *Invectivas duas in Julianum* græce cum ſcholiis græcis, quibus etiam ſuas notas adjecit, Richardus Montacutius Etonæ A. 1610. publicavit. *Sententias & regulas vitæ* Sambucus Antverpiæ A. 1568. Plantinianis typis græce imprimendas dedit. *Teſtamentum*, poſt Briſſonium in tractatu de formulis libr. 7. & Baronium tom. 4. annalium, Marquardus Freherus

Digitized by Google

rus tom. 2. juris Græco-Romani edidit, quam editionem deinde Lingelshemius & Montacutius variantibus lectionibus ex Palatino codice desumtis locupletarunt, ut docet Lambecius tom. VI. bibliothecæ Vindobonens. p. 8. *De moderandis disputationibus, de laudibus Cypriani*, & quidam alii sermones, curante Johanne Oecolampadio Augustæ Vindelicorum in lucem prodierunt. *Epistolas* græcas, una cum Basilii M. epistolis, Hagenoæ A. 1528. edidit Vincentius Obsopœus. *Tetrasticha* græco-latino-Gallica simul cum Vidi Fabri Pibracii tetrastichis edidit Florens Christianus Lugduni A. 1598. *Sermones octo* ex Rufini interpretatione A. 1508. Argentinæ excusi sunt. *Sermonem de pauperibus amandis* cum duabus Gregorii Nysseni de eodem argumento sermonibus, Petrus Franciscus Zinus A. 1550. Parisiis conjunxit. *Tres Orationes* Julius Gabrielus Antverpiæ A. 1573. edidit. *Carmi-*

na de Christi miraculis & parabolis Ammonii Alexandrini harmoniæ evangelicæ græce cum versione sua subjunxit Ottomarus Luscinius.

DIDYMI *tractatum de Spiritu S.* ab Hieronymo latine versum, ideoque inter ejusdem opera editum, seorsim Johannes Fuchtenius Helmstadii A. 1614. imprimi curavit. Cæterum Hieronymus in præfatione ad hunc tractatum Ambrosium suppresso nomine plagii accusat, & cum corniculæ Æsopica comparat, statuitque Rufinus non aliam ob causam Hieronymum hanc Didymi lucubrationem transtuliisse, quam ut Ambrosii plagium pateret. At alii observant, Ambrosium non solum ex Didymo, sed etiam ex Basilio M. Athanasio, Gregorio Nysseno, & aliis, quædam in libros suos de Spiritu S. transtuliisse, nec tam corniculæ Æsopicæ alienarum aviumi plumas promiscue diripienti, quam api florum succos, unde mella sua colligat,

ligat, distingventi comparandum esse, imprimis cum & ipse aliorum inventis sua ornamenta contulerit. Unde Raynaudus in erotem. de bonis & malis libris Ambrosium inter plagiarios referendum negat, cujus tamen rationes admodum infirmas esse, monet Thomasius de plagio liter. thes. 355. & seqv.

MACARII *homiliæ quinquaginta* græce ex bibliotheca Regia Parisiis A. 1559. apud Gulielmum Morelium, in Græcis typographum Regium, prodierunt. Easdem latine vertit Johannes Picus, & ibidem eodem anno evulgavit. Græce & latine ex versione Zachariæ Palthenii homiliæ istæ Francofurti A. 1594. lucem publicam aspexerunt. Germanice Macarii homilias vertit Godofredus Arnoldus, quem in sua versione a Macarii sensu sæpe aberrasse fatetur ipse in altera germanica Macarii versione, cui etiam *aliæ Macarii opuscula*, ut & nonnulla alia Veterum.

terum monumenta germanice addidit Goslariæ A. 1699. Quo ipso anno etiam Johannes Georgius Pritius Macarii homilias, & cætera opuscula græce & latine Lipsiæ vulgavit, qui Macarii scripta nævis nonnullis laborare non dissimulat. Cur autem Fanatici & Mystici nostræ ætatis Macarii scriptis admodum delectentur, & non quod pueri in faba in illis inveniſſe sibi videantur, non jam est dicendi locus.

GREGORII BAETICI *librum de Trinitate*, sive de fide Achilles Statius Romæ A. 1575. in ædibus Populi Romani edidit, quem librum alii sub Faustini nomine ediderunt. Prodiit tamen hic liber etiam sub Gregorii Baetici nomine Coloniæ in 8vo. A. C. 1577.

AMBROSII *opera* post Maffellum Veniam Monachum Augustinianum Cribellius Presbyter Mediolani A. 1490. edidit. Post Cribellium Johannes Amerbachius Basileæ A. 1492. Ambro-

sii

sii opera in tres tomos divisit. In eadem urbe A. 1506. nova Ambrosii operum editio prodiit, quæ tamen ab Amerbachiana nihil differt, nisi quod florigerum Registrum, ut vocatur, præmissum est, seu copiosus in Ambrosii opera index, a Conrado Leontorio soluta & ligata oratione commendatus, qui etiam primo hujus editionis tomo epistolam proœmialem & recommendatitiam, ut vocat, præmisit. Secuta est in eadem urbe A. 1527. auctior & emendatior operum Ambrosii editio curante Erasmo Roterodamo, qui Ambrosii opera in 5. tomos eo ordine digessit, ut primo tomo tractatus morales, secundo opuscula polemica, tertio orationes, epistolæ & sermones ad populum, quarto scripta ad exegesin librorum quorundam V. T. spectantia, & quinto denique commentarii in libros quosdam N. T. contineantur; quem ordinem etiam editiones proxime sequentes servarunt, in quibus ta-

men ſubinde aliqua mutata, vel addita fuerunt. Huc ſpectant editiones Pariſienſes A. 1529. 1539. 1540. 1549. & 1568. quam Johannes Gillotius procuravit, Baſileenſes A. 1538. 1555. & 1567. quarum duæ poſtremæ ex Johannis Coſterii recognitione prodierunt, & ſplendido hoc ornantur titulo:

Omnia quotquot extant D. Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis opera, primum per Deſ. Eraſmum Roterodamum, mox per Sigismundum Gelenium, deinde per alios eruditos Viros diligenter caſtigata, nunc vero poſtremum per Johannem Coſterium ad plurium antiquorum codicum collationem plus bis mille erroribus ſublatis præter integros verſus pluribus locis deſideratos, quos nunc adjecit, ita emendata, ut ſuperioribus editionibus ubicunque gentium evulgatis longe præſtare æquus lector, ſi vel unicum tantum librum cum ſuperioribus

ribus impressionibus contulerit, facile dijudicet.

Lugdunensis editio A. 1559. apud Frelonium excusa, cujus perfidiam corrector illius typographiæ Francisco Junio prodidit, ut ipse in præfat. ad indic. expurg. refert, cum fraus ista emanasset, statim suppressa iterum videtur, siquidem ejus vestigia nullibi hodie amplius comparent. Attamen non meliori fide postea Ambrosii opera Romæ tractata sunt. Antequam enim Ambrosius Romana lingva loqui disceret, in equuleo bibliothecæ Vaticanæ misere tortus est, ut notat Voetius in desperat. caus. papat. pag. 460. Romanæ hujus editionis, in qua Ambrosii opera novam veluti faciem induerunt, præcipuus ἐργοδιώκτης fuit Felix de Monte Albo, qui postea ad Pontificatum Romanæ ecclesiæ evectus Sixtus V. audiit. Distributa est in sex tomos, quorum primus 1580. secundus 1581. tertius 1579. quartus 1583. quintus 1585.

& ſextus 1587. prodiit, ut Poſſevinus in apparatu ſuo refert Tom. I. p. 55. & ſeq. ubi, quid ſingulis tomis contineatur, exponit. Videtur autem poſtea hæc editio, quæ a Pariſienſibus typographis ſingulis fere decenniis repetita fuit, in quinque tomos contracta fuiſſe. Labbeus enim in diſſertat. de Script. eccleſ. p. 48. Ambroſii opera juxta Romanam & recentiores Pariſienſes editiones referens, quinque tantum tomos recenſet, & quæ apud Poſſevinum ad ſextum tomum Romanæ editionis referuntur, partim primo, partim quinto tomo adnumerat, ubi etiam notat editioni Pariſienſi anni 1642. adjectos eſſe cum Petri Nannii & aliorum ſelectis ſcholiis, quæ etiam in Romana editione habentur, advertentias Theologiæ ſcholaſticæ, ſive animadverſiones Ferdinandi Velloſilli Epiſcopi Lucenſis. Alias editiones Pariſienſes Romanam ſecutas A. 1603. 1614. 1632. 1642. & 1665. memorat Celeberri-

mus

mus Cave. Cum autem Romana Ambroſii editio, & hanc imitatæ Pariſienſes peſſime corruptæ, & turpiter confuſæ deprehendantur, operæ pretium viſum eſt Monachis Benedictinis Pariſienſibus e Congregatione S. Mauri optimi Patris ſcripta ad meliorem ſtatum revocare. Incubuit autem illa cura imprimis Jacobo du Friſch, & Nicolao le Nourry, qui per integrum octennium novæ Ambroſii editioni inſudarunt, ut ipſe Nourry in præfatione ſui apparatus ad bibliothecam Patrum Lugdunenſem teſtatur. Diviſa autem eſt hæc Ambroſii editio a Benedictinis procurata in duos tomos, quorum primus opera Ambroſii ad Scripturæ expoſitionem pertinentia complectens A. 1686. ſecundus vero reliquas Ambroſii lucubrationes & ſimul appendicem, (quæ triplicem Ambroſii vitam, & pſeudepigrapha quædam ejus opera comprehendit,) continens A. 1690. prodiit. Extant autem ſcri-

Digitized by Google

pta ſub Ambroſii nomine non pauca, quibus Benedictini ne in appendice quidem ſecundi tomi, ubi pſeudepigrapha quædam exhibent, locum relinquere voluerunt, e quorum numero adduxiſſe ſufficiat hymnum: *Te Deum laudamus*, quem ab Ambroſio & Auguſtino per divinum Spiritum afflatis antiphonarum inſtar alternatim cantatum, poſt alios paucis abhinc annis probare niſus eſt Euſtachius a S. Ubaldo in tractatu de DEI benedictionibus Mediolani edito, cui diſquiſitionem de autore hujus hymni ſubjecit, ubi etiam ad objectiones Nobiliſſimi Tenzelii, & aliorum reſpondere conatur. *Epiſtola ad Marcellinum, & oratio de baſilicis tradendis* contra Auxentium obſervationibus eccleſiaſticis & parallelis illuſtrata Wittebergæ A. 1674. prodiit. *Duæ epiſtolæ ad Valentinianum* contra Symmachum ſæpius cum Symmachi epiſtolis prodierunt. In editione Jureti A. C. 1604.

etiam

etiam *epiſtola ad Eugenium* acceſſit. *Commentarium in Apocalypſin*, quem ſub Ambroſii nomine Cuthbertus Tunſtallus Pariſiis A. 1554. edidit, autorem habet Berengarium, qui in nonnullis codicibus etiam Berigvedus & Berengaudus appellatur. *Epiſtolas* uſui eccleſiæ Mediolanenſis accommodatas Antverpiæ A. 1575. Stephanus Lematius edidit. *Tractatus de officiis* Pariſiis A. 1609. prodiit, item A. 1583. ex recognitione Franciſci Piſtorii ibidem, nec non Moguntiæ A. 1602. in qua editione Ciceronis libri de officiis cum Ambroſiano tractatu conferuntur. Idem tractatus Mediolani A. 1609. prodiit, adjuncto *tractatu de dignitate Sacerdotali*, de quo obiter notamus, quod idem ſit cum tractatu ſeu ſermone Gerberti de informatione Epiſcoporum, quem Mabillonius tomo 2. Analectorum edidit, & diverſitate tituli deceptus nunquam antea editum putavit, cum tamen jam toties inter Am-

broſii opera editus fuiſſet. *Exorciſmi* Coloniæ anno 1583. editi memorantur in bibliotheca Barberina Tom. 1. p. 35.

HIERONYMI *opera* collegit, in novem tomos digeſſit, ſuisque cenſuris & ſcholiis illuſtravit, & Baſileæ ex officina Frobeniana anno 1516. emiſit Eraſmus Roterodamus. Corrigenda igitur eſt idea operum Hieronymi a Friderico Ulrico Calixto conſcripta, in qua p. 33. aſſeritur, Eraſmum quatuor prioribus tomis immortuum fuiſſe, quintum autem & ſequentes tomos Amerbachiorum induſtriæ deberi. Quæ ſcripturus Vir doctiſſimus non fuiſſet, ſi cogitaſſet Eraſmum anno demum 1536. obiiſſe, cum jam ante viginti annos, nempe 1516. omnes novem operum Hieronymi tomos ediditſſet. Occaſionem erroris inde, ut videtur, hauſit, quod videret Brunonis & Baſilii Fratrum Amerbachiorum præfationem quinto tomo præfixam, in qua de Patris ſui, non de Eraſmi morte,

verba

verba faciunt. Unde etiam in actis Eruditorum A. 1684. p. 346. corrigendum eſt, cum aſſeritur Eraſmum fatis ante functum eſſe, quam quintum & ſequentes tomos perficeret. Cæterum Eraſmum adhuc in editione N. T. occupatum magna cum præcipitantia Hieronymi opera edidiſſe Simonius in nouvell. obſervat. pag. 122. judicat. Poſt Eraſmum, cujus editio aliquoties iterata fuit, omnia Hieronymi opera itidem in 9. tomos digeſta, & annotationibus ſuis illuſtrata, Romæ A. 1565. vulgare cœpit Marianus Victorius Reatinus, qui tres priores tomos Pio IV. quartum, quintum & ſextum Pio V. ſextum denique & reliquos Gregorio XIII. dedicavit. Repetita & hæc editio eſt ſæpius Antverpiæ 1578. Coloniæ A. 1616. Pariſiis 1579. 1602. 1623. in qua editione acceſſerunt difficilia Hieronymi loca per Franciſcum a Meſſana illuſtrata, Ferdinandi Velloſilli advertentiæ Theologicæ in opera Hiero-

Digitized by Google

nymi, Federici Morelli obſervationum & emendationum diatriba, & Lælii Epiſcopi Balneoregiani emendatio inſignis loci Hieronymiani. Ex his Eraſmi & Victorii editionibus conflata eſt, quæ Francofurti A. 1684. cum Variorum notis in XII tomos diſtributa prodiit, cujus ſeries a Calixto in idea paulo ante allegata recenſetur. Noviſſimam editionem Pariſienſem, quæ ſuperiore anno prelum evaſit, anteceſſit A. 1690. D. Hieronymi Prodromus, ſive epiſtola Johannis Martianay ad omnes Viros doctos & Studioſos, cum epiſtola S. Hieronymi ad Sunniam & Fretelam, caſtigata ad MSCtos codices optimæ notæ, ac multiplici obſervationum genere illuſtrata. In quo prodromo ejus autor oſtendit, poſt Herculeos Eraſmi & Victorii labores adhuc multa emendanda ſupereſſe. Id vero imprimis ex epiſtola ad Sunniam & Fretelam probat, quam ad MSCtos codices optimæ notæ caſtigatam ita

ex-

Digitized by Google

exhibet, ut in altera columna vitiosas Erasmi & Victorii lectiones e regione opponat, quarum tanta copia est, ut vix tertia epistolæ hujus satis prolixæ pars cum MSCtis codicibus convenire videatur. Sunniam autem & Fretelam non fœminas fuisse, sed viros contra Lequienium probat, partim ex MSCtis codicibus, in quibus epistola inscribitur dilectissimis fratribus Sunniæ & Fretelæ, partim ex ipso contextu hujus epistolæ, partim ex eo, quod virilia nomina sint apud Gothos Attila, Torila, Agila, & similia. Quod notandum etiam est contra Rivetum, qui in Isagoge ad S. Scripturam cap. 23. Sunniam & Fretelam claris fœminis sacrarum literarum studiosis annumerat, quod & a Raynaudo Tom. XII. p. 338. aliisque perperam factum est. Hunc prodromum a Johanne Martianay præmissum excepit A. 1693. tomus I. operum Hieronymi divinam ejus bibliothecam antehac, ut dicitur, inedi-

tam,

Digitized by Google

tam, ſeu translationes V. & N. T. continens. Poſt quinquennium nempe A. 1699. prodiit tomus ſecundus complectens libros editos & ineditos etymologicos, geographicos, quæſtiones hebraicas, epiſtolas criticas, & commentarios in ſacra volumina a Geneſi usque ad Prophetas. Acceſſit A. 1704. tomus tertius continens commentarios in Prophetas majores & minores. Subjecit autem Martianay commentariis Hieronymi in Prophetas majores & minores defenſionem eruditionis Hieronymianæ adverſus Johannem Clericum. Is enim A. 1700. Amſtelodami in lucem publicam emiſit quæſtiones Hieronymianas, in quibus hæc operum Hieronymi editio cum editore ſuo multis nominibus carpitur, unde Martianæus ſe ſuumque Hieronymum defendere non omiſit, quas lites componere noſtri inſtituti non eſt. Quartus tomus, cujus prior pars commentarios omnes in Novum Teſta-

men-

mentum, atque epiſtolas criticas ejusdem argumenti, ordine librorum Scripturæ ſacræ poſitas, poſterior cunctas alias epiſtolas ordine chronologico nunc primum editas, & in varias claſſes diſtributas, cum opuſculis apologeticis & polemicis ad fidem vetuſtiſſimorum codicum recenſitis ac reſtitutis complectitur, A. 1706. prodiit. Eodem anno acceſſit & quintus tomus, complectens vitam S. Hieronymi a duobus anonymis ſcriptam; Catalogum Gennadii de Viris illuſtribus; opuſcula omnia ſuppoſititia tam edita quam inedita, cum Appendice curioſiſſima theſium & diſputationum in Biblia ſacra, quas antea nullus poſteris tradiderat. Hæc de editionibus operum Hieronymi dicta ſufficiant. Nunc breviter opuſcula quædam Hieronymi recenſebimus ſeorſim edita. *Epiſtolas* Petrus Caniſius Dillingæ A. 1565. edidit. Eædem excuſæ ſunt Lovanii anno 1573. Antverpiæ A. 1578. Pariſiis A. 1583. Eas-

dem

dem Johannes de Gradibus utriusque juris Profellor Lugduni A. 1513. apud Magiſtrum Nicolaum de Benedictis imprimi curavit, quæ editio ibidem A. 1526. repetita eſt. Romæ eædem cum Mariani Victorii notis A. 1566. lucem publicam aſpexerunt. Decas I. epiſtolarum cum notis Henrici Gravii Antverpiæ excuſa eſt A. 1568. Reliquas Pariſiis A. 1609. & Coloniæ 1618. Andreas Schottus imprimi curavit. Omnes has editiones epiſtolarum Hieronymi ſuperat Veneta, quæ A. C. 1590. in lucem emiſſa eſt. *Epiſtola ad Euſtochium* de cuſtodienda virginitate cum notis Eraſmi Baſileæ A. C. 1522. *Epitaphium Nepotianum* Pariſiis 1578. prodiit. De variis *chronici Hieronymiani* editionibus in hoc tractatu de bibliothecis Patrum ſuis locis diximus, ubi etiam de *catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum*, qui cum Gennadii & aliorum ejus generis catalogis aliquoties impreſſus eſt, diximus. Addimus

nunc

Digitized by Google

nunc editionem Erneſti Salomonis Cypriani, qui Hieronymi catalogum cum notis Eraſmi, Victorii, Gravii, Miræi, & Joh. Alberti Fabricii Francofurti anno 1700. luce publica donavit. Proſtant etiam ſeparatim nonnulla Hieronymiano nomini aſcripta opera, quæ in nulla editione operum Hieronymi hactenus comparent. Talia ſunt *indiculus hæreſium*, quem Claudius Menardus, Juliomagi Andium Proprætor Pariſiis A. 1617. edidit; *Martyrologium* a Franciſco Maria Florentinio Lucæ ex typographia Hiacynthi Pacii A. 1668. editum, de quo in tractatu de bibliothecis Patrum pag. 180. ſeqq. plura dicta ſunt, ubi etiam de aliis illius Martyrologii editionibus actum eſt. Nunc addimus, eſſe in manibus noſtris antiqui codicis Blumiani, qui in bibliotheca Auguſta Wolffenbüttelenſi aſſervatur, varias lectiones, quas ab Illuſtri Leibnizio acceptas Juvenis Nobiliſſimus Dn. Benzelius humaniter mihi com-

Digitized by Google

communicavit. Editæ quoque seorsim *vitæ Patrum*, quas Celsus Hugo Lugduni apud Jacobum Hugvetum, & alii alibi sub Hieronymi nomine ediderunt. Et *Comes, seu Lectionarius*, quem Jacobus Pamelius tom. 2. sui Ritualis Patrum Latinorum, seu Liturgiæ Latinæ cum Gregorii Antiphonario, & aliis hujusmodi Scriptoribus liturgicis Coloniæ A. 1571. publicavit. Ubi etiam memorandus *Prologus in Comitem* a Pamelio omissus, sed a Matthia Flacio Magdeburgi A. 1549. editus, quæ editio Dacherium latuisse videtur, unde tomo 13. Spicilegii sui hunc prologum tanquam scriptum aliquod ἀνέκδοτον vulgavit.

PHILASTRII, qui etiam Philaster nonnullis appellatur, *liber de hæresibus* Basileæ A. 1528. una cum Lanfranci libro de sacramento eucharistiæ, & iterum in eadem urbe una cum sententiis Patrum de officio verorum Rectorum ecclesiæ A. 1539. in lucem prodiit.

Mihi

Digitized by

Mihi ex editionibus Philaſtrii ſeparatis nulla ad manus eſt, quam Helmſtadienſis, per Johannem a Fuchte A. 1611. in 4to. procurata, qui in præfatione ad lectorem Philaſtrium circa A. 430. floruiſſe refert, quod a veritate hiſtorica alienum eſſe in præfatione ad diſſert. de hæreſiarch. p. 4. docuimus.

FAUSTINI *opera* Oxonii anno 1678. conjunctim edita, & Viri cujusdam docti notis illuſtrata proſtant. Eſt inter illa opera *libellus Marcellini & Fauſtini* Imperatoribus oblatus, quem primus edidit Pariſiis A. 1650. Jacobus Sirmondus, quem etiam Fauſtini librum de Trinitate edidiſſe gratis aſſeritur, ut dictum eſt in tractatu de bibliothecis Patrum p. 255.

THEOPHILI ALEXANDRINI *diſſertatiuncula cujus rei homo ſimilis ſit*, quam Pariſ. A. 1608. græce edidit & latine interpretatus eſt Feder. Morellus, recenſere vix operæ pretium eſt. Nec majoris pretii ſunt, etſi molis longe majoris

JOHANNIS HIEROSOLYMITANI *opera*, quæ Petrus Waſtelius Carmelita una cum tribus vindiciarum libris A. 1643. Bruxellanis typis in lucem publicam protulit, in magno hoc volumine magnas magno conatu nugas agens, quales etiam egit Franciſcus Bivarius, qui

DEXTRI *omnimodæ hiſtoriæ chronicon* cum amplisſimis commentariis & duplici apologia Lugduni A. 1627. publicavit. Neque tamen primus fuit Bivarius, qui hoc chronicon Dextri ſuppoſitum edidit, ut Sagittarius in apparatu ſuo exiſtimavit, ſed primus illud Cæſarauguſtæ anno 1619. Johannes Calderon vulgavit. Alios, qui edendo, illuſtrando, & vindicando huic chronico operam dederunt, in bibliotheca ſua veteri Hiſpanica p. 156. recenſet Nicolaus Antonius, qui Dextro huic ſuppoſitio cereis alis Icari inſtar in altum ſe ferenti verum hiſtoriæ ſolem ad exitium & ruinam, peculiari tracta-

ractatu opponere voluit. Plures au-
ores, qui fictitium hoc Dextri chroni-
on exploſerunt, enumerat Aguirre
om. 2. Concil. Hiſpan. p. 52. it. p. 64.
eq. eorum ſuſpicionem approbans,
ui & hoc chronicon, & alia ejusdem
urfuris chronica, ex cerebro unius
jusdemque maleferiati capitis nata
ſſe cenſent, nempe Jeſuitæ Hierony-
ni Roman de la Higuera hominis ad
jusmodi dolos nati & facti, qui hoc
Dextri chronicon Fuldæ inventum, &
x Fuldenſi codice deſcriptum, &
Wormatia ad ſe transmiſſum ſimula-
it, etſi neque Fuldæ, neque Worma-
iæ ullum ejus rei veſtigium a Viris do-
tis etſi diligenter inquirentibus inven-
um fuerit.

Sub VIGILII TRIDENTINI nomi-
ie prodierunt *libri 5. contra Eutychen*,
ui, cum epiſtola Joachimi Vadiani
d Henricum Bullingerum de corpore
Chriſti ejusdem Bullingeri ſtudio Ti-
uri A. 1539. prodierunt. Iidem Vigi-

Digitized by Google

lii libri inter Georgii Caſſandri opera Pariſiis A. 1616. edita leguntur, in qua editione quintus liber contra Eutychen auctior eſt, cum ex codice Manuſcripto Petri Pithœi integer quaternio acceſſerit, qui in Colonienſi Caſſandri editione non habetur, ut notavit Andreas Schottus in epiſtola ad Voſſium, quæ eſt inter Clarorum Virorum ad Voſſium epiſtolas numero 26. ubi & Lipſienſis editionis mentio injicitur. Cum vero Vigilius Tridentinus quarti ſeculi Martyr contra Eutychetem quinti ſeculi hæreſiarcham ſcribere non potuerit, rectius Chifletius illos libros Vigilio Afro Tapſenſi Epiſcopo quinti ſeculi Scriptori vindicavit, & cum aliis Vigilii Tapſenſis operibus publicavit Divione A. 1664.

RUFINI TORANI *opera quædam* Romæ A. 1470. & Pariſiis ſtudio Renati Laurentii de la Barre A. 1580. prodierunt. *Commentarius in Pſalmos* 75. Lugduni anno 1570. impreſſus eſt, quem

iem Antonius de Albone Archiepi-
opus Lugdunenſis Pontifici Pio V.
:dicavit. *Librum de fide*, qui alte-
is cujusdam Rufini eſt, Jacobus Sir-
ondus Pariſiis A. 1650. publicavit,
Johannes Garnerius parti I. operum
arii Mercatoris inſeruit, ubi etiam
ufini cujusdam profeſſio fidei le-
tur.

PAULINI NOLANI *opera* Pariſiis
1516. typis Aſcenſianis impreſſa ſunt.
)ſtea ex vetuſtis exemplaribus Pauli-
im reſtituit Henricus Gravius Colo-
e A. 1560. cui editioni epiſtolam de-
:atoriam A. 1559. ſcriptam præmiſit
ıannes Antonianus. Eadem Pau-
i opera Antverpiæ cum notis Fron-
ıis Ducæi & Heriberti Rosweidi A.
:2. prodierunt. Appendicem ad
era & res geſtas Paulini ſub Paulini
iſtrati titulo dedit Petrus Franciſcus
iffletius Divione A. 1662. Editionis
riſienſis anno 1685. evulgatæ, in qua
era Paulini in duos tomos digerun-

ctinis adornata aliquot abhinc annis etiam Romæ prodiit, gallico & latino idiomate conſcripta, & poſtea etiam Antverpiæ repetita. Poſterior eaque brevis præfatio ſpectat ad appendices operum Auguſtini ſingulis tomis ſubjectas, ſeu ſcripta Auguſtino ſuppoſita, nec non ad vitam Auguſtini, & cætera novo hoc volumine contenta, & paulo ante indicata. Poſtrema operum Auguſtini editio eſt nova Antverpienſis, quæ Pariſienſem Benedictinorum editionem per omnia ſequitur, niſi quod undecim Pariſienſis illius editionis tomis duodecimum adjecit, ſeu appendicem Auguſtinianam, qua Proſperi carmen de ingratis cum Lovanienſis alicujus Theologi notis, Johannis Garnerii diſſertationes ad hiſtoriam Pelagianam pertinentes, Pelagii commentarii in epiſtolas Pauli, ac denique Deſid. Eraſmi, Lud. Vivis, Jacobi Sirmondi, Henrici Noriſii, Johannis cujusdam Phereponi, & aliorum præfationes, cenſuræ,

ſuræ, notæ & animadverſiones ad Auguſtini opera continentur. Notandum autem eſt, in recentioribus Auguſtini editionibus longe majorem epiſtolarum, ſermonum & tractatuum copiam legi, quam in antiquioribus legitur. Quamobrem Montacutio in orig. eccleſ. part. 2. p. 63. epiſtolam Auguſtini 263. alleganti minus apte reſpondet Johannes Stuuckius in amœnit. jur. canon. ecl. 6. c. 12. cum reponit, tot epiſtolas Auguſtinum ad nos non transmiſiſſe. Etſi enim in antiquioribus editionibus tantum epiſtolæ Auguſtini 204. vel 221. vel 242. legantur, non tamen illico Montacutius falſi arguendus erat, quod epiſtolam Auguſtini 263. allegaſſet, cum in recentioribus editionibus 270. vel etiam 271. Auguſtini epiſtolæ memorentur. *Operum omnium Auguſtini ante annum* 1614. *Baſileæ, Lutetiæ, Antverpiæ, Lugduni & Venetiis editorum ſupplementum, una cum ſex libris ſecundæ re-*

ſponſionis Auguſtini contra Julianum variisque tractatibus & ſermonibus hactenus ineditis Pariſiis vulgavit Hieronymus Vignier Congregationis Oratorii Jeſu Presbyteri, cujus ſupplementi ſecunda editio anno 1655. prodiit. *Opera contra Pelagianos* Romæ 1652. & Pariſiis anno 1645. & Lovanii anno 1555. 1642. & 1647. collecta perhibentur. *Opuſcula quædam ſelecta* Bruxellæ 1612. prodierunt. *Quadraginta ſermones* Pariſiis anno 1631. edidit, & notis ſuis illuſtravit Jacobus Sirmondus. *Sermones 132. de diverſis cum vita Auguſtini a Poſſidio ſcripta* A. 1564. in vulgus emiſit Johannes Ulimmerius. *Sermones aliquot* ex bibliotheca Vaticana & Barberina excerptos Johannes Baptiſta Marius in lucem publicam emiſit Romæ anno 1644. *Librum de hæreſibus* Gebhardus Theodorus Meierus ſeorſim Helmſtadii A. 1673. edidit. Additus autem eſt huic editioni Lamberti Danæi ad hunc Auguſtini librum com-

commentarius Genevæ A. 1593. antea editus, in quo non leves passim errores occurrunt, qualis est, cum ad c. 79. ex Gregorii M. epistola libr. 6. cap. 15. Georgii & Theodori meminit, qui asseruerunt, Christum ad inferos descendentem omnes, qui eum Deum confiterentur, ab inferis liberasse, & hac occasione anxie disquirit, qua ætate Georgius ille & Theodorus vixerint, num ætate Theodosii junioris, cujus rei vestigium in Nicephoro se reperisse sibi visus est, etsi Nicephorus pro Theodoro Timotheum nominaverit, an potius Origenis ævo, cum ex eodem Nicephoro Georgium & Theodorum Origenis fautores fuisse constat. Quæ disquisitio quam absurda sit, nemini obscurum esse potest. Cum enim Gregorius M. epistolam illam, cujus Danæus meminit, ad hos ipsos hæreticos Georgium & Theodorum scripserit, eosque ab errore illo revocare annisus fuerit, sole meridiano clarius est,

Geor-

Georgium illum & Theodorum neque Theodosii junioris, neque Origenis, sed Gregorii M. ætate vixisse. *Contra secundam Juliani responsionem operis imperfecti libros duos priores* ex Manuscriptis codicibus eruit, & Parisiis A. 1617. cum notis suis edidit Claudius Menardus, quod opus etiam a Michaele Paledano Lovanii A. 1642. emendatum perhibetur. Addidit Menardus his Augustini libris contra Julianum, ejusdem *librum de gestis Pelagii*, qui ante septennium Augustæ Vindelicorum publicatus fuerat. *Libros duos de adulterinis conjugiis* ad Pollentium, cum notis JCti celeberrimi juridicis ac moralibus, Jenenses typi expresserunt A. 1698. *Epistolæ* Basileæ A. 1493. prodierunt, & cum scholiis Rolandi Ogeri Flexiæ anno 1638. *Libri de Trinitate* anno 1494. impressi sunt. *Opusculorum tomos tres* Augustinus Fregosus Sosteneus luce publica donavit Venetiis anno 1545. *Libri de civitate Dei*

Fri-

Friburgi A. 1494. cum Thomæ Valois & Nicolai Triveth commentariis prodierunt. Accesserunt Lugduni anno 1520. additiones Jacobi Passavantii, & Theologicæ veritates Franciſci Maronis. Iidem libri Venetiis A. 1470. impressi sunt. Eosdem Leonardus Coquæus & Ludovicus Vives commentariis suis illustrarunt. *Tractatum de correptione & gratia* animadversionibus suis illustravit Antonius Vatier Parisiis anno 1652. *Confessiones* Henricus Wagnereck notis, novisque capitum summariis, illustravit Dillingæ A. 1631. *Philosophiam Christianam*, seu opuscula ad mores christianos instituendos selecta Parisiis anno 1664. ex officina sua emisit Fridericus Leonardus. *De doctrina christiana* libros 4. item *de fide & symbolo* librum unum, cum Vincentii Lirinensis commonitorio, recensuit Georgius Calixtus Helmstadii anno 1655. *Enchiridium ad Laurentium* cura Ad. Rechenbergii Lipsiæ A. 1705.

Idem

Idem Enchiridium nec non *libellus de fide & operibus* Lovanii anno 1561, *liber de natura & gratia* Parisiis anno 1534, *liber de perfectione justitiæ*, item *libri duo de prædestinatione Sanctorum & bono perseverantiæ* ibidem anno 1541, liber *de gratia & libero arbitrio*, item *de correptione & gratia*, item *duæ epistolæ ad Valentinum* Coloniæ A. 1530, *de utilitate credendi* contra Manichæos, *de fide* contra eosdem, item *de fide & symbolo* ibidem anno 1533, *libri confessionum* Parisiis anno 1687. prodierunt, ut alias Augustini lucubrationes seorsim editas taceamus.

JOHANNIS CHRYSOSTOMI *opera* in octo tomos distributa Henricus Savilius Etonæ anno 1612. in Collegio Regali per Johannem Norton regium in Græcis typographum græce imprimi curavit. Accesserunt in appendice Theodori Lapsi responsum ad epistolam Chrysostomi; Libanii Sophistæ ad Theodosium M. oratio de seditione

&

: everſis Antiochiæ Imperatorum
atuis; Ejusdem Libanii oratio ad
heodoſium poſt reconciliatam gra-
am; Excerpta quædam ex Photio ad
hryſoſtomum ſpectantia, ut & ex
piſtolis Iſidori Peluſiotæ; Georgii A-
xandrini vita Chryſoſtomi; Leonis
nperatoris panegyricus in Chryſoſto-
ıum; Anonymi vita Chryſoſtomi;
ymeonis Metaphraſtæ vita Chryſoſto-
ni; initia omnium orationum Chry-
ɔſtomi ordine alphabetico; initia
mnium epiſtolarum Chryſoſtomi or-
ine alphabetico; Henrici Savilii, Jo-
annis Boiſii, Thomæ Alleni, & An-
reæ Dounæi notæ in varias Chryſo-
:omi homilias; Savilii admonitio de
criptoribus rerum Chryſoſtomi, item
aſtigationes & variæ lectiones ex Ma-
uſcriptis codicibus depromtæ. Qua-
ıor tomos operum Chryſoſtomi græ-
o-latinos edidit anno 1603. Comme-
nus. Sex alios tomos græco-latinos
nno 1609. & ſeqv. produxit Pariſiis
Fron-

Digitized by Google

JOHANNIS HIEROSOLYMITANI *opera*, quæ Petrus Waſtelius Carmelita una cum tribus vindiciarum libris A. 1643. Bruxellanis typis in lucem publicam protulit, in magno hoc volumine magnas magno conatu nugas agens, quales etiam egit Franciſcus Bivarius, qui

DEXTRI *omnimodæ hiſtoriæ chronicon* cum amplisſimis commentariis & duplici apologia Lugduni A. 1627. publicavit. Neque tamen primus fuit Bivarius, qui hoc chronicon Dextri ſuppoſitum edidit, ut Sagittarius in apparatu ſuo exiſtimavit, ſed primus illud Cæſarauguſtæ anno 1619. Johannes Calderon vulgavit. Alios, qui edendo, illuſtrando, & vindicando huic chronico operam dederunt, in bibliotheca ſua veteri Hiſpanica p. 156. recenſet Nicolaus Antonius, qui Dextro huic ſuppoſitio cereis alis Icari inſtar in altum ſe ferenti verum hiſtoriæ ſolem ad exitium & ruinam, peculiari tracta-

Digitized by

tractatu opponere voluit. Plures autores, qui fictitium hoc Dextri chronicon exploſerunt, enumerat Aguirre Tom. 2. Concil. Hiſpan. p. 52. it. p. 64. ſeq. eorum ſuſpicionem approbans, qui & hoc chronicon, & alia ejusdem furfuris chronica, ex cerebro unius ejusdemque maleferiati capitis nata eſſe cenſent, nempe Jeſuitæ Hieronymi Roman de la Higuera hominis ad ejusmodi dolos nati & facti, qui hoc Dextri chronicon Fuldæ inventum, & ex Fuldenſi codice deſcriptum, & Wormatia ad ſe transmiſſum ſimulavit, etſi neque Fuldæ, neque Wormatiæ ullum ejus rei veſtigium a Viris doctis etſi diligenter inquirentibus inventum fuerit.

Sub VIGILII TRIDENTINI nomine prodierunt *libri 5. contra Eutychen*, qui, cum epiſtola Joachimi Vadiani ad Henricum Bullingerum de corpore Chriſti ejusdem Bullingeri ſtudio Tiguri A. 1539. prodierunt. Iidem Vigi-

lii libri inter Georgii Caſſandri opera Pariſiis A. 1616. edita leguntur, in qua editione quintus liber contra Eutychen auctior eſt, cum ex codice Manuſcripto Petri Pithœi integer quaternio acceſſerit, qui in Colonienſi Caſſandri editione non habetur, ut notavit Andreas Schottus in epiſtola ad Voſſium, quæ eſt inter Clarorum Virorum ad Voſſium epiſtolas numero 26. ubi & Lipſienſis editionis mentio injicitur. Cum vero Vigilius Tridentinus quarti ſeculi Martyr contra Eutychetem quinti ſeculi hæreſiarcham ſcribere non potuerit, rectius Chifflетius illos libros Vigilio Afro Tapſenſi Epiſcopo quinti ſeculi Scriptori vindicavit, & cum aliis Vigilii Tapſenſis operibus publicavit Divione A. 1664.

RUFINI TORANI *opera quædam* Romæ A. 1470. & Pariſiis ſtudio Renati Laurentii de la Barre A. 1580. prodierunt. *Commentarius in Pſalmos* 75. Lugduni anno 1570. impreſſus eſt, quem

uem Antonius de Albone Archiepi-
:opus Lugdunenſis Pontifici Pio V.
edicavit. *Librum de fide*, qui alte-
us cujusdam Rufini eſt, Jacobus Sir-
ıondus Pariſiis A. 1650. publicavit,
: Johannes Garnerius parti I. operum
larii Mercatoris inſeruit, ubi etiam
ufini cujusdam profeſſio fidei le-
ıtur.

PAULINI NOLANI *opera* Pariſiis
.1516. typis Aſcenſianis impreſſa ſunt.
oſtea ex vetuſtis exemplaribus Pauli-
ım reſtituit Henricus Gravius Colo-
æ A. 1560. cui editioni epiſtolam de-
catoriam A. 1559. ſcriptam præmiſit
hannes Antonianus. Eadem Pau-
ıi opera Antverpiæ cum notis Fron-
nis Ducæi & Heriberti Rosweidi A.
22. prodierunt. Appendicem ad
)era & res geſtas Paulini ſub Paulini
uſtrati titulo dedit Petrus Franciſcus
ıiffletius Divione A. 1662. Editionis
ıriſienſis anno 1685. evulgatæ, in qua
)era Paulini in duos tomos digerun-

Digitized by Google

tur, ſecundum ordinem temporum diſponuntur, ad Manuſcriptos codices emendantur, & variorum notis illuſtrantur, autor eſt Johannes Baptiſta le Brun. Nova autem operum Paulini ſupplementa poſt omnes illas editiones in ſuis ἀνεκδότοις exhibet Muratorius, quæ in hoc tractatu de bibliothecis Patrum recenſuimus.

AUGUSTINI *opera* ab Amerbachio, Eraſmo Roterodamo, Lovanienſibus Theologis, & aliis doctis viris ſæpius edita & recognita fuiſſe, acta eruditorum menſ. Januar. A. 1683. pag. 1. & ſeqv. tradunt, ubi editionum Baſileenſium anni 1506. 1529. 1541. 1542. 1543. 1556. & 1569. Venetarum anni 1571. & 1584. Antverpienſis anni 1577. Colonienſis anni 1616. Lugdunenſium anni 1571. & 1664. & Pariſienſium anni 1515. 1531. 1541. 1571. 1586. 1609. 1614. 1626. 1635. & 1652. mentio injicitur. Neque tamen tot editiones Auguſtini obſtiterunt, quo minus Monachi Benedictini Con-

Digitized by

Congregationis S. Mauri Auguſtini opera denuo anno 1679. & ſequentibus novo cultu novisque typis Lutetiæ Pariſiorum adornarent. Cui editioni in 10. tomos diſtributæ acceſſit A. 1700. vita Auguſtini ex ejus ſcriptis imprimis concinnata, & in octo libros diviſa, una cum indicibus generalibus cum in opera Auguſtini, tum in appendices ſingulis tomis adjectas, item indice alphabetico operum Auguſtini, & collatione novæ hujus editionis cum Lovaniensi, nec non addendis quibusdam & corrigendis, quod novum volumen inſtar undecimi tomi eſſe poteſt. Duplex autem novo huic volumini præmiſſa eſt præfatio, quarum prior eſt generalis in novam hanc Auguſtini editionem, & eum imprimis in finem ſcripta, ut Benedictini contra cenſores quosdam Anonymos fidem ſuam vindicarent, & Janſeniſmi ſuſpicionem a ſe declinarent. Cujusmodi defenſio editionis operum Auguſtini a Benedictinis

ctinis adornata aliquot abhinc annis etiam Romæ prodiit, gallico & latino idiomate conſcripta, & poſtea etiam Antverpiæ repetita. Poſterior eaque brevis præfatio ſpectat ad appendices operum Auguſtini ſingulis tomis ſubjectas, ſeu ſcripta Auguſtino ſuppoſita, nec non ad vitam Auguſtini, & cætera novo hoc volumine contenta, & paulo ante indicata. Poſtrema operum Auguſtini editio eſt nova Antverpienſis, quæ Pariſienſem Benedictinorum editionem per omnia ſequitur, niſi quod undecim Pariſienſis illius editionis tomis duodecimum adjecit, ſeu appendicem Auguſtinianam, qua Proſperi carmen de ingratis cum Lovanienſis alicujus Theologi notis, Johannis Garnerii diſſertationes ad hiſtoriam Pelagianam pertinentes, Pelagii commentarii in epiſtolas Pauli, ac denique Deſid. Eraſmi, Lud. Vivis, Jacobi Sirmondi, Henrici Noriſii, Johannis cujusdam Phereponi, & aliorum præfationes, cenſuræ,

ſuræ, notæ & animadverſiones ad Auguſtini opera continentur. Notandum autem eſt, in recentioribus Auguſtini editionibus longe majorem epiſtolarum, ſermonum & tractatuum copiam legi, quam in antiquioribus legitur. Quamobrem Montacutio in orig. eccleſ. part. 2. p. 63. epiſtolam Auguſtini 263. alleganti minus apte reſpondet Johannes Stuuckius in amœnit. jur. canon. ecl. 6. c. 12. cum reponit, tot epiſtolas Auguſtinum ad nos non transmiſiſſe. Etſi enim in antiquioribus editionibus tantum epiſtolæ Auguſtini 204. vel 221. vel 242. legantur, non tamen illico Montacutius falſi arguendus erat, quod epiſtolam Auguſtini 263. allegaſſet, cum in recentioribus editionibus 270. vel etiam 271. Auguſtini epiſtolæ memorentur. *Operum omnium Auguſtini ante annum* 1614. *Baſileæ, Lutetiæ, Antverpiæ, Lugduni & Venetiis editorum ſupplementum, una cum ſex libris ſecundæ re-*

Digitized by Google

ſponſionis Auguſtini contra Julianum variisque tractatibus & ſermonibus hactenus ineditis Pariſiis vulgavit Hieronymus Vignier Congregationis Oratorii Jeſu Presbyteri, cujus ſupplementi ſecunda editio anno 1655. prodiit. *Opera contra Pelagianos* Romæ 1652. & Pariſiis anno 1645. & Lovanii anno 1555. 1642. & 1647. collecta perhibentur. *Opuſcula quædam ſelecta* Bruxellæ 1612. prodierunt. *Quadraginta ſermones* Pariſiis anno 1631. edidit, & notis ſuis illuſtravit Jacobus Sirmondus. *Sermones 132. de diverſis cum vita Auguſtini a Poſſidio ſcripta* A. 1564. in vulgus emiſit Johannes Ulimmerius. *Sermones aliquot* ex bibliotheca Vaticana & Barberina excerptos Johannes Baptiſta Marius in lucem publicam emiſit Romæ anno 1644. *Librum de hæreſibus* Gebhardus Theodorus Meierus ſeorſim Helmſtadii A. 1673. edidit. Additus autem eſt huic editioni Lamberti Danæi ad hunc Auguſtini librum com-

ommentarius Genevæ A. 1593. antea ditus, in quo non leves paſſim erro-es occurrunt, qualis eſt, cum ad c. 79. x Gregorii M. epiſtola libr. 6. cap. 15. Georgii & Theodori meminit, qui aſ-eruerunt, Chriſtum ad inferos deſcen-dentem omnes, qui eum Deum confi-erentur, ab inferis liberaſſe, & hac oc-caſione anxie diſquirit, qua ætate Geor-gius ille & Theodorus vixerint, num. ætate Theodoſii junioris, cujus rei ve-ſtigium in Nicephoro ſe reperiſſe ſibi viſus eſt, etſi Nicephorus pro Theodo-ro Timotheum nominaverit, an potius Origenis ævo, cum ex eodem Nice-phoro Georgium & Theodorum Ori-genis fautores fuiſſe conſtat. Quæ diſquiſitio quam abſurda ſit, nemini obſcurum eſſe poteſt. Cum enim Gregorius M. epiſtolam illam, cujus Danæus meminit, ad hos ipſos hæreti-cos Georgium & Theodorum ſcripſe-rit, eosque ab errore illo revocare an-niſus fuerit, ſole meridiano clarius eſt,

Geor-

Digitized by Google

Georgium illum & Theodorum neque Theodosii junioris, neque Origenis, sed Gregorii M. ætate vixisse. *Contra secundam Juliani responsionem operis imperfecti libros duos priores* ex Manuscriptis codicibus eruit, & Parisiis A. 1617. cum notis suis edidit Claudius Menardus, quod opus etiam a Michaele Paledano Lovanii A. 1642. emendatum perhibetur. Addidit Menardus his Augustini libris contra Julianum, ejusdem *librum de gestis Pelagii*, qui ante septennium Augustæ Vindelicorum publicatus fuerat. *Libros duos de adulterinis conjugiis* ad Pollentium, cum notis JCti celebrrimi juridicis ac moralibus, Jenenses typi expressêrunt A. 1698. *Epistolæ* Basileæ A. 1493. prodierunt, & cum scholiis Rolandi Ogeri Flexiæ anno 1638. *Libri de Trinitate* anno 1494. impressi sunt. *Opusculorum tomos tres* Augustinus Fregosus Sosteneus luce publica donavit Venetiis anno 1545. *Libri de civitate Dei*

Fri-

Friburgi A. 1494. cum Thomæ Valois & Nicolai Triveth commentariis prodierunt. Accesserunt Lugduni anno 1520. additiones Jacobi Passavantii, & Theologicæ veritates Franciſci Maronis. Iidem libri Venetiis A. 1470. impressi sunt. Eosdem Leonardus Coquæus & Ludovicus Vives commentariis suis illustrarunt. *Tractatum de correptione & gratia* animadversionibus suis illustravit Antonius Vatier Parisiis anno 1652. *Confessiones* Henricus Wagnereck notis, novisque capitum summariis, illustravit Dillingæ A. 1631. *Philosophiam Christianam*, seu opuscula ad mores christianos instituendos electa Parisiis anno 1664. ex officina sua emisit Fridericus Leonardus. *De doctrina christiana* libros 4. item *de fide & symbolo* librum unum, cum Vincentii Lirinensis commonitorio, recensuit Georgius Calixtus Helmstadii anno 1655. *Enchiridium ad Laurentium* cura Ad. Rechenbergii Lipsiæ A. 1705.

Idem

Idem Enchiridium nec non *libellus de fide & operibus* Lovanii anno 1561, *liber de natura & gratia* Parisiis anno 1534, *liber de perfectione justitiæ*, item *libri duo de prædestinatione Sanctorum & bono perseverantiæ* ibidem anno 1541, liber *de gratia & libero arbitrio*, item *de correptione & gratia*, item *duæ epistolæ ad Valentinum* Coloniæ A. 1530, *de utilitate credendi* contra Manichæos, *de fide* contra eosdem, item *de fide & symbolo* ibidem anno 1533, *libri confessionum* Parisiis anno 1687. prodierunt, ut alias Augustini lucubrationes seorsim editas taceamus.

JOHANNIS CHRYSOSTOMI *opera* in octo tomos distributa Henricus Savilius Etonæ anno 1612. in Collegio Regali per Johannem Norton regium in Græcis typographum græce imprimi curavit. Accesserunt in appendice Theodori Lapsi responsum ad epistolam Chrysostomi; Libanii Sophistæ ad Theodosium M. oratio de seditione &

& everſis Antiochiæ Imperatorum ſtatuis; Ejusdem Libanii oratio ad Theodoſium poſt reconciliatam gratiam; Excerpta quædam ex Photio ad Chryſoſtomum ſpectantia, ut & ex epiſtolis Iſidori Peluſiotæ; Georgii Alexandrini vita Chryſoſtomi; Leonis Imperatoris panegyricus in Chryſoſtomum; Anonymi vita Chryſoſtomi; Symeonis Metaphraſtæ vita Chryſoſtomi; initia omnium orationum Chryſoſtomi ordine alphabetico; initia omnium epiſtolarum Chryſoſtomi ordine alphabetico; Henrici Savilii, Johannis Boiſii, Thomæ Alleni, & Andreæ Dounæi notæ in varias Chryſoſtomi homilias; Savilii admonitio de ſcriptoribus rerum Chryſoſtomi, item caſtigationes & variæ lectiones ex Manuſcriptis codicibus depromtæ. Quatuor tomos operum Chryſoſtomi græco-latinos edidit anno 1603. Commeinus. Sex alios tomos græco-latinos anno 1609. & ſeqv. produxit Pariſiis Fron-

Digitized by Google

Fronto Ducæus. Utramque hanc græco-latinam editionem in unam conflarunt, & quatuor Commelinianis in ſex tomos diviſis duodecim tomos Chryſoſtomi græco-latinos anno 1633, vulgarunt Typographi Pariſienſes. Recuſi ſunt hi duodecim tomi Græco-latini, omiſſis tamen Ducæi notis, Francofurti anno 1698. Latinas operum Chryſoſtomi editiones recenſet Uſſerius, apud Caveum in hiſtor. literaria pag. 270. quibus addi poteſt editio Baſileenſis anno 1517. & Lugdunenſis anno 1687. in ſex tomos diſtributa. *Opus imperfectum in Matthæum*, Chryſoſtomo aſcribi ſolitum, Mahuſius Monachus Franciſcanus Antverpiæ anno 1537. edidit, ſed ita, ut ab Arianis fecibus expurgandum cenſuerit, ſub quo prætextu alia quoque expunxit, quæ Pontificiæ religioni minus commoda viſa ſunt, ut probat locus de eccleſia per Scripturas cognoſcenda, quem ſublatum approbat Bellarminus de

Ver-

Verbo Dei libr. 8. c. 11. & Theologi Pontificii in colloquio Ratisbonensi sess. 8. p. 330. Plures editiones imperfecti hujus operis recenset Sandius in nucleo hist. eccles. p. 279. ubi etiam absurdissime asserit, inter opera Chrysostomi vix ullum genuinum superesse, præter hæc tria: 1. opus imperfectum in Matthæum, 2. epistolam ad Cæsarium Monachum, & 3. scriptum Chrysostomi de vita Palladii. Et ultimum quidem ex his tribus scriptis quantum attinet, valde vereor scriptum hoc de vita Palladii nusquam, nisi in Sandii cerebro extitisse, cum non Chrysostomus de vita Palladii, sed Palladius de vita Chrysostomi scripserit. Chrysostomi autem opus imperfectum in Matthæum, quod primo loco Sandius nominat, genuinum Chrysostomi opus esse nemini persvadebit. Est enim opus hoc imperfectum Latini autoris nunquam græce scriptum, neque editum, etsi Possevinus Tom. I. ap-

Digitized by Google

parat. p. 855. non ſemel græce editum ſomniet. Nec ulla dari poteſt ratio, cur Chryſoſtomus, cujus homiliæ 91. in totum Matthæi evangelium extant, in idem evangelium novo opere commentari voluerit. At *Epiſtolam ad Cæſarium*, quam ſecundo loco Sandius memorat, genuinam eſſe non inficiamur, de qua tractatus noſter pag. 417. ſeqq. videatur. Nunc tantum addimus, quod Harduinus Bigotianæ editionis exemplar, ut ipſe teſtatur, ab amicis extorquere non potuerit, & quod Laurentius Panciatichus Sandio neque copiam hujus epiſtolæ facere, neque quid Chryſoſtomus in hac epiſtola de euchariſtia doceat, indicare auſus fuerit, ut ipſe Sandius refert in appendice ad nucleum hiſtoriæ eccleſ. p. 39. Conferantur præterea de hac epiſtola Petrus Allixius in expoſtulatione de tentata hujus epiſtolæ ſuppreſſione, quæ libro 12. Anaſtaſii in hexaemeron præmittitur, & ſeorſim quoque

Lug-

Lugduni Batavorum A. 1683. prodiit, Fagetus in epiſtola poſteriore ad Marcum p. 53. Clericus tom. 15. bibliothec. univerſ. p. 253 Autor defenſionis hujus epiſtolæ memoratus in ephemeridibus Gallicis Anno 1690. p. 524. *Sex homilias* Johannes Harmarus Oxonii A. 1586. ex MSCtis codicibus novi Collegii græce publicavit. *Libros 6. adverſus Judæos* David Höſchelius A. 1602. Auguſtæ Vindelicorum edidit. Idem *libros 6. de ſacerdotio* ibidem A. 1599. græce & latine publicavit. Quem tractatum etiam Janus Cornarius latine ex verſione ſua Baſileæ A. 1544. imprimi curavit. Homilia *de liberorum educatione*, & homilia *de proſpera & adverſa fortuna* anno 1603. Moguntiæ prodiit, ubi etiam A. 1604. homilia de *humilitate*, & altera *de jejunio* lucem publicam aſpexit. *Quatuor orationes* Frontonis Ducæi opera Ingolſtadii A. 1595. in vulgus emiſſæ ſunt. *Homilias quatuor in Pſalmos & interpretatio-*

Digitized by Google

nem Danielis Johannes Baptiſta Cotelerius Pariſiis A. 1661. in publicum prodiere juſſit. *Homilias duas in epiſtolam ad Philippenſes* Eraſmus Baſileæ A. 1526. græce & latine vulgavit, & græce addidit *collationem veri monachi cum primatibus, divitibus ac nobilibus hujus mundi*, qui tractatus etiam Baſileæ A. 1533. græce & latine ex interpretatione Polydori Vergilii prodiit. Homilias *de morali politia*, & *in Johannis Baptiſtæ decollationem*, item *in peccatricem* cum verſione ſua Combefiſius Pariſiis A. 1645. publici juris fecit. *Homiliæ* 10. græce Romæ A. 1581. prodierunt. *Homiliæ quædam in præcipuas anni ferias* græce cum notis Höſchelii Auguſtæ A. 1587. lucem publicam viderunt. *Homiliæ VII. ſelectæ*, in uſum ſtudioſæ juventutis in Ducatu Wirtembergico, Tubingæ A. C. 1702. evulgatæ ſunt. Librum *de virginitate* græce & latine edidit Livinejus Antverpiæ anno 1575. *Panegyrici* 12. obſtetricante Frontone Du-

Ducæo græce & latine cum ejusdem notis Burdigale A. 1601. in publicam lucem emerſerunt. *Decadem tractatuum* de diverſis Novi Teſtamenti locis idem Ducæus ibidem edidit. *Sermones tres in Geneſin* græce & latine per Morellum Pariſiis A. 1594. vulgatæ ſunt, qui etiam homilias *de chriſtiana benignitate, de Publicano & Phariſæo,* & *de principatu* & *imperio* græce & latine ibidem edidit. *Decadem orationum anecdotarum* græce & latine Beurerus Friburgi A. 1585. in publicum produxit. Sermo *de deſcenſu Chriſti ad inferos* latine per Voſſium Romæ A. 1585, *Homiliæ in Pſalmos* per Hervetum Venetiis A. 1549, & cum annotat. Tilmanni Pariſiis A. 1550, *Interpretatio epiſtolarum S. Pauli* Græce tomis 4. Veronæ anno 1529, *Commentarius in evangelium Johannis* latine Pariſiis anno 1545. per Franciſcum Aretinum, *Commentarius in epiſtolam ad Galatas* Baſileæ anno 1527. per Eraſmum, *Com-*

Digitized by Google

mentarius in Acta latine Parisiis anno 1548. per Erasmum, *Expositio brevis in cap. I. evangelii Johannis* latine Ingolstadii anno 1616. per Vossium, *Liber contra Gentiles Babylæ vitam continens*, latine Parisiis anno 1528. per Brixium, *orationes aliquot* latine Romæ anno 1558. per Statium, *de orando Deo* græce & latine Parisiis anno 1551. per Erasmum ex emendatione Tusani, homilia, *quod nemo lædituv, nisi a se ipso*, Parisiis anno 1541, *orationes sex* græce & latine Parisiis anno 1554. per Joachimum Perionium, *orationes aliquot* græce & latine Basileæ anno 1552. Cramero & Vito Amerbachio interpretibus, *sermones in epistolam ad Philippenses* latine Romæ anno 1578. per Flaminium Nobilium, *homiliæ in epistolam ad Romanos* Brixiæ anno 1588. Luciano Mantuano interprete, *tractatus quidam* Parisiis anno 1656. græce & latine cum notis Francisci Combefisii prodierunt; ut plures alias Chrysostomi lucu-

lucubrationes ſeparatim editas taceamus.

Nolo ad CYRILLUM ALEXANDRINUM, cujus opera ſeptem voluminibus diſtincta græce & latine Johannes Aubertus Pariſiis anno 1638. edidit; ad MARIUM MERCATOREM, cujus acta & ſcripta præter Gabrielem Gerberonium ſub Rigberii nomine latentem, Johannes Garnerius in duos tomos diſtributa, notisque uberrimis & eruditis diſſertationibus ad Pelagianæ & Neſtorianæ hæreſeos hiſtoriam ſpectantibus, Pariſiis anno 1673. & poſt Garnerium Stephanus Baluzius itidem Pariſiis anno 1684. cum notis publicavit; ad THEODORETUM, cujus opera græce & latine Jacobi Sirmondi ſtudio Pariſiis anno 1642. in quatuor tomos, quibus poſtea anno 1684. quintum Johannes Garnerius addidit, diviſa prodierunt; & alios quinti & ſequentium ſeculorum Patres progredi, quorum ſcripta ſeparatim lucem ad-

Digitized by Google

ſpexerunt, ſed addo potius nonnulla. Patrum ſcripta cum variis recentiorum Scriptorum operibus & tractatibus, & loco quaſi alieno edita proſtare. Hac enim ratione, ut unum alterumque exemplum proferam, Jacobus Zieglerus ſuis in Geneſin conceptionibus, & in Exodum commentariis variisque tractatibus Baſileæ A. 1540. *Candidi* Ariani ad Marium Victorinum de generatione divina librum, & *Marii Victorini* de generatione divini verbi confutatorium Candidi Ariani adjecit. *Phœbadii librum adverſus Arianos* Petrus de la Lande in conciliorum veterum Galliæ per Sirmondum editorum ſupplementis edidit hoc præfixo titulo: *epiſtola concilii Vaſenſis ad Epiſcopos apud Sirmium exiſtentes, contra ſecundam fidei formulam in ſynodo Sirmienſi conſcriptam: ſeu liber fidei orthodoxæ Epiſcoporum Galliæ adverſus Arianos, per Phœbadium Aginnenſem conſcriptus.* Ubi obiter

ter noto, falſum eſſe, quod catalogus bibliothecæ Thuanæ pag. 49. aſſerit, nempe hunc Phœbadii librum etiam ab ipſo Sirmondo cum opuſculis Eugenii editum fuiſſe. *Polycarpi* epiſtolam Petrus Halloix tomo primo illuſtrium eccleſiæ Orientalis Scriptorum vitis inſeruit p. 505. *Clementis Romani* epiſtolas ad Corinthios, & Conſtitutiones Apoſtolicas, & alia quædam aliorum Patrum monumenta, cum tomis conciliorum Labbeus & Coſſartius ediderunt. *Victorini* tractatum de fabrica mundi, *Dorothei* tractatum de 70. diſcipulis, *Eunomii* confeſſionem, ut & prologum & epilogum apologetici ab ipſo ſcripti, nec non *Macarii* ſermonem de exitu animæ juſtorum & peccatorum celeberrimus Cave in hiſtoria literaria ſcriptorum eccleſiaſticorum lectoribus ſuis communicavit. *Epiphanii* tractatus de gemmis in veſte ſummi Pontificis, cum latina inter-

Digitized by Google

pretatione Jolæ Hierotarantini, in collectione Scriptorum, qui de rebus fossilibus egerunt, Gesneri studio Tiguri anno 1565. prodiit. *Basilii Magni* epistolas 60. in sua Patrum medulla part. 4. Abrahamus Scultetus vulgavit. *Didymi* tractatus contra Manichæos & alia quædam aliorum opuscula, in Possevini apparatu exhibentur. *Eusebii* & *Hieronymi* tractatum de locis Hebraicis suo in Josuam commentario præfixit Bonfrerius. *Vigilii* libri contra Eutychen inter Cassandri opera leguntur. *Homiliæ quædam Chrysostomi* latine inter Petri Morini opuscula extant. *Theodori* Presbyteri Ræthensis, vel Raythuensis, libellus de unione hypostatica duarum naturarum in Christo volumini tertio tractationum theologicarum Theodori Bezæ græce & latine insertus est, ut plura alia hujusmodi exempla silentio prætermittamus.

Præ-

Digitized by

Præſenti autem tractatu illa Patrum & veterum Scriptorum eccleſiaſticorum monumenta recenſere conſtitui, quæ cum aliis Patrum ſcriptis in bibliothecis Patrum conjunctim prodierunt. Interſperſi his Patrum bibliothecis catenas Patrum, in quibus non integra Patrum ſcripta, ſed libri biblici variorum Patrum ſententijs centonis inſtar conſutis illuſtrati exhibentur. Cum enim pleræque Patrum bibliothecæ & catenæ raro obviæ ſint, rem Studioſæ juventuti non ingratam me facturum exiſtimavi, ſi Autores veteres, quorum vel integros tractatus bibliothecæ Patrum, vel excerptas ſententias catenæ Patrum continent, partim ex alienis ſubſidiis, partim vero, & quidem maxime ex bibliotheca mea, quæ plerasque Patrum collectiones & catenas mihi ſuppeditat, memorarem, certa ſpe fretus, Benevolos Lectores hunc qualemcunque tractatum æqui boni-

Digitized by Google

bonique conſulturos, & quæ forte irrepſerunt errata, benigne mihi condonaturos eſſe. Ut vero in ipſo limine ſtatim pateat, quas Patrum bibliothecas & Catenas hoc tractatu recenſuerim, ſequentem indicem præmittere lubuit.

INDEX

Digitized by Goog

INDEX
in
BIBLIOTHECAS & CATENAS
Patrum, quæ hoc tractatu recenſentur.

CAPUT I.

Bibliothecæ Patrum Baſileenſes.

ANtidotum contra diverſas omnium fere ſeculorum hæreſes, *quo 20. circiter Patres, qui hæreticis confutandis operam navarunt, continentur, Baſileæ A. 1528. a Johanne Sichardo editum in Fol.* p. 1

Μικρὸν πρεσβυτικὸν *ab Henrico Petri Baſileæ anno 1550. vulgatum, quo ultra triginta veteres Scriptores eccleſiaſtici comprehenduntur, in Fol.* p. 4

Orthodoxographa, *ſ. varia Scriptorum veterum numero 76. monumenta, Baſileæ a Johanne Heroldo collecta anno 1555. in Fol.* p. 7

Hæreſeologia *Johannis Heroldi Baſileæ anno 1556. in lucem emiſſa, qua Patres prope viginti*

ginti exhibentur, qui varias hæreſes confutarunt, in Fol. p. 14

Monumenta Orthodoxographa *a Johanne Jacobo Grynæo collecta, ſeu Scriptores eccleſiaſtici circiter 85. Baſil. anno 1569. in Fol.* p. 17

Poëtæ veteres eccleſiaſtici *collecti, emendati, digeſti & illuſtrati a Georgio Fabricio, Baſil. anno 1564. in Quart.* p. 23

His ex Appendice addi poſſunt:

Autores hiſtoriæ eccleſiaſticæ, *Baſileæ anno 1539. in Fol.* p. 731

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Autores *Baſileæ anno 1557. Wolfgango Muſculo interprete, in Fol.* p. 733

Euſebii, Rufini, Socratis, Theodoreti, Sozomeni, Theodori, Evagrii & Dorothei *eccleſiaſtica hiſtoria, ex Variorum verſionibus edita a Johanne Jacobo Grynæo, Baſileæ anno 1611. in Fol.* p. 736

Euſebii & aliorum, qui Euſebium continuarunt, chronica, *collecta a Johanne Sichardo, Baſil. anno 1529. in Fol.* p. 741

Abdiæ Babylonii hiſtoria certaminis apoſtolici, Sulpitius Severus de vita Martini, *& alia quædam hujusmodi monumenta, uno volumine comprehenſa a Wolfgango Lazio, Baſil. anno 1551. in Fol.* p. 752.

Scripta Patrum ab Eraſmo latine verſa, *& tomo*

Digitized by Google

tomo Operum ejus octavo conjunctim edita, Basileæ anno 1540. in Fol. *p.771*

Clementis Romani Recognitiones, & variæ veterum Pontificum Romanorum epistolæ, *a Sichardo Basileæ anno 1526. conjunctim editæ, in Fol.* *p.773*

Epiphanius de vitis Prophetarum, & alia hujusmodi aliorum monumenta *ab Albano Torino collecta, Basil. A. 1529. in Quart.* *p.774*

Apocrypha *a Michaele Neandro collecta, Basil. anno 1567. in Octav.* *p.775.*

Theoriani cum Armenorum Patriarcha disputatio, Damasceni dialogus contra Manichæos, Leontius de sectis, *& quædam alia ejus generis scripta a Johanne Leunclavio græce & latine Basil. anno 1578. edita in Octav.* *p.778*

Variorum Autorum veterum scripta de jurisdictione politica & ecclesiastica *in unum volumen collecta, & edita a Simone Schardio Basileæ anno 1566. in Fol.* *p.785*

CAP. II.

Bibliothecæ Patrum Tigurinæ.

Scripta Veterum latina de una persona & duabus naturis Christi *collecta a Josia Simlero anno 1572. Tiguri in Fol.* *p.24*

Antonii & Maximi sententiæ, Maximi Confessoris aphorismorum de caritate centuriæ

turiæ IV, & alia quædam Veterum ſcripta, *quæ Conradus Geſnerus partim ex ſua, partim ex aliorum verſionibus Tiguri edidit anno 1546. in Fol.* p. 26

Iidem Scriptores *ab eodem Geſnero, eodem loco & anno græce editi in Fol.* p. 27

Theologorum quorundam veterum orthodoxorum ſcripta *græce & latine Conradi Geſneri cura imprimis edita, Tiguri anno 1559. in Fol.* p. 28

CAP. III.

Bibliothecæ Patrum Pariſienſes.

Bibliotheca Patrum *ſupra ducentos, diſtincta in tomos octo ſtudio* Margarini de la Bigne, *Doctoris Theologi Pariſienſis, Pariſiis anno 1575. in Fol.* p. 30

Tomus primus, *quo imprimis epiſtolæ, admiſtis interdum & aliis opuſculis, continentur.* p. 31

Tomus ſecundus *ſacras hiſtorias continens.* p. 33

Tomus tertius *paræneſes & moralia complectens.* p. 34

Tomus quartus *exhibens, quæ ad Veterum liturgiam ſpectant.* p. 35

Tomus quintus *varia ſcripta contra hæreſes ſiſtens.* p. 38

Tomus ſextus, *quo colliguntur veteres Scriptores,*

Digitized by Google

ptores, qui in Scripturam commentati sunt. p. 41
Tomus septimus *destinatus Patribus, qui homilias de Sanctis, & in varia Scripturæ loca elucubrarunt.* p. 42
Tomus octavus *partim sacra poëmata, partim alios variorum tractatus & opuscula comprehendens.* p. 43
Appendix Bignæanæ Patrum bibliothecæ *Parisiis A. 1579. in Fol.* p. 45
Bignæanæ Patrum bibliothecæ editio secunda *novem tomis constans, Parisiis A. 1589. in Fol.* p. 49
Primus tomus *commentaria in varios Scripturæ libros continens.* p. 50
Secundus tomus *homilias de Sanctis & in varia Scripturæ loca complectens.* p. 53
Tertius tomus *epistolas de rebus sacris comprehendens.* p. 56
Quartus tomus *scripta adversus hæreses exhibens.* p. 60
Quintus tomus *parænetica & moralia scripta sistens.* p. 65
Sextus tomus *liturgiis, & opusculis ad disciplinam ecclesiasticam & Sacramentorum rationem pertinentibus, destinatus.* p. 68
Septimus tomus, *quo historica opuscula colliguntur.* p. 72

Digitized by Google

Octavus tomus *ſacra poëmata lectoribus offerens.* *p. 75*

Nonus *isque ultimus* tomus *ſcripta Patrum miſcellanea continens.* *p. 78*

Bignæanæ Patrum bibliothecæ editio tertia *Pariſ. A. 1609. ejusque auctarium A. 1610. in Fol.* *p. 92*

Quarta Patrum bibliotheca Pariſienſis, & *ejus* auctarium græco-latinum *in duos tomos diviſum, cum variorum notis Pariſ. A. 1624. in Fol.* *p. 92*

Bibliothecæ Patrum Pariſienſis ſupplementum *in duos tomos diſtributum, Pariſ. A. 1639. in Fol.* *p. 98*

Magna Bibliotheca veterum Patrum & antiquorum Scriptorum eccleſiaſticorum, *additione ducentorum circiter Autorum locupletata, & in XVII. tomos diſtributa, Pariſ. A. 1644. & iterum A. 1654. in Fol.* *p. 106*

Tomus I. *p. 107*

Tomus II. *p. 109*

Tomus III. *p. 111*

Tomus IV. *p. 114*

Tomus V. *p. 120*

Tomus VI. *p. 122*

Tomus VII. *p. 124*

Tomus VIII. *p. 127*

Tomus IX. *p. 130*

Tomus X. *p. 133*

Tomus

Digitized by Google

Tomus XI. *p.134*
Tom. XII. *p. 136*
Tom. XIII. *p. 139*
Tom. XIV. *p. 141*
Tomus XV. *p. 142*
Tomus XVI. *p. 143*
Tomus XVII. qui indices complectitur. *p. 143*

Bibliothecæ Patrum Græco-latinæ auctarium novum *in duos tomos divisum, cura Francisci Combefisii Paris. A. 1648. in Fol.*

Tomus I. exegeticus *p.145*
Tomus II. historicus & dogmaticus *p.149*

Bibliothecæ Græcorum Patrum auctarium novissimum, *itidem in duos tomos distributum, eodem Combefisio autore, Paris. A. 1672. in Fol.*

Tomus I. *p. 152*
Tomus II. *p. 154*

Veterum aliquot Scriptorum, qui in Galliæ bibliothecis maxime Benedictinorum supersunt, Spicilegium *opera & studio Lucæ D'Acherii, Benedictini e Congregatione S. Mauri Monachi, Paris. A. 1655. & seqq. in Quart.*

Tomus I. anno 1655. *p. 166*
Tomus II. anno 1657. *p. 171*
Tomus III. anno 1659. *p. 173*
Tomus IV. anno 1661. *p. 179*
Tomus V. anno 1661. *p. 197*
Tomus VI. anno 1664. *p. 202*

Tomus VII. anno 1666. p. 208
Tomus VIII. anno 1668. p. 215
Tomus IX. anno 1669. p. 231
Tomus X. anno 1671. p. 235
Tomus XI. anno 1672. p. 240
Tomus XII. anno 1675. p. 243
Tomus XIII. anno 1677. p. 245

Heptas Præſulum, *ſeu Leonis Magni, Maximi Taurinenſis, Petri Chryſologi, Fulgentii Ruſpenſis, Valeriani Cemelienſis, Amedei Lauſanenſis, & Aſterii Amaſeni ſcripta, collecta, locupletata, & diſſertationibus quibusdam illuſtrata a Theophilo Raynaudo. Cui heptadi etiam Proſperi opera acceſſerunt, Pariſiis anno 1671. in Fol.* p. 251

Jacobi Sirmondi opera varia *collecta, ex ejus ſchedis emendata, notis poſthumis illuſtrata, & epiſtolis ac opuſculis aliquibus auctiora, in quinque tomos diviſa, quorum primus, ſecundus, tertius & quintus varia Patrum ſcripta a Sirmondo e tenebris in lucem protracta continent, Pariſ. anno 1696. in Fol.* p. 254

Supplementum Patrum *editum & notis ac diſſertationibus illuſtratum a Jacobo Hommey, Pariſiis anno 1686. in Octav.* p. 266

Vetera Analecta, *ſeu varia fragmenta & epiſtolia Scriptorum eccleſiaſticorum, tam proſa quam metro, hactenus inedita, cum notis, obſerva-*

Digitized by Google

ſervationibus & diſquiſitionibus Johannis Mabillonii, Pariſiis in Octav.

Tomus I. anno 1675. *p.268*
Tomus II. anno 1676. *p.279*
Tomus III. anno 1682. *p.286*
Tomus IV. anno 1689. *p.290*

Muſeum Italicum, *ſeu collectio veterum Scriptorum ex bibliothecis Italicis eruta a Johanne Mabillon, & Michaele Germain, Pariſiis in Quart.*

Tomus I. anno 1687. *p.298*
Tomus II. anno 1689. *p.304*

Stephani Baluzii Miſcellanea, *h. e. collectio veterum monumentorum, quæ hactenus latuerunt in variis codicibus & bibliothecis, Pariſiis in Octav.*

Tomus I. anno 1678. *p.310*
Tomus II. anno 1679. *p.315*
Tomus III. anno 1680. *p.325*
Tomus IV. anno 1683. *p.327*
Tomus V. anno 1700. *p.333*

Philippi Labbei Bibliotheca nova MSCtorum, *varia Veterum monumenta imprimis hiſtorica continens, Pariſiis anno 1657. in Fol.*

Tomus I. *in 5. ſectiones diviſus.* *p.335*
Tomus II. *in totidem ſectiones diſtributus.* *p.345*

Theſaurus Aſceticus, *ſeu ſyntagma 18. opuſculorum aſceticorum a Græcis Patribus ſcriptorum,*

Digitized by Google

ptorum, collectum a Petro Possino, qui etiam latinam interpretationem addidit, Parisiis anno 1684. in Quart. p.360

Bibliotheca Patrum ascetica, *sive selectæ veterum Patrum de christiana & religiosa perfectione opuscula, collectore Claudio de Chantelou, Parisiis A. 1661. in Quart.*

Tomus I. p.362
Tomus II. p.363
Tomus III. p.365
Tomus IV. p.366
Tomus V. & VI. p.367

Bibliotheca Patrum concionatoria *in octo tomos divisa a Francisco Combefisio, Paris. 1662. in Fol.* p.370

Bibliotheca Cluniacensis, *qua scripta Patrum Abbatum Cluniacensium continentur, collecta a Martino Marrier & Andrea Quercetano, cum ejusdem notis, Parisiis anno 1614. in Fol.* p.384

Veterum Autorum, qui IX. seculo de prædestinatione & gratia scripserunt, opera & fragmenta, *in duos tomos distributa cura & studio Gilberti Mauguini, cum ejusdem dissertationibus, Parisiis anno 1650. in Quart.* p.397

SS. Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerunt, opera *collecta a Joh. Baptista Cotelerio, Parisiis A. 1672. in Fol. minor.* p.400

Ecclesiæ græcæ monumenta *collecta a Joh. Bapti-*

Digitized by Google

Baptiſta Cotelerio, cum ejusdem verſione & notis Pariſ. in Quart.

Tomus I. anno 1677. p. 402
Tomus II. anno 1681. p. 405
Tomus III. anno 1686. p. 409

Analecta græca, *ſive varia opuſcula græca hactenus inedita ex MSCtis codicibus eruta, latine verſa, & notis illuſtrata per Monachos Benedictinos Congregationis S. Mauri, Pariſiis anno 1688. in Quart.* p. 412

Manipulus Originum Conſtantinopolitanarum, *ſeu varia Veterum ſcripta ad res Conſtantinopolitanas ſpectantia, editus græce & latine a Franciſco Combefiſio Pariſiis anno 1664. in Quart.* p. 414

Veterum aliquot Galliæ Theologorum ſcripta *collecta & edita a Petro Pithœo, Pariſiis anno 1586. in Quart.* p. 416

Palladius de vita Chryſoſtomi, cum aliis quibusdam Scriptoribus Græcis, *græce & latine editus ab Emerico Pigotio, Pariſiis A. 1680. in Quart.* p. 417

Juſtinus Martyr, *cum aliis quibusdam Græcis Scriptoribus græce & latine editus Pariſ. A. 1636. in Fol.* p. 419

Amphilochius, Methodius, & Andreas Cretenſis *conjunctim editi a Francisco Combefiſio græce & latine cum notis, Pariſiis A. 1644. in Fol.* p. 419

Digitized by Google

Cyprianus, Minutius Felix, Arnobius Afer, & Julius Firmicus Maternus *conjunctim editi a Philippo Priorio, Parisiis anno 1666. in Fol.* *p. 420*

His Parisiensibus Patrum bibliothecis adduntur in Appendice.

Veteres Scriptores historiæ ecclesiasticæ *græce editi a Roberto Stephano, Parisiis A. 1544. in Fol.* *p. 726*

Veteres Scriptores historiæ ecclesiasticæ latine *ex versione Henrici Valesii, Paris. anno 1677. in Fol.* *p. 738*

Iidem Scriptores græce & latine *editi ab Henrico Valesio cum ejusdem notis, Parisiis A. 1659. & seqq. in Fol.* *p. ead.*

Historia christiana veterum Patrum, *quæ varia monumenta ad sacram ecclesiæ historiam, & Sanctorum vitas spectantia, uno volumine complectitur, edita per Laurentium de la Barre Parisiis A. 1583. in Fol.* *p. 749*

Acta Sanctorum Ordinis Benedicti, *sive veteres Autores, qui vitas Sanctorum ordinis Benedictini scripserunt, collecti a Luca d' Acherio, & Johanne Mabillonio, Parisiis anno 1668. & seqq. in Fol.* *p. 760*

Acta Martyrum sincera & selecta, *ex probatis Autoribus editis & ineditis collecta a Theoderico Ruinarto, Parisiis A. 1689. in Quart.* *p. 761*

Biblio-

Digitized by Google

Bibliotheca juris canonici veteris, *seu collectio veterum Scriptorum, qui canones ecclesiæ collegerunt, a Gulielmo Voello & Henrico Justello edita, & in duos tomos distributa, Parisiis A. 1661. in Fol.* p. 762

Collectiones quædam conciliorum Parisienses. p. 768

Liturgiæ Patrum *collectæ Parisiis A. 1560. in Fol.* p. 769

Varii tractatus Synesii, Origenis & aliorum, *conjunctim editi a Federico Morello, Paris. in Octav.* p. 775

Minores quædam Patrum bibliothecæ Parisienses *referuntur.* p. 779. & 780

Scriptores veteres, qui vitas & gesta Pontificum Avenionensium descripserunt, *collecti & notis illustrati, & cum appendice actorum veterum editi a Stephano Baluzio, Parisiis A. 1693. in Quart.* p. 781

Bibliothecæ quædam veterum Historicorum Parisienses. p. 799. & 800

CAP. IV.

Bibliothecæ Patrum Colonienses.

Magna Bibliotheca veterum Patrum *plus quam centum Autoribus & opusculis plurimis locupletata, & juxta seculorum ordinem digesta, & in XIV. tomos distributa, studio Theologorum Colonienſium, Coloniæ A. 1618. in Fol.* p. 420

Digitized by Google

Magnæ bibliothecæ Patrum Colonienſis Tomus decimus quintus, *ſive auctarium & ſupplementum hujus bibliothecæ, Coloniæ anno 1622. in Fol.* p. 467

Autores præcipui veteres, qui de Scriptoribus eccleſiaſticis egerunt, *ex verſione Johannis Chriſtophorſoni in unum volumen collecti, & notis illuſtrati a Suffrido Petro, Coloniæ A. 1580. in Octav.* p. 477

Catena Græcorum Patrum in Pentateuchum, *interprete Franciſco Zephyro*, nec non in Cantica V. & N. T. *interprete Antonio Caraffa, Coloniæ A. 1573. in Octav.* p. 480

Leonis Allatii συμμικτα ſive *opuſculorum græcorum & latinorum, vetuſtiorum ac recentiorum libri duo, Coloniæ A. 1653. in Octav.* p. 481

Veteres Scriptores, qui de divinis officiis egerunt, *collecti per Hittorpium anno 1568. Coloniæ in Fol.* p. 483

His addi poſſunt ex Appendice.

Scriptores eccleſiaſtici veteres, *interprete Johanne Chriſtophorſono, cum annotationibus Suffridi Petri, Coloniæ anno 1581. in Fol.* p. 735

Scriptores de vitis Sanctorum *collecti a Laurentio Surio, Coloniæ A. 1570. item A. 1576. & iterum 1618. in Fol.* p. 758

Collectiones quædam conciliorum Colonienſes. p. 768. & 769

Theo-

Digitized by Google

Theophilactus in acta, una cum quinque Patrum orationibus in occursum Domini, & Gregorii Nysseni oratione de deitate Filii & Spiritus S. *græce & latine editus a Laurentio Sifanio, Coloniæ A. 1568. in Fol.* p. 772

Septem tubæ Sacerdotales, seu opera insigniora septem Patrum, *a Jacobo Merlone Horstio collecta, & edita Coloniæ A. 1635. in Quart.* p. 777

Augustini, Anselmi, Bernhardi, & Idiotæ opuscula *aliqua collecta ab Henrico Sommalio, Coloniæ A. 1637. in 12.* p. 778

CAP. V.

Bibliothecæ Patrum Lugdunenses.

Maxima bibliotheca veterum Patrum, post Parisienses & Colonienſem novis supra centum Autoribus & opusculis hactenus desideratis aucta, & *in tomos XXVII. distributa, Lugduni A. 1677. in Fol.* p. 483

Tomus I. p. 484
Tomus II. p. 486
Tomus III. p. 488
Tomus IV. p. 490
Tomus V. p. 492
Tomus VI. p. 495
Tomus VII. p. 497
Tomus VIII. p. 499
Tomus IX. p. 502

Tomus

Digitized by Google

Tomus X. p.505
Tomus XI. p.507
Tomus XII. p.508
Tomus XIII. p.513
Tomus XIV. p.515
Tomus XV. p.517
Tomus XVI. p.519
Tomus XVII. p.521
Tomus XVIII. p.522
Tomus XIX. p.525
Tomus XX. p.526
Tomus XXI. p.527
Tomus XXII. p.529
Tomus XXIII. p.531
Tomus XXIV. p.532
Tomus XXV. p.534
Tomus XXVI. p.536
Tomus XXVII. p.540

Patrum Lirinenſium ſcripta *collecta a Vincentio Barrali, & edita in chronologia Sanctorum & Virorum illuſtrium inſulæ Lirinenſis, Lugduni A. 1613. in Quart.* p.561

Bibliotheca homiliarum & ſermonum priſcorum eccleſiæ Patrum in Dominicas & feſta, *collecta a Laurentio Cumdio, & Gerardo Moſano, Lugduni A. 1588. in Fol.* p.563

Homiliæ Doctorum eccleſiaſticorum in evangelia Dominicalia & temporanea, *quæ juſſu Caroli M. per Alcuinum in unum codicem redactæ perhibentur, Lugduni A. 1525. in Quart.* p.564

Opu-

Digitized by Google

Opuſcula quædam Patrum *a Thoma Galleto collecta & edita Lugduni A. 1615.* p. 565

Catena Patrum in Geneſin & Exodum *edita ab Aloyſio Lippomano, Lugduni anno 1657. in Fol.* p. 565

Catena Patrum in Iobum *edita a Paulo Comitolo Lugduni A. 1586. in Quart.* p. 568

Autores octo morales *editi Lugduni anno 1505.* p. ead.

Adduntur in Appendice.

Scriptores, qui de vitis Patrum egerunt, *collecti & notis illuſtrati ab Heriberto Roſweido, Lugduni A. 1617. in Fol.* p. 753

Catena Patrum Græcorum in Jeremiam, Threnos & Baruch, *cum Michaelis Ghislerii commentariis in Jeremiam, Lugduni A. 1623. edita in Fol.* p. 770

Bullarium magnum, *quo Pontificum Romanorum bullæ a Leone I. usque ad Clementem X. continentur, a Laertio Cherubino, & Angelo Maria Cherubino collectæ, Lugduni anno 1687. in Fol.* p. 781

Bibliotheca vetus Floriacenſis *opera Johannis a Boſco in lucem protracta, & antiquariorum uſui expoſita, Lugduni anno 1605. in Octav.* p. 782

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

Bibliothecæ Patrum Lugduno-Batavæ, seu Leidenses.

Variorum divinorum liber unus, *seu opuscula quædam veterum Scriptorum græce antehac inedita, collecta & vulgata a Johanne Meursio, Lugduni-Bat. A. 1619. in Quart.* p. 569

Varia Sacra, *sive sylloge variorum opusculorum græcorum ad rem ecclesiasticam spectantium, in duos tomos divisa, cura & studio Stephani le Moyne, Lugduni-Batavorum A. 1685. in Quart.* p. 572

Veterum aliquot Galliæ & Belgii Scriptorum opuscula sacra *nunquam edita, in lucem protracta a Casimiro Oudino, Lugd. Batavorum A. 1692. in Octav.* p. 576

In Appendice additur.

Thesaurus temporum, *seu Eusebii & aliorum veterum chronica a Josepho Scaligero cum ejusdem annotationibus edita Lugduni-Batav. A. 1606. in Fol.* p. 745

CAP. VII.

Bibliothecæ Patrum Ingolstadienses.

Antiquæ Lectiones, *seu varia Veterum monumenta collecta & edita ab Henrico Canisio, Ingolstadii in Quart.*

Tomus

Digitized by Google

Tomus I. *A. 1601.* *p. 577.*
Tomus II. *A. 1602.* *p. 581*
Tomus III. *isque bipartitus anno 1603.* *p. 584*
Tomus IV. *itidem bipartitus eod. anno.* *p. 588*
Tomus V. *A. 1604.* *p. 594*
Tomus VI. *itidem A. 1604.* *p. 600*
Tomus singularis insignium Autorum tam Græcorum, quam Latinorum, *ex variis bibliothecis accersitus, & in lucem prodire jussus a Petro Stevartio Ingolstadii anno 1616. in Quart.* *p. 605*
Variorum Patrum orationes de cruce Domini *collectæ a Jacobo Gretsero in tractatu de cruce Tomo 2. Ingolstad. A. 1600. in Quart. p. 608*
Lucas Tudensis contra Albigenses, cum triade Scriptorum contra Waldenses, *a Jacobo Gretsero editus, Ingolstadii A. 1612.* *p. 610*
Alia trias Scriptorum contra Waldenses *edita ab eod. Gretsero, Ingolstadii A. 1614. p. ead.*
Septendecim homiliæ Græcorum Patrum *latine redditæ, & in unum volumen collectæ a Theodoro Peltano, Ingolstadii A. 1579. in Octav. pag. ead.*
Simeonis Junioris opera, una cum pluribus aliorum Veterum monumentis, *latine versa, & notis illustrata a Jacobo Pontano, Ingolstadii A. 1604. in Quart.* *p. 613*

Vete-

Digitized by Google

Veterum monumenta contra Schiſmaticos, *edita a Sebaſtiano Tengnagelio, Ingolſtad. A. 1612. in Quart.* p. 614

Epiſtolæ quædam Pontificum ad Reges quosdam Francorum, *in unum volumen collecta a Jacobo Gretſero, Ingolſtadii anno 1613. in Quart.* p. 617

Epiſtolæ Pontificum quorundam ad Petrum Cnapheum, *una cum* Gregorii Acindyni libris duobus de eſſentia & operatione Dei *edita a Jacobo Gretſero, Ingolſtadii anno 1616.* pag. ead.

Victoris Tunnunenſis chronicon, cum aliis veterum Scriptorum monumentis, *editum ab Henrico Caniſio, Ingolſtad. anno 1600. in Quart.* p. 618

CAP. VIII.

Bibliothecæ Patrum Antverpienſes.

Homiliæ IV. Sanctorum Patrum *græce & latine ab interprete Petro Pantino vulgatæ, Antverpiæ A. 1598. in Octav.* p. 618

Variorum Patrum Græcorum homiliæ *græce editæ, & latine converſæ ab eodem Pantino, Antverpiæ A. 1604. in Octav.* p. 620

Catena Græcorum Patrum in Proverbia Salomonis, *cum Gregorii Thaumaturgi metaphraſi in Eccleſiaſten, & Michaelis Pſelli in Can-*

Digitized by Google

Canticum Canticorum paraphrasi a Theodoro Peltano typis tradita, Antverpiæ anno 1614. in Octav. p. 621

Expositio Patrum Græcorum in Psalmos *ex codicibus MSCtis concinnata, in paraphrasin, commentarium, & catenam digesta, latine versa, & notis illustrata à Balthasare Corderio, Antverpiæ A. C. 1643. Tomi III. in Fol.* p. 623

Catena Græcorum Patrum in Lucam *illustrata a Balthasare Corderio, Antverpiæ A. 1628. in Fol.* p. 624

Catena Græcorum Patrum in S. Johannem *publicata ab eod. Balthas. Corderio, Antverpiæ A. 1630. in Fol.* p. 625

Liturgiæ SS. Patrum *a Claudio Sainteslio editæ, Antverpiæ A. 1560.* p. 226

Victorius Aquitanus, & alii antiqui canonum paschalium Scriptores, *conjunctim editi & illustrati ab Ægidio Bucherio, Antverpiæ A. 1634. in Fol.* p. 627

Patres Apostolici *a Cotelerio quondam collecti, a Johanne Clerico cum variis accessionibus denuo editi, Antverpiæ A. 1698. in Fol. Tomi 2.* p. 629

In Appendice adduntur.

Eusebii & aliorum veterum chronica *ab Auberto Miræo collecta, Antverpiæ A. 1608. in Quart.* p. 742

Digitized by Google

Acta Sanctorum, *ex variis Scriptoribus collecta a Bollando, Henschenio, Papebrochio, Baertio & Janningo, Antverpiæ A. 1643. & seqq. in Fol.* p. 758

Bibliotheca ecclesiastica, *sive Nomenclatores 7. veteres, qui de Scriptoribus ecclesiasticis egerunt, collecti ab Auberto Miræo cum ejusdem notis & auctario, Antverpiæ anno 1639. in Fol.* p. 773

CAP. IX.

Bibliothecæ Patrum Romanæ.

Autores veteres de divinis officiis *collecti a Michaele Hittorpio, Romæ A. 1591. in Fol.* p. 636

Græcia orthodoxa, *seu varii Scriptores Græci a Leone Allatio collecti, Romæ græce & latine editi, & in duos tomos distributi in Quart.*

Tomus I. A. 1652. p. 639

Tomus II. A. 1659. p. 643

Collectanea monumentorum veterum *ecclesiæ græcæ & latinæ, quæ hactenus in Vaticana bibliotheca latuerunt, in lucem protracta a Laurentio Alexandro Zacagnio, Romæ A. 1698. in Quart. maj. form.* p. 646

Codex regularum, *quas Sancti Patres Monachis & Sanctimonialibus præscripserunt, a Benedicto Abbate Anianensi olim collectus, & a Luca Holstenio in tres tomos digestus & auctus, Romæ A. 1661. in Quart.* p. 651

Pa-

Digitized by Google

Patrum aliquot Græcorum *orationes & epistolæ, ab Hieronymo Brunello græce editæ, Romæ in Octav.* p. 655

Alia quorundam Patrum collectio, *edita Romæ a Paulo Manutio A. 1564. in Fol.* p. 655

Opuscula quorundam Patrum de virginitate *Romæ vulgata a Paulo Manutio A. 1562. in Quart.* p. 656

Catena Patrum Græcorum in Marcum, *interprete Petro Possino, Romæ A. 1673. in Fol.* pag. ead.

Catena Patrum in Psalmos *a Lippomano vulgata, Romæ A. 1585.* p. 657

In Appendice adduntur.

Concilia Hispanica *collecta a Cardinali Aguirre, Romæ A. 1693. Tomi IV. in Fol.* p. 769

Catena Græcorum Patrum in Threnos *latine versa, & Romæ edita ab Antonio Agellio* p. 770

Collectio Romana bipartita *concinnata studio Lucæ Holstenii Romæ anno 1662. in Octav.* p. 780

CAPUT X.

Bibliothecæ Patrum Venetæ.

Græcorum Patrum catena in quinquaginta Psalmos, *interprete Daniele Barbaro, Venetiis A. 1559. in Fol.* p. 658

Græcorum Patrum catena in Iobum, *a*

gitized by Google

Paulo Comitolo edita, Venetiis anno 1587. in Quart. p. 659

Catena Patrum in Acta & epistolas catholicas, *Johanne Bernardo Feliciano interprete, Venetiis A. 1545. in Octav.* p. 661

Ex Appendice addi possunt.

Vitæ Sanctorum *collectæ ab Aloysio Lippomano, in octo tomos divisæ, & editæ Venetiis A. 1551. & seqq. in Fol.* p. 759

Libri Veterum Pœnitentiales *editi ab Antonio Augustino, Venet. A. 1584. in Quart.* p. 761

Collectio Conciliorum, *Venetiis anno 1585. apud Dominicum Nicolinum, Tomi V. in Fol.* p. 769

CAP. XI.

Bibliotheca Patrum Mediolanensis.

Anecdota ab Antonio Muratorio *collecta, & edita Mediolani in Quart.*

Tomus I. A. 1697. p. 662

Tomus II. A. 1698. p. 663

CAP. XII.

Bibliothecæ Patrum Moguntinæ.

Speculum antiquæ devotionis circa Missam, *quo continentur Scriptores veteres de sacris officiis, in unum volumen collecti a Johanne Cochlæo, Moguntiæ A. 1549. in Fol.* p. 664

Miscellanea SS. Patrum Græcorum & Latino-

Digitized by Google

tinorum *simul cum Gregorii Thaumaturgi operibus edita a Gerardo Vossio, Moguntiæ A. 1604. in Quart.* p. 666

Hincmari Remensis & aliquot coætaneorum opuscula *collecta a Johanne Buseo, Moguntiæ A. 1602. in Quart.* p. 670

Paralipomena opusculorum Petri Blesensis, & Johannis Trithemii, & aliorum *studio Busæi, Moguntiæ A. 1605. in Octav.* p. 672

CAP. XIII.

Bibliotheca Patrum Bono Fonte edita.

Bibliotheca Patrum Cisterciensium *collecta labore & studio Bertrandi Tissier, typis Cœnobii, cui Boni Fontis nomen est, in Fol.*

Tomus I. A. 1660. p. 674
Tomus II. A. 1662. p. 676
Tomus III. A. eod. p. *ead.*
Tomus IV. A. eod. p. 677
Tomus V. A. 1662. p. 679
Tomus VI. A. eod. p. 680
Tomus VII. A. 1669. p. 681
Tomus VIII. A. eod. p. 682

CAP. XIV.

Bibliotheca Patrum Insulana.

Paræneticí veteres *cum notis Melchioris Haiminsfeldii Goldasti, Insulæ A. 1604. in Quart.* p. 682

CAP. XV.

Bibliotheca Patrum Divionensis.

Scriptorum veterum de fide catholica opuscula

Digitized by

quinque *vulgata a Petro Franciſco Chiffletio, Divione A. 1656. in Quart.* p. 683

CAP. XVI.

Bibliotheca Patrum Rotomagenſis.

Veterum Scriptorum & monumentorum collectio nova, *publicata ab Edmundo Martene, Rotomagi A. 1700. in Quart.* p. 687

CAP. XVII.

Bibliotheca Patrum Toloſana.

Symbolæ Græcorum Patrum in Matthæum *collatæ a Balthaſare Corderio, & Petro Poſſino, Toloſæ in Fol.*

Tomus I. A. 1646. p. 689
Tomus II. A. 1647. p. 690

CAP. XVIII.

Bibliothecæ Patrum Londinenſes.

Catena Græcorum Patrum in Iobum, *collectore Niceta ex MSCtis eruta, in lucem edita & latine verſa ſtudio Patricii Junii, Londini A. 1637. in Fol.* p. 691

Bedæ, Egberti, & Aldhelmi opuſcula nonnulla *vulgata ab Henrico Whartono Londini A. 1693. in Quart.* p. 692

Palladii, Ambroſii, & Anonymi cujusdam ſcripta de Brachmanis *ab Eduardo Biſſæo collecta Londini A. 1666. in Quart.* p. 693

In Appendice adduntur.

Concilia Anglicana *collecta ab Henrico Spelmanno, Londini publicata, Tomi II. A. 1639. & 1664. in Fol.* p. 769

Orthui-

Digitized by Google

Orthuini Gratii fasciculus rerum expetendarum & fugiendarum, cum appendice *Eduardi Brownc, Londini A. 1690. in Fol.* *p. 785*

Collectiones quædam veterum Scriptorum de rebus Britannicis. *p. 801*

CAP. XIX.

Bibliotheca Patrum Dublinienſis.

Veterum epiſtolarum Hibernicarum Sylloge, *collecta a Jacobo Uſſerio, Dublinii A. 1632. in Quart.* *p. 694*

CAP. XX.

Bibliotheca Patrum Oxonienſis.

Spicilegium SS. Patrum & Hæreticorum ſeculi 1. 2. & 3. *editum & notis illuſtratum a Johanne Erneſto Grabio, Oxoniæ in Octav.*

Tomus I. *ſeu ſeculum I. A. 1698.* *p. 699*

Tomus II. *ſeu ſeculi II. pars I. A. 1699.* *p. 706*

In Appendice adduntur.

Hiſtoriæ Britannicæ Scriptores 20. *collecti a Thoma Gale, Oxoniæ A. 1691. in Fol.* *p. 801*

CAP. XXI.

Bibliothecæ Patrum Lovanienſes.

Variorum Patrum epiſtolæ ad concilium Epheſinum *ſpectantes, editæ & notis illuſtratæ per Chriſtianum Lupum, Lovanii A. 1682. in Quart.* *p. 707*

Scriptores quidam veteres de euchariſtia, *collecti a Johanne Ulimmerio, Lovanii A. 1561. in Octav.* *p. 709*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXII.

Bibliotheca Patrum Trajectenſis.

Inſignia itinerarii Italici, *quibus continentur veterum quorundam Scriptorum eccleſiaſticorum monumenta græce & latine, cum notis edita a Jacobo Tollio, Trajecti A. 1696. in Quart.* *p. 710*

CAP. XXIII.

Bibliothecæ Patrum Genevenſes.

Pſeudo-Iſidorus & Turrianus vapulantes, *ſeu veterum Pontificum Romanorum a Clemente usque ad Siricium epiſtolæ decretales, cum animadverſionibus Davidis Blondelli, ex typographia Petri Chouët anno 1628. in Quart.* *p. 712*

Scripta quædam Patrum *maximam partem anteà non edita, in lucem protracta a Theodoro Beza A. 1570. apud Henricum Stephanum in Octav.* *p. 715*

In Appendice adduntur.

Scriptores veteres Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Græci, *cum verſione Joh. Chriſtophorſoni, Coloniæ Allobrogum A. 1612. in Fol.* *p. 739*

CAP. XXIV.

Bibliothecæ Patrum Hamburgenſes.

Gennadius de eccleſiaſticis dogmatibus, cum Anonymi homilia ſacra, & Martialis Lemovicenſis epiſtolis *a Geverharto Elmenhorſtio editus Hamburgi A. 1614. in Quart.* *p. 717*

Apocrypha parænetica, *interprete Nicolao Glaſero, Hamburgi A. 1614. in Oct.* *p. 718*

Codex

Codex apocryphus Novi Teſtamenti, *ſeu collectio variorum Scriptorum veterum apocryphorum cenſuris & animadverſionibus D. Johannis Alberti Fabricii illuſtrata, Hamburgi A. 1703. in Octav.* p. 719

In Appendice adduntur.

Scriptores rerum Septentrionalium *editi Hamburgi cum novis acceſſionibus per Joh. Albertum Fabricium, A. 1706. in Fol.* p. 801

Trias Scriptorum hiſtoriæ antiquæ *variarum gentium a Friderico Lindenbrogio A. 1611. Hamburgi edita, in Quart.* p. 802

CAP. XXV.

Bibliothecæ Patrum Cygneæ.

Variorum Patrum homiliæ in natalem Chriſti, *collectæ a Chriſtiano Daumio Cygneæ anno 1670. in Octav.* p. 722

Hieronymi Theologi cujusdam Græci dialogus de Trinitate, cum quibusdam aliis veterum Scriptorum monumentis, *editus ab eodem Daumio, Cygneæ A. 1677. in Octav.* p. 723

Opuſcula quædam veterum Scriptorum *ſtudio Caſparis Barthii conjunctim edita, Cygneæ A. 1655. in Octav.* p. 723

CAP. XXVI.

Bibliothecæ Patrum Lipſienſes.

Patrum & Doctorum eccleſiæ, qui ligata oratione ſcripſerunt, paraphraſes & meditationes in Evangelia Dominicalia & Feſtalia, *collectæ a Joachimo Zehnero, & Lipſiæ editæ A. 1602. in Octav.* p. 724

Digitized by Google

Bibliotheca Patrum Apoſtolicorum *graco latina, vulgata Lipſiæ A. 1699. in Octav.* p. 725

APPENDIX.
Variæ Patrum Bibliothecæ.

Burdigalenſis.

Euſebii, Hieronymi & Proſperi chronica, *emendata & notis illuſtrata per Arnaldum Pontacum, Burdigalæ A. 1604. in Fol.* p. 744

Amſtelodamenſes.

Theſaurus temporum, ſive Euſebii, Hieronymi & aliorum chronica, *cum notis Joſephi Scaligeri auctioribus, Amſtelodami A. 1658. in Fol.* p. 745

Scriptores veteres rerum Gothicarum *ab Hugone Grotio collecti, Amſtelodami A. 1655. in Octav.* p. 801

Leodienſis.

Autores, qui vitas Epiſcoporum Tungrenſium, Trajectenſium, & Leodienſium ſcripſerunt, *in tres tomos collecti a Johanne Chapeavillo, Leodii A. 1612. in Quart.* p. 760

Madritenſis.

Concilia Hiſpaniæ *a Garſia Loaiſa collecta, Madriti A. 1583. in Fol.* p. 769

Auguſtanæ.

Liturgiæ Baſilii Magni, Gregorii Nazianzeni & Cyrilli Alexandrini *ex Arabico in latinum ſermonem com-*

Digitized by Google

converſæ & editæ a Victorio Scialach, Auguſtæ Vindelicorum A. 1614. in Quart. p. 770

Homiliæ aliquot Baſilii, Gregorii Nyſſeni, & aliorum Patrum *græce ſtudio Davidis Hœſchelii vulgatæ, Auguſtæ Vindel. A. 1587. in Octav.* p. 775

Cyrilli Alexandrini & quorundam aliorum Patrum opuſcula *ex Manuſcriptis eruta, latine verſa, & notis illuſtrata a Johanne Wegelino, Auguſtæ Vind. A. 1611. in Octav.* p. 778

Patavina.

Catena Græcorum Patrum in Cantica V. & N. T. *edita ab Antonio Caraffa, Patavii A. 1564.* p. 770

Argentinenſes.

Sylloge veterum quorundam Autorum, qui de poteſtate imperiali & eccleſiaſtica ſcripſerunt, *collecta a Simone Schardio, & poſt Baſileenſem editionem iterum edita Argentorati A. 1618. in Fol.* p. 787

Veteres quidam Hiſtorici conjunctim editi *Argentorati A. 1685. in Fol.* p. 801

Hanovienſes & Francofurtenſes.

Monarchia S. Rom. Imperii, *ſive tractatus de jurisdictione Imperiali & Pontificia, collecti a Melchiore Goldaſto, & editi in Fol.*

Tomus I. *Hanoviæ A. 1612.* p. 787

Tomus II. *Francofurti A. 1614.* p. 791

Tomus III. *Francof. A. 1613.* p. 796

Bibliothecæ quædam veterum Hiſtoricorum *Francofurti & Hanoviæ editæ.* p. 800

Digitized by Google

Helmſtadienſes.

Concilium Conſtantienſe, *cui varii Veterum tractatus inſerti, Helmſtadii anno 1700. Tomi VI. in Fol.* *p.799*

Scriptores rerum Germanicarum *a Meibomiis collecti & editi, Helmſtadii A. 1688. in Fol.* *p.800*

Hanoverana.

Scriptores rerum Brunſvicenſium *collecti a Dn. Godofredo Leibnitio, Hanoveræ A. 1707. editi in Fol.* *p.801*

Heidelbergenſis.

Scriptores rerum Britannicarum vetuſtiores *editi Heidelbergæ A. 1587. in Fol.* *p.801*

J.N.J.

J. N. J.

CAP. I.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM BASILEENSIBUS.

I.

CUm variorum Patrum minorum ſcripta in unum vel plura volumina colliguntur, & conjunctim eduntur, collectio illa bibliotheca Patrum appellari ſolet, etſi ejusmodi bibliothecæ ſubinde etiam ſub aliis titulis prodierint.

II. Primus, quod ſciam, ejusmodi bibliothecam Patrum edidit, & Sigismundo Poloniæ Regi dedicavit Johannes Sichardus, de cujus vita Pantaleon in proſopographia virorum illuſtrium, Adamus in vitis JCtorum, aliique videri

Digitized by Google

poterunt. Inſcribitur autem illa, quam edidit, Patrum bibliotheca *Antidotum contra diverſas omnium fere ſeculorum hæreſes*, & prodiit Baſileæ A. C. 1528. typis Henrici Petri.

Scripta autem, quæ hoc antidoto continentur, ſunt ſequentia:

Juſtini Philoſophi & Martyris Admonitorius adverſus Gentes.

D. Athanaſii, Epiſcopi Alexandrini, libri XI. de Trinitate.

Ejusdem Epiſtola ad Epictetum Epiſcopum Corinthiorum, & altera ad Epiſcopos Africæ.

Marii Victorini Afri V. C. de Trinitate libri IV.

Ejusdem præterea aliquot hymni, & eruditiſſimum carmen, multis tamen locis depravatum, de Machabæis.

D. Hilarii, Epiſcopi Pictavorum, de patris & filii unitate, & quorundam locorum ſacræ ſcripturæ interpretatio.

Ambroſii, Epiſcopi Mediolani, de Reſurrectione ἀκέφαλος.

Theophili Epiſcopi Alexandrini libri Paſchales IV. D. Hieronymo interprete.

Idacii Clari Hiſpani adverſus Varimadum Arianum liber.

Cyrilli, Epiſcopi Alexandrini, adverſus Neſtorium liber.

Ejus-

Digitized by Google

Ejusdem ad Euoptium XII. Capitulorum interpretatio, adversus Theodoretum. Cui accessit & Theodoreti Episcopi Cyri reprehensio. Præterea duæ Epistolæ ad Successum Isauriæ Episcorum, Dionysio Exiguo Romano interprete.

Procli, Constantinopolitani Episcopi, ad Armenios liber græce & latine, Dionysio Exiguo interprete.

Timothei Episcopi ad Ecclesiam catholicam libri IV.

Vincentii Lirinensis liber elegantissimus contra hæreses.

Prosperi Aquitanici de libero arbitrio contra Collatorem.

Victoris Episcopi fidei ratio, Hunerico Regi Vuandalorum reddita.

Cerealis Episcopi Carthaginensis adversus Maximinum.

Gelasii Episcopi Romani de duabus naturis in Christo adversus Eutychianistas.

Joannis Episcopi Romani de duabus naturis in Christo.

Fausti Episcopi fidei ratio, & aliquot locorum inter se collatio.

Antonini Episcopi Constantinensis ad Arcadium exulem consolatoria.

Digitized by Google

Agnelli Episcopi ad Arminiũ de ratione fidei.
Rustici Diaconi adversus Acephalos.

Sunt isti Patres partim Latini, partim Græci, attamen etiam Græci in hoc Antidoto latine tantum exhibentur, si Procli ad Armenos epistolam, cui Græcus textus appositus comparet, excipiamus.

III. Simili instituto Henricus Petri Basileæ A. C. 1550. ex officina sua in lucem publicam emisit ΜΙΚΡΟΠΡΕΣΒΥΤΙΚΟΝ, *seu* ut ipse hunc titulum interpretatur, *veterum quorundam brevium Theologorum, sive Episcoporũ, sive Presbyterorũ aut sacri ordinis aliorum, qui aut tempore Apostolorum, aut non multo post vixerunt, elenchum.*

Continentur hoc Micropresbytico Scriptores 32. nempe,

D. Ignatii Antiochenæ Episcopi epistolæ.
Polycarpi Smyrnæorum Episcopi ad Philippenses epistola.
D. Dionysii Areopagitæ epistolæ.
Justini Martyris admonitorius liber.
S. Maximi de charitate centuriæ IV. Græce & Latine.
D. Thalassii sententiarum hecatontades IV.
D. Gregorii Neocæsariensis Episcopi in Ecclesiasten commentaria, & alia quædam.
D. Petri Alexandrini Episcopi de pœnitentia canon.

Gen-

Digitized by Google

Gennadii Patriarchæ & Synodi Constantinopolitanæ epistola.

Nicephori de ligandi solvendique potestate fragmentum.

Olympiodori in Ecclesiasten Salomonis enarratio.

Justi Episcopi in Cantica Canticorum explanatio.

D Salonii Episcopi Vienensis in Parabolas Salomonis dialogi II.

D. Martialis Apostoli epistolæ.

D. Antonii Abbatis epistolæ.

S. Marci Heremitæ de lege spirituali sententiæ Græce & Latine.

Philonis Judæi antiquitatum biblicarum liber: nec non alia ejusdem quæ extant opera, partim Græce & Latine.

Chromatii de VIII. Beatitudinibus & alia quædam ejusdem opuscula.

Symmachi Episcopi Apologeticum.

Ecclesiæ Orientalis ad Symmachum Epistola.

Albini in Genesin quæstiones.

Athenagoræ de mortuorum resurrectione, Græce & Latine.

Aristeas de LXXII. interpretibus bibliorum.

Bertrami de corpore & sanguine Domini.

Lanfranci de Sacramento Eucharistiæ.

Digitized by Google

Juliani Pomerii contra Judæos libri III.

Georgii Flori de oratione & precibus compendium.

Pantoleontis de Luminibus ſanctis ſermo, Græce & Latine.

Teſtamentum XII. Patriarcharum filiorum Jacob.

Evangelicæ hiſtoriæ ex IV. Evangeliſtis continuata narratio, ex Ammonii Alexandrini fragmentis.

R. Samuel. libellus de veri Meſſiæ paraſtaſi.

D. Andreæ Hieroſolym. ſuper ſalutationem Angelicam ſermo Græce & Latine.

Ex his Scriptis Græce & Latine exhibentur Maximi centuriæ quatuor de caritate cum verſione Vincentii Obſopæi, Marci Eremitæ capitula de lege ſpirituali cum ejusdem Obſopæi verſione, Philonis liber de mundo cum verſione Gulielmi Budæi, Athenagoræ liber de reſurrectione cum verſione Petri Nannii, Pantoleontis ſermo de ſanctis luminibus, cum verſione autoris incerti, & Andreæ Hieroſolymitani ſermo in ſalutationem angelicam cum verſione Marci Hopperi. Reliqui hujus Micropresbytici Scriptores vel Latini ſunt, vel latine tantum ex Johannis Franciſci Pici, Johannis Oecolampadii, Zenobii Acciajoli, Matthiæ Palmerii

Digitized by Google

rii aliorumque verſionibus in hac Patrum bibliotheca ſiſtuntur, cujus editor in præfatione, ſeu epiſtola dedicatoria, de his Scriptoribus a ſe collectis ita diſſerit, ut accuratius de Scriptoribus eccleſiaſticis judicium in eo deſiderari poſſe videatur. Nam & tres Maximos in unum confundit, & pſeudepigrapha quædam ſequioris ævi commenta, ut Ignatii ad Deiparam & Johannem Evangeliſtam, item Dionyſii Areopagitæ ad Johannem Evangeliſtam & Polycarpum, & Martialis Lemovicenſis ad Burdigalenſes & Toloſanos epiſtolas pro apoſtolicæ ætatis monumentis venditat.

IV. Pergimus ad Johannem Heroldum, qui, ex quo Baſileenſis civitatis jus adeptus eſt, etiam Baſilii prænomen aſſumſit, ideoque in poſtremis ſcriptis Baſilius Johannes Heroldus nuncupatur. Edidit is in eadem Baſileenſi Urbe per Heinricum Petri A. C. 1555. ſub ORTHODOXOGRAPHORVM titulo novam Patrum bibliothecam varia 76. Scriptorum monumenta complexam. Occurrunt enim in his orthodoxographis, quæ vocantur,

1. *Abgari* epiſtola ad Chriſtum.
2. *Chriſti* reſponſum ad Abgarum.
3. *Lentuli* ad S.P.Q.R.
4. *Pontii Pilati* ad Tiberium epiſtola.

Digitized by Google

5. Jacobi Protevangelium.

6. Nicodemi evangelium.

7. Hermæ libri tres.

8. Dionysii Areopagitæ epistolæ ad Johannem Evangelistam & Polycarpum.

9. Ignatii Epistolæ.

10. Mariæ ad Ignatium epistola.

11. Polycarpi epistola ad Philippenses.

12. Justini Martyris admonitorius gentium liber.

13. Tatiani harmonia evangeliorum, & ejusdem oratio contra Græcos, quæ græce & latine ex Conradi Gesneri versione datur.

14. Ammonii Alexandrini IV. Evangeliorum enarratio.

15. Eusebii Cæsariensis canones evangelici.

16. Victoris Capuani index in quatuor evangelia.

17. Martialis Lemovicensis epistolæ duæ.

18. Theophili libri 3. ad Autolycum græce & latine ex versione Conradi Clauseri.

19. Athenagoræ tractatus de resurrectione mortuorum græce & latine, interprete Petro Nannio.

20. Gregorii Neocæsariensis in Ecclesiasten commentarius; & ejusdem epistola canonica.

21. Methodii revelationes.

22. Ar-

22. *Arnobii* Afri in aliquot Evangeliſtarum locos annotatiunculæ.

23. *Petri Alexandrini* canones pœnitentiales.

24. *Pantoleontis* ſermo de luminibus ſanctis græce & latine.

25. *Nili* Epiſcopi & Martyris gnomæ.

26. *Antonii* Abbatis epiſtolæ.

27. *Chromatii* de octo beatitudinibus ſermo, & in 5. & 6. c. Matthæi tractatus.

28. *Candidi* Ariani de generatione divina liber.

29. *Marii Victorini* confutatorium Candidi.

30. *Gregorii Nyſſeni* de pauperibus amandis orationes 2.

31. *Fauſtini* de fide contra Arianos liber.

32. *Maximi* capitula de caritate, græce & latine.

33. *Marci* Eremitæ capitula de lege ſpirituali græce & latine.

34. *Junilii* in hiſtoriam creationis commentarius.

35. *Victoris* Vticenſis hiſtoria perſecutionis Africanæ.

36. *Eugenii* de catholica fide liber.

37. *Leonis M.* contra Eutychen epiſtola.

38. *Gennadii Cplitani* epiſtola Synodica.

39. *Thalaſſii* Monachi ſententiæ.

Digitized by Google

40. Johannis Maxentii professio catholica; capitula contra Nestorianos; alia fidei professio; tractatus de ratione adunationis Verbi DEi ad carnem; libellus contra Acephalos; item Diaolgi.

41. Hormisdæ ad Possessorem epistola & Maxentii ad Hormisdæ epistolam responsio.

42. Theoduli in epistolam ad Romanos enarratio.

43. Salonii in parabolas Salomonis & Ecclesiasten Dialogi.

44. Fausti Episcopi Galli libri de gratia & libero arbitrio; ejusdem epistola ad Lucidum cum Lucidi palinodia, & tractatus de creaturis.

45. Claudiani Mamerti de statu animæ libri, & epistola ad Sidonium Apollinarem.

46. Sidonii Apollinaris epistolæ 2. ad Claudium Mamertum & una ad Nymphidium.

47. Symmachi Episcopi Romani apologeticus adversus Anastasium Imperatorem.

48. Ecclesiæ orientalis ad Symmachum epistola, & alia quædam Symmachi epistola.

49. Justi Orgelitani in canticum canticorum explanatio.

50. Fragmentum ex epistola *Nicephori Chartophylacis.*

51. Olympiodori in Ecclesiasten commentarius.

52. An-

Digitized by Google

52. *Andreæ Hieroſolymitani* ſermo in ſalutationem angelicam græce & latine.

53. *Gildæ* liber de excidio Britanniæ, & eccleſiaſticorum correptio.

54. *Juliani* Pomerii libri contra Judæos.

55. *Albini* Quæſtiones in Geneſin; & Pſalmorum quorundam explicatio.

56. *Pauli Aquilejenſis* adverſus Felicem & Elipandum libellus.

57. *Bertrami* liber de corpore & ſanguine Chriſti.

58. *Idiotæ* contemplationes.

59. *Jonæ Aurelianenſis* tractatus contra Claudium Taurinenſem de cultu imaginum.

60. *Claudii Taurinenſis* fragmenta ex ejus apologetico adverſus Theodemirum, quæ Jonæ Aurelianenſis tractatui inſerta ſunt.

61. *Udalrici* Epiſcopi Auguſtani epiſtola de cælibatu Cleri.

62. *Pelegrini* Laureacenſis ſymbolum.

63. *Drogonis* tractatus de ſacramento dominicæ paſſionis.

64. *Lanfranci* liber de euchariſtia.

65. *R. Samuelis* liber de adventu Meſſiæ.

66. *Henrici de Haſſia* colloquium de animæ conditionibus, ſeu ſoliloquium animæ.

67. *Petri de Alliaco* Mediationes in Pſalmos pœnitentiales.

68. *Ge-*

Digitized by Google

68.Georgii Trapezuntii opuſculum de Johanne nondum mortuo.

69.Græcorum apologia de purgatorio græce & latine ex verſione Johannis Hartungi.

70.Georgii Flori Baldini de oratione & precibus compendium.

71.Clementis Romani Canones apoſtolici græce & latine ex verſione Gregorii Haloandri.

72.Venantii Fortunati expoſitio orationis dominicæ & ſymboli apoſtolici.

73.Paulini Nolani duæ epiſtolæ ad Rufinum.

74.Ruſini Aquilejenſis de benedictionibus Judæ & reliquorum Patriarcharum.

75.Teſtamentum 12. Patriarcharum ex verſione Roberti Lincolnienſis.

76.Oracula Sibyllina.

Et ex hac autorum ſerie conſtare poteſt, falli non neminem, qui hæc orthodoxographa in 7. claſſes diſtribui aſſerit, ejusque rei teſtem Joannem Andream Boſium appellat. Nam neque Boſius in Schediaſmate ſuo de comparanda notitia Scriptorum eccleſiaſticorum tale quid ſcripſit, neque Heroldo hujusmodi in 7. claſſes diſtributio in mentem venit. Non ſunt ergo confundenda Orthodoxographa Heroldi, & monumenta orthodoxographa Grynæi. In poſterioribus a Grynæo editis talis in claſſes diſtri-

Digitized by Google

tributio facta est,ut postea dicemus. In prioribus autem ab Heroldo collectis temporis, quo Scriptores illi floruerunt, vel potius quo ipsos floruisse Heroldus putavit,ordo observatur. Nam quod autores quidam antiquiores in postremum ferme locum rejiciuntur,ideo factum est,quia autores illi serius in editoris manus,ut ipse in præmisso indice fatetur,inciderunt. Cæterum Heroldus in orthodoxographorum suorum elogiis nimis liberalis est. Nam in titulo Scriptores a se collectos appellat sacrosanctæ Theologiæ ac sincerioris fidei Doctores, ecclesiæ columina luminaque clarissima, viros ob vetustatem & eruditionem venerandos, divini spiritus doctrina multorum scriptorum quamvis prolixa volumina superantes,additque posse hoc volumen dici divinam bibliothecam, quæ Theologo abunde satis ad omnem usum sufficiens futura sit, sive biblicos libros interpretari, sive hæreses convellere, & veram religionem docere velit, cum tamen multa fabulosa & nullius pretii scripta his orthodoxographis intermista deprehendantur, cujusmodi sunt Jacobi & Nicodemi evangelia, & quæ sub Lentuli,Pilati,Mariæ Virginis & Dionysii Areopagitæ nomine hic prodeunt,ut Martialis Lemovicensis epistolas, quas divinum redolere, spiri-

Digitized by Google

ſpiritum judicat,& quædam alia ejus generis taceamus. Præterea Heroldus, dum certa ſuis Scriptoribus tempora aſſignat, in calculo ſuo ſubinde fallitur. Nam Pantoleontem magnæ eccleſiæ ConſtantinopolitanæDiaconum refert ad A. C. 307. quo ne Conſtantinopoleos quidem nomen auditum fuit,nedum eccleſiæ magnæConſtanopolitanæ,autDiaconi illius eccleſiæ. Nilum,quem perperam Epiſcopum vocat, circa A. C. 309. claruiſſe dicit, cujus ætatem rectiꝰ circa medium quinti ſeculi poſuiſſet.Maximum, qui quatuor centurias de caritate ſcripſit, circa A. C. 400. floruiſſe tradit, quem ſeptimo ſeculo floruiſſe conſtat,ut alios hujusmodi parachroniſmos ſileamus.

V. Idem Heroldus anno ſequenti 1556. aliam Patrum bibliothecam Baſileæ ex officina Heinrici Petri edidit, quæ inſcribitur :

Hæreſeologia, hoc eſt, opus veterum tam Græcorum quam Latinorum Theologorum, per quos omnes, quæ per Catholicam Chriſti eccleſiam graſſatæ ſunt, hæreſes confutantur, & ſumma omnia Theologiæ capita quæſtionesque de Trinitate, Providentia DEI, Creatione mundi, Angelis, Peccato, Dæmonibus, Generatione verbi, Chriſti duabus naturis, humana & divina, Libero arbitrio, Sacramentis, mundi conſummatione & judicio extremo

mo & reliqui communes, quos tota Theologia tractat, loci explicantur.

Scriptores, quos hæc hæreſeologia exhibet, ſunt numero 18. qui aliter in titulo hujus operis, aliter in ipſo opere ordinantur. Placet autem eos juxta ordinem, quem in ipſo opere tenent, recenſere. Occurrunt ergo in hac Hæreſeologia

Fulgentii, quem Heroldus A. 443., quo nondum natus erat, floruiſſe falſiſſime ſcribit, libri 3. ad Monimum, reſponſio ad 10. objectiones Arianorum, Libri 3. ad Thraſimundum, 7. epiſtolæ, liber de fide ad Donatum, ſermones aliquot, & mythologiarum ad Catum Presbyterum libri 3. in cujus operis titulo Fulgentius Carthaginenſis Epiſcopus appellatur, cum tamen neque Carthaginenſis Epiſcopus fuerit, neque libros illos mythologiarum compoſuerit.

Marii Victorini libri adverſus Arium, Hymni tres, & carmen de Machabæis.

Idacii Clari tractatus adverſus Varimadum Arianum.

Cœlii Lactantii inſtitutionum libri 7. de ira DEI liber, de opificio DEI liber, inſtitutionum anacephalæoſis, carmen de Phœnice & carmen de dominica reſurrectione, & carmen de paſſione Domini.

Pro-

Procli Cõſtantinopolitani Epiſcopi ad Armenos epiſtola græce cum verſione Dionyſii Exigui.

Timothei, ut Heroldus putat, de obſcura ejus patria & ætate querens, libri 4. ad eccleſiam catholicam, ſeu potius *Salviani Maſſilienſis* libri 4. ſub ficto Timothei nomine compoſiti.

Theophili Alexandrini epiſtolæ paſchales.

Vincentii Lirinenſis tractatus pro fidei antiquitate contra hæreſes.

Proſperi Aquitanici adverſus colluctatorem, ut Heroldus appellat, ſeu potius Collatorem de libero arbitrio liber.

Cerealis Epiſcopus contra Maximinum Arianum.

Gelaſius Epiſcopus Romanus de duabus in Chriſto naturis contra Neſtorium & Eutychen.

Johannis Epiſcopi Romani epiſtola de duabus in Chriſto naturis contra Eutychianos.

Fauſti Epiſcopi de ratione fidei liber.

Antonini Epiſcopi Conſtantinienſis ad Arcadium exulem epiſtola.

Agnellus Epiſcopus de ratione fidei ad Arminium.

Ruſtici Diaconi contra Acephalos tractatus, incerto, ut ait Heroldus & poſt eum alii, interprete, quaſi Ruſticus græce ſcripſiſſet.

Vigilii libri 5. contra Eutychen.

Gena-

Digitized by Google

Gennadii Scholarii tractatus de vita salutis hominum.

VI. A. C. 1569. in eadem urbe Basileensi ex officina Henric-Petrina Johannes Jacobus Grynæus edidit Monumenta S. Patrum orthodoxographa addito eodem elogio, quod suis Orthodoxographis Heroldum addidisse supra diximus. Comprehendit hæc Patrum bibliotheca Scriptores circiter 85. Et primo quidem loco occurrunt quædam Græco-Latina, nempe:

Eusebii de mutuis *Abgari & Christi* epistolis narratio.

Pilati ad Tiberium relatio de Christo ex eodem Eusebio.

Ignatii epistolæ 12.

Jacobi Protevangelium.

Prochori historia de Johanne Evangelista.

Anonymi narratio de imagine Christi ad Abgarum missa.

Narratio de constantia Edessenorum ex Scriptoribus *Tripartitæ* excerpta.

Methodii Revelationes.

Sibyllarum oracula.

Nili sententiæ cum versione Michaelis Neandri.

Agapeti paræneticaad Justinianum.

Dorothei Doctrinæ.

Digitized by Google

Canones Apoſtolici.

Andreæ Hieroſolymitani ſermo in ſalutationem Deiparæ.

Pantoleontis ſermo de Chriſto & ejus præcurſore.

Sequuntur deinde, quæ vel latine ſcripta ſunt, vel tantum ex verſionibus latinis exhibentur. Ea vero in 7. tomos ſive claſſes digeruntur. Prima claſſis epiſtolas continet, nempe

Lentuli ad S.P.Q.R.

Pilati ad Tiberium.

Pii Epiſcopi Romani ad Fratrem Juſtum.

Cornelii ad Lupicinum.

Polycarpi ad Philippenſes.

Martialis Lemovicenſis ad Burdigalenſes & Toloſanos.

Gregorii Thaumaturgi canonicam ad Sacerdotem quendam.

Leonis M. ad Flavianum contra Eutychem.

Gennadii ad omnes Metropolitanos & Papam Romanum.

Hormisdæ ad Poſſeſſorem.

Johannis Maxentii reſponſoriam ad epiſtolam Hormisdæ.

Eccleſiæ orientalis ad Symmachum.

Symmachi ad eccleſiam in Illyrico, Dardania

&

Digitized Google

& Dacia, cum Ejusdem apologetico adversus Anastasium Imperatorem.

Fausti & aliorum Episcoporum ad Lucidum.

Lucidi ad Leontium aliosque Episcopos.

Nicephori Chartophylacis ad Theodosium.

Paulini Nolani Episcopi ad varios, quibus & ejusdem carmina varia subjecta sunt.

Ennodii Ticinensis ad varios, quibus etiam orationes panegyricæ, poëmata, Sanctorum vitæ, aliaque ejusdem scripta intermista.

Vdalrici Episcopi Augustani ad Nicolaum Papam de cœlibatu Clericorum, &

Bachiarii ad Januarium de recipiendis lapsis.

Secundus tomus sive secunda classis complectitur historias sacras, ubi occurrunt

Sulpitii Severi, ab exordio mundi usque ad Valentiniani & Maximi Impp. tempora libri 2.

Ejusdem de divo Martino libri 3.

Isidori episcopi Hispalensis de vita & obitu utriusque Testamenti Sanctorum liber

Hermæ, D. Pauli discipuli, qui Ecclesia seu Pastor inscribitur, visiones, mandata, similitudines, libri 3.

Nicodemi discipuli, de Magistri & Salvatoris nostri, JEsu Christi, passione & resurrectione, evangelium.

Tatiani Alexandrini in quatuor Evangelia harmonia.

Digitized by Google

Ammonii Alexandrini in Evangelia harmonia.

Victoris episcopi Capuani in sacra quatuor Evangelia index.

Victoris Vticensis persecutionis Africanæ descriptio.

Gildæ Sapientis de Britanniæ excidio conquestus,& Ecclesiastici ordinis acris correptio.

Divi Petri Archiepiscopi & martyris Alexandrini de iis,qui tempore persecutionis à fide exciderunt, & dein pœnitentiam egerunt,Canones.

Patriarcharum duodecim Testamentum.

Sibyllarum de Christo oracula.

In tertia parte gnomologias continente leguntur

Thalassii sententiarum hecatontades 4. &

Laurentii Pisani enchiridion.

Quarta classis exegetica scripta seu commentarios continet,scilicet

Junilii in Geneseos initium,

Gregorii Neo-Cæsariensis in Ecclesiasten,

Olympiodori in Ecclesiasten,

Salonii in parabolas & Ecclesiasten,

Justi Orgelitani in Canticum Canticorum,

Rufini in benedictiones Judæ & reliquorum Patriarcharum,

Pe-

Digitized by Google

Petri Alliaci in aliquot Pſalmos,

Theoduli in epiſtolam ad Romanos,

Chromatii in C.V. & VI. Matthæi,

Venantii Fortunati in orationem dominicam & ſymbolum Apoſtolicum.

Georgii Trapezuntii in verba evangelii : *ſi volo eum manere &c.*

Qvinta claſſis aliquot ſacræ doctrinæ Autores exhibet, quorum ſcripta ſunt ſequentia:

PetriDiaconi tractatus de incarnatione & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Claudiani Mamerti de ſtatu animæ libri 3.

Hugonis Eteriani de regreſſu animarum ab inferis liber.

Tichonii liber de ſeptem regulis.

Drogonis tractatus de ſacramento dominicæ paſſionis.

Georgii Flori Baldini de oratione & precibus compendium.

Idiotæ contemplationes.

Fauſti de gratia & libero arbitrio libri 2.

Jonæ Aurelianenſis de cultu imaginum libri 3.

R. Samuelis liber de adventu Meſſiæ, ſeu veri Meſſiæ paraſtaſis.

Henrici de Haſſia ſoliloquium de conditionibus animæ.

Digitized by Google

Eugenius de Catholica fide.

Pelegrini Laureacenſis ſymbolum.

Iſaaci Syri liber de contemptu mundi, operatione corporali & ſui abjectione.

Aldhelmi liber de laude virginitatis.

Renhardi Lutz Erythropolitani ſomnus chriſtianorum.

Alcuini confeſſio.

Iſidori Hiſpalenſis de officiis eccleſiaſticis.

Claſſis ſexta demegorias ſeu ſermones ſacros aliquorum autorum comprehendit, nimirum

Alcimi Aviti homiliam de feſto Rogationum & prima ejus inſtitutione.

Gregorii Nyſſeni de pauperibus amandis orationes duas.

Gaudentii tractatus ſeu ſermones aliquot.

Cæſarii Arelatenſis homilias 40.

Ælii Antonii Nebriſſenſis homilias tres.

Johannis Atrociani homiliam exhortatoriam ad bonas literas.

Septima denique & ultima claſſis apologetica quædam ſcripta ſiſtit. Sunt autem illa:

Juſtini Martyris admonitorius gentium liber.

Juliani Pomerii contra Judæos libri 3.

Fauſtini liber de fide contra Arianos.

Jo-

Digitized by Google

Johannis Maxentii profeſſio fidei, capitula contra Neſtorianos, alia confeſſio & Dialogi.

Patet autem ex hac recenſione, non omnes Scriptores monumentis his orthodoxographis comprehenſos eſſe orthodoxographos & ſincerioris doctrinæ Theologos, ut in titulo commendantur. Sane & ipſe horum orthodoxographorum editor Grynæus in præfatione non diſſimulat, fœnum & ſtipulas in his ſcriptis nonnunquam deprehendi.

VII. Baſileenſibus his Patrum bibliothecis accenſeri etiam poteſt collectio veterum Poetarum chriſtianorum a Georgio Fabricio curata. Titulus operis eſt:

Poëtarum veterum eccleſiaſticorum opera chriſtiana, & operum reliquiæ atque fragmenta: Theſaurus catholicæ & orthodoxæ eccleſiæ, & Antiquitatis religioſæ ad utilitatem juventutis ſcholaſticæ, collectus, emendatus, digeſtus & Commentario quoque expoſitus diligentia & ſtudio Georgii Fabricii Chemnicenſis.

Prodiit autem Fabriciana hæc veterum Poëtarum collectio Baſileæ ex officina Johannis Oporini A.C. 1564. & exhibet carmina *Alcimi Aviti, Ambroſii, Amœni, Aratoris, Columbani, Cypriani, Damaſi, Dracontii, Drepanii, Fortunati, Gregorii, Hilarii, Juvenci, Lactantii, Mamerti,*

Merobaudis, duorum Paulinorum, Proſperi, Prudentii, Ruſtici, Sedulii, Tertulliani, duorum Victorinorum, Victoris Maſſilienſis, & quorundam incerti nominis. Agmen ducunt carmina Prudentii. Quo autem ordine reliquorum poemata ſequantur, & quænam ſint Poëmatum illorum argumenta, referre nolumus, & tantum notamus, quid Daumius in epiſtola quadam ad REINESIUM, quæ eſt inter mutuas Daumii & Reineſii numero 14. de hoc Fabricii opere notaverit, nempe Fabricium de poëtis illis antiquis male meruiſſe, cùm eos ſuperſtitioſe interpolaverit, omniaque ad religionem & ſtylum ſuæ ætatis ſub pietatis & elegantiæ prætextu accommodaverit.

CAP. II.
De
BIBLIOTHECIS PATRUM TIGURINIS.

I.

A Baſileenſibus Patrum bibliothecis ad Tigurinas pergo à Conrado Geſnero, & Joſua Simlero editas. Simlerus enim ſacrarum literarum apud Tigurinos Profeſſor in unum volumen collegit *Scripta veterum latina de una perſona & duabus naturis Domini & Servatoris noſtri JESU Chriſti adverſus Neſtorium, Eutychen &*

Digitized by Google

& Acephalos olim edita, quo ipſo titulo hanc Patrum bibliothecam ſignavit. Scripta autem illa Veterum latina ſunt ſequentia:

Juſtiniani Imperatoris edictum rectæ fidei confeſſionem continens & refutationem hæreſium, quæ de ſancta DEI eccleſia prædicantur.

Anitii Manlii Severini Boëthii de duabus naturis & una perſona Chriſti adverſus Eutychen & Neſtorium liber.

Johannis Caſſiani de incarnatione Chriſti contra Neſtorium hæreticum ad Leonem Romanæ urbis Epiſcopum libri 7.

Johannis Maxentii libellus fidei, Legatis ſedis apoſtolicæ Conſtantinopoli oblatus, & alia quædam ejus opuſcula.

Leonis Epiſcopi Romani epiſtolæ duæ, una ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum contra Eutychen, altera ad Leonem Auguſtum contra Neſtorii & Eutychetis blaſphemias.

Gelaſii Epiſcopi Romani liber de duabus naturis in Chriſto adverſus Eutychen & Neſtorium.

Vigilii libri 5. contra Eutychen, & alios hæreticos.

Fulgentii Epiſcopi Ruſpenſis libri 3. ad Thraſimundum Vandalorum Regem.

Ruſtici Diaconi contra Acephalos dialogus.

Hæc Scripta veterum Simlerus in capita diſtinxit, argumentis & ſummariis illuſtravit, partim ex MSCtorum codicum, partim ex aliorum locorum collatione emendavit, & ſingulis ſuas annotationes, quibus vitas illorum Scriptorum præmittit, adjecit. Addidit etiam ad calcem hujus collectionis narrationem ſatis prolixam veterum & recentiorũ controverſiarum de una perſona & duabus naturis Chriſti, in qua, dum veteres controverſias cum recentibus confert, ita ſe gerit, ut Neſtorianismi ſuſpicionem à Calvinianis declinare, Eutychianiſmi autem notam Lutheranis, quos Ubiquitiſtas vocat, imputare conetur. Impreſſa autem eſt Simleriana hæc Patrum bibliotheca Tiguri A.C. 1572.

II. Conradum vero Geſnerum, qui poſtremis vitæ ſuæ annis Medicinam & Philoſophiam apud Tigurinos docuit, quantum attinet, tres ille Patrum bibliothecas Tiguri edidit, unam græcam, alteram latinam, tertiam græco-latinam. Ex his mediam tantum ſeu latinam in bibliotheca mea poſſideo: Autores, qui in illa occurrunt, in ipſo ſtatim titulo indicantur, qui talis eſt:

Hoc volumine continentur Sententiarum ſive ca-

capitum, Theologicorum præcipue, ex ſacris & profanis libris Tomi tres, per Antonium & Maximum Monachos olim collecti. Antonii Loci Meliſſa inſcripti, numero ſunt 175. Maximi vero 71. Abb. Maximi Philoſophi, Confeſſoris & Martyris aphorismorum ſeu capitum de perfecta charitate & aliis virtutibus chriſtianis ad Elpidium presbyterum centuriæ IV. Theophili ſexti Antiochenſis Epiſcopi de DEO & fide chriſtianorum contra Gentes inſtitutionum libri III. ad Autolycum. Tatiani Aſſyrii, Juſtini Martyris diſcipuli, oratio contra Græcos. Omnia nova, & antea nunquam edita, præter Maximi centurias, nunc etiam caſtigatiores. Chriſtophorus Froſchoverus excudebat Tiguri, Anno M. D. XLVI.

Sunt autem hæc ſcripta, quæ latine hoc volumine exhibentur, non unius interpretis. Nam prima pars Meliſſæ Antonii interpretem habet ipſum, qui hæc ſcripta collegit, Geſnerum; altera pars Johannem Ribittum Sabaudum; Maximi loci communes eundem Ribittum. Maximi de caritate centuriæ Vincentium Obſopœum, Theophili libri 3. ad Autolycum Conradum Clauſerum, & Tatiani oratio contra Græcos iterum Conradum Geſnerum. Et hos ipſos Scriptores Geſnerus græce quoque eodem loco atque tempore edidit, unde græca, quam dixi-

Digitized by Google

diximus, Patrum bibliotheca nata eſt. Si quis autem ſcire velit, qualis ſit bibliotheca ejus græco-latina, ex ejus epiſtola de ſcriptis à ſe editis id cognoſcere poterit, ubi fol. 25. ita differit: *Veterum aliquot Theologorum Græcorum orthodoxorum libri Græci, & iidem latinitate donati è regione: quorum plerique partim latine, partim græce antehac non ſunt editi, noſtra plerique cura excuſi, Tiguri apud Andream Patruelem anno 1552. in fol. chartis 104. Sunt autem hi: Canones Apoſtolorum, & veterum tredecim ſanctorum conciliorum decreta, à Clemente Romano, ut quidam putant, verſi & collecti, &c. Ignatii martyris & Archiepiſcopi Antiocheni epiſtolæ duodecim, Jo. Brunnero Tigurino interprete. Athenagoræ Athenienſis Philoſophi chriſtiani Apologia, vel Legatio pro chriſtianis, ex noſtra interpretatione cum annotationibus noſtris. Ejusdem de mortuorum reſurrectione liber, Petro Nannio interprete, cum Henr. Stephani typographi doctiſſimi (quibus duos Athenagoræ libellos ſeorſim prius excudit Genevæ) in græcum ſimul contextum & Nannii verſionem annotationibus. Æneæ Gazæi Platonici Theophraſtus, ſive de animarum immortalitate & corporum reſurrectione dialogus, Joan. Volphio eccleſiæ Tigurinæ miniſtro interprete. Cydonii de contemnenda morte oratio, Raphaele Seilero J. C. Au-*

gu-

guſtano interprete. Hermeæ Philoſophi irriſio gentilium Philoſophorum, eodem interprete. Expoſitio capitum admonitoriorũ Agapeti diaconi ad Juſtinianum Imperatorem, innominato interprete. Ex his ego ſuppeditavi Æneæ Gazæi Platonici Theophraſtum ex nobili reipubl. Auguſtanæ bibliotheca nactus: & Ignatii epiſtolas, quas Lutetiæ paulo ante græce excuſas ignorabam. Etſi vero in omnibus epiſtolæ hujus, quæ mihi ſuppetant, exemplaribus legatur, hanc Patrum bibliothecam A. C. 1552. à Geſnero editam fuiſſe, certus tamen ſum, quod illo anno prodire non potuerit. Nam cum Geſnerus hoc volumen ederet, Ignatii epiſtolæ, Geſnero ipſo teſte, jam Pariſiis græce excuſæ erant. Atqui Ignatii epiſtolæ græce Pariſiis non prodierunt ante A. C. 1558. quo Morellius eas græce edidit, cum anno proxime antecedente Valentinus Paceus omnium primus græcam earundem editionem Dillingæ procuraſſet. Suſpicatus ergo jampridem fui, Gesnerianam hanc collectionem anno demum 1559. prodiiſſe. Qua in ſententia confirmatus ſum, cum exemplar illius collectionis in Thomani templi bibliotheca conſpexi. Etſi enim in titulo neque locus neque tempus editionis indicetur, typographus tamen præfationi ſuæ annum 1559. ſubſcripſit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. III.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM PARISIENSIBUS.

I.

MAjor dicendi campus se nobis aperit, cum ad Parisienses Patrum bibliothecas pergimus. Et primo quidem loco hic commemorandus est Margarinus de la Bigne Doctor Theologus Parisiensis, qui Parisiis apud Michaelem Sonnium A. C. 1575. edidit opus, cui titulus:

Bibliotheca Sanctorum Patrum supra ducentos, qua continentur illorum de rebus divinis opera omnia & fragmenta, quæ partim nunquam hactenus, partim ita ut raro jam extarent, excusa: vel ab Hæreticis corrupta: nunc primum sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis censura satis gravi, sine ullo novitatis aut erroris fuco in perfectissimum corpus coaluerunt. Distincta in Tomos octo, Epistolarum, Historiarum, Moralium, Liturgiarum, Disputationum contra hæreses, Commentariorum, Homiliarum Poëmatumque sacrorum mixtim & tractatuum in pæne singula & fidei christianæ & Scripturæ sacræ loca: illustrata Virorum doctissimorum scholiis, observationibus, accurate annotatis ad marginem Scripturæ lectionibus, vitis authorum cum

cum eorum catalogo alphabetario & chronologia, biblicarum quoque autoritatum & materiarum locupletissimis indicibus.

Fateor quidem, me hanc Patrum bibliothecam ut propriam non possidere, quandoquidem tamen Viri plurimum Reverendi Dnn. Frickii Ulmenses, Fratres Germani, Fautores mei æstimatissimi, jam per aliquot annos ejus usum mihi concesserunt, eamque adhuc ad manus habeo, non ingratum benevolo Lectorī futurum puto, si, quid hæc prima Bignæanæ Patrum bibliothecæ editio contineat, paucis indicem. Primo ergo tomo imprimis epistolæ variorum Scriptorum continentur, admistis non nunquam & aliis opusculis. Continentur enim primo hoc tomo:

Ignatii epistolæ ex Hieronymi Vairlenii interpretatione cum ejusdem scholiis & Mariæ Virginis epistola ad Ignatium.

Polycarpi epistola ad Philippenses.

Martialis Lemovicensis epistolæ duæ.

Pii Pontificis ad Justum Episcopum Viennensem epistolæ.

Cornelii Pont. Rom. ad Lupicinum epistola.

Dionysii Alexandrini epistola canonica ad Basilidem cum Balsamonis commentario.

Gregorii Thaumaturgi epistola canonica, cum

Digitized by Google

cum Balſamonis commentario,& ejusdem metaphraſis in Eccleſiaſten cum commentariis Jacobi Billii.

Antonii Abbatis epiſtolæ, & alterius Antonii Meliſſa, ſeu ſermones & loci communes.

Paciani opera.

Gregorii Nyſſeni epiſtola canonica cum commentario Balſamonis & ejusdem varia fragmenta ex operibus, quæ non extant.

Theophili Alexandrini epiſtolæ paſchales.

Dionyſii Exigui præfatio in literas Procli ad Armenos.

Procli ad Armenos epiſtola ex verſione Dionyſii modo laudati.

Cyrilli Alexandrini duæ epiſtolæ canonicæ cum Balſamonis commentariis.

Bachiarii de recipiendis lapſis epiſtola.

Gennadii Epiſcopi Conſtantinopolitani epiſtola encyclica cum Balſamonis commentario.

Antonini Epiſcopi Conſtantinienſ. ad Arcadium exulem conſolatoria.

Eccleſiarum per Illyricum epiſtola ad Symmachum Pontif. Rom.

Symmachi Epiſcopi Rom. apologeticus adverſus Anaſtaſium Imperatorem.

Frag-

Digitized by Google

Fragmentum ex epiſtola *Nicephori Chartophylacis.*

Agnelli Epiſcopi Ravennat. epiſtola.

Tharaſii epiſtola ad Adrianum Pontif. Rom. cum Balſamonis commentario.

Fragmentum ex epiſtola *Nicolai*, & ejusdem de peſſima Armenorum religione.

Athanaſii Conſtantinopolitani epiſtolæ de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia.

Fulberti Carnotenſis epiſtolæ duæ, una ad Adeodatum, altera ad Pinardum.

Fragmentum ex epiſtola *Theodori Studitæ* cum ejusdem dogmatica de adoratione ſanctarum imaginum.

Euſebii Vercellenſis epiſtola.

Ivonis Carnotenſis epiſtola, an Chriſtus in cœna paſſibile corpus ſuum diſcipulis dederit.

Adelmanni epiſtola de veritate corporis & ſanguinis Domini in euchariſtia.

Acta Concilii Romani contra Berengarium.

Neſtoriani populi ad Pontificem Romanum epiſtolæ duæ.

Secundus hujus bibliothecæ tomus ſacras hiſtorias continet, ubi occurrunt.

Ariſteæ de 70. interpretibus hiſtoria.

Tatiani harmonia 4. evangeliorum.

Digitized by Google

Ammonii narratio 4. evangeliorum.

Sibyllinorum oraculorum libri 8.

Dorothei Synopsis de vita & morte Prophetarum & Apostolorum.

Sophronii historia de gestis Petri & Pauli.

Prochori liber de Johanne evangelista.

Lini narratio de passione Petri & Pauli.

Sulpitii Severi opera.

Optati Milevitani contra Parmenianum libri septem.

Victoris Uticensis libri 3. de persecutione Vandalica.

Theodori Lectoris collectaneorum libri 2.

Marcellini chronicon.

Chronologia Tripartita *Anastasii* Bibliothecarii cum notis Antonii Contii.

Methodii revelationes.

Melitonis liber de transitu Virginis Mariæ.

Johannis Moschi pratum spirituale.

Tertius Bignæanæ Patrum bibliothecæ tomus complectitur paræneses & moralia, siquidem in tomo hoc leguntur:

Hermæ libri 3.

Marci Eremitæ opuscula.

Nili capita parænetica, & alia opuscula.

Agapeti expositio capitum admonitoriorum.

Dorothei doctrinæ de vita recte instituenda.

Sal-

Digitized by Google

Salviani Massilienſis opera.

Johannis Climaci vita per Danielem Monachum.

Johannis Abbatis Raythu. epiſtola ad Johannem Climacum.

Johannis Climaci epiſtola ad Johan. Raythu. cum ejusdem Climace.

Diadochi capita de perfectione ſpirituali.

Thalaſſii hecatontades 4. de ſincera caritate, vera continentia & mentis regimine.

Gildæ liber de excidio Britanniæ, & ejusdem correptio eccleſiaſtici ordinis.

Juliani Toletani libri 3. de futuro ſeculo.

Idiotæ contemplationes.

Novati Catholici ſententiæ de humanitate & obedientia & calcanda ſuperbia.

Martini Dumienſis formula honeſtæ vitæ ſeu de 4. virtutibus cardinalibus.

Georgii Piſidæ opuſculum de vanitate vitæ.

Iſaaci Syri liber de contemptu mundi.

Teſtamentum 12. Patriarcharum.

Eſaiæ Abbatis præcepta ſive orationes.

Sixti Pontif. Rom. ſententiæ.

S. Franciſci opuſcula.

Quartum tomum occupant, quæ ad Liturgias veterum pertinent, ubi comparent

Jacobi miſſa.

Baſilii Anaphora ex interpretatione Andreæ Maſii.

Severi Alexandrini ordo baptiſmatis & ejusdem precationes Abecedariæ Syrorum.

Græcorum calendarium cum variis eorundem monumentis ad officium ſacrum pertinentibus ex interpretatione Gilberti Genebrardi.

Johannis Zonaræ canon de ſanctiſſima Virgine adverſus omnes hæreſes.

Supremum lugentium officium ex libro precationum hebraicarum, cum aliis *Hebræorum* precatiunculis & benedictione ſponſaliorum.

Miſſa *Mozarabum* interprete Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi.

Miſſa *Æthiopum*, eorundem benedictio puerperæ, ordo baptiſmi & alia.

Orationes miſſales ex *Miſſali Gothico*.

Paſchaſii Ratberti liber de corpore & ſanguine Chriſti in euchariſtia.

Lanfranci liber de euchariſtia.

Gnitmundi libri 3. de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in euchariſtia, ejusdemque confeſſio.

Algeri libri 3. de ſacramento corporis & ſanguinis Domini.

Odonis Cameracenſis canonis miſſæ expoſitio.

Ste-

Digitized by Google

Stephani Eduenſis Epiſcopi tractatus de Sacramento altaris.

Samonæ diſceptatio cum Achmed Saraceno de euchariſtia.

Maximi Monachi liber de eccleſiaſtica myſtagogia.

Cabaſilæ interpretatio in divinum ſacrificium ex verſione Gentiani Herveti.

Nicolai Methonenſis tractatus ad eos, qui hæſitant de corpore & ſanguine Chriſti.

Philothei ordo inſtituendi Diaconum.

Walfridi Strabonis liber de oxordiis & incrementis rerum eccleſiaſticarum.

Bernonis Augienſis libellus de quibusdam ad officium miſſæ pertinentibus.

Micrologus de eccleſiaſticis obſervationibus.

Hildeberti Cœnomanenſis verſus de myſterio miſſæ.

Flori Magiſtri expoſitio miſſæ.

Marci Epheſini tractatus, quod divina dona non ſolum per verba inſtitutionis ſanctificentur, ſed etiam conſequente oratione & benedictione Sacerdotis.

Germani Conſtantinopolitani rerum eccleſiaſticarum conſideratio & myſtica contemplatio.

Radulphi de Rivo liber de canonũ obſervantia.

Digitized by Google

Expoſitio miſſæ ex venerandæ antiquitatis codicibus tranſcripta.

Damaſceni octoteuchus ſive octo canones Anaſtaſimi.

Men[illegible]phanis Smyrnæi canones Triadici.

Quintus tomus exhibet varia Patrum ſcripta contra hæreſes, qualia ſunt:

Philaſtrii catalogus hæreticorum.

Vincentii Lirinenſis commonitorium pro fide catholica contra hæreſes.

Julii Firmici Materni liber de erroribus profanarum religionum.

Theophili Antiocheni libri 3. ad Autolycum contra chriſtianæ religionis calumniatores.

Hermiæ gentilium Philoſophorum irriſio.

Juliani Pomerii libri 3. contra Judæos.

R. Samuelis liber de adventu Meſſiæ, quem Judæi temere expectant.

Phœbadii liber contra Arianos.

Marii Victorini libri 4. adverſus Candidum Arianum, ejusdemque hymni & tractatus de homouſio recipiendo.

Idacii Clari ad Varimadum Arianum difficillimorum de Trinitate locorum declaratio.

Paulini Aquileienſis adverſus Felicem Urgelitanum & Elipandum Toletanum libellus.

Cerealis contra Maximinum Arianum liber.

Victo-

Victoris Episcopi fidei ratio exigente Hunnerico Vandalorum Rege.

Johannis Episcopi Romani ad Avienum & alios Senatores de duabus in Christo naturis contra Eutychianos.

Gelasii Episcopi Rom. de duabus naturis in Christo contra Nestorium & Eutychen.

Hormisdæ Papæ epistola ad Possessorem.

Johannis Maxentii fidei professio & alia opera.

Vigilii Martyris & Episcopi Tridentini libri 5. contra Eutychen.

Jonæ Aurelianensis adversus Claudium Taurinensem de cultu imaginum libri 3. quibus Claudii Taurinensis excerptum inseritur.

Claudiani Mamerti de statu animæ libri 3. cum ejusdem epistola ad Sidonium.

Sidonii epistolæ quædam ad Claudianum & Nymphidium.

Zachariæ Mitylenæi de universitatis procreatione contra mundi & materiæ æternitatem.

Basilii M. & Gregorii Theologi Dialogus de invisibili DEI essentia.

Anastasii Theopolitani & Cyrilli Alexandrini compendiaria orthodoxæ fidei explicatio.

Martini Turonensis professio fidei

Faustini opus de fide contra Arianos.

Digitized by Google

Fauſti epiſtola ad Lucidum, & Libri 2. de gratia DEI & libero arbitrio, cum *Lucidi* palinodia.

Theodori Abucaræ diſputationes contra plerosque ſui temporis hæreticos.

Gennadii Scholarii libellus, qui via ſalutis hominum appellatur.

Pelegrini Laureacenſis ſymbolum.

Moſis Mardeni fidei profeſſio, & ejusdem theologica de Trinitate contemplatio.

Profeſſio fidei quam *Siud* ſive *Sulaka* Neſtorianorum Patriarcha Romæ A. C. 1553. ore & ſcripto edidit.

Bertrandi libellus adverſus Petrum de Cugneriis.

Alexii Comneni oratio de donariis & rebus ſacris.

Petri Diaconi de incarnatione & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti liber.

Timothei Presbyteri libellus de differentia eorum, qui ad ſanctiſſimam noſtram fidem accedunt.

Methodii conſtitutio de his, qui abnegarunt per diverſos modos & ætates.

Nicetæ fragmentum de ordine, qui tunc obſervatur, cum quis à Saraceniſmo ad orthodoxam fidem accedit.

To-

Digitized by Google

Tomo ſexto comprehenduntur veteres quidam Scriptores, qui in Scripturam S. commentati ſunt. Horum ſcripta ſequenti ordine ſunt diſpoſita:

Junilii libri 2. de partibus divinæ legis ejusdemque in priora Geneſeos capita commentarius.

Caſſiodori inſtitutionis lectionum divinarum liber.

Tichonii liber de ſeptem regulis.

Anaſtaſii Niceni Quæſtiones in Scripturam, interprete Gentiano Herveto.

Moſis Bar-Cepha commentarius de Paradiſo ex interpretatione Andreæ Maſii.

Salonii myſtica explanatio in parabolas Salomonis.

Olympiodori enarratio in Eccleſiaſten Salomonis.

Juſti Orgelitani explanatio myſtica in canticа canticorum Salomonis.

Petri Laodicenſis commentariolus in orationem Dominicam.

Germani Conſtantinopolitani in orationem dominicam, & ejusdem verſus de cruce Domini Jeſu Chriſti.

Arnoldi Abbatis tractatus in ſeptem ultima verba Chriſti cum tractatu de laudibus Virginis Mariæ.

Digitized by Google

Trapezuntii opuſculum in verba Johan. cap. 21. Volo eum manere &c.

Theoduli Commentarius in epiſtolam ad Romanos.

Clementis Alexandrini Commentarii in quasdam Epiſtolas canonicas, ex interpretatione Magni Aurelii Caſſiodori.

Didymi Alexandrini brevis Enarratio in Epiſtolas canonicas, & ejusdem enarratio in I. Johannis epiſtolam interprete Hieronymo.

Victorini Pictabionenſis Epiſcopi commentariolus in Apocalypſin.

Amphilochii Epiſcopi Iconii verſus, quinam Scripturæ libri legendi ſint.

Septimus tomus deſtinatus eſt Patribus, qui homilias de Sanctis & varia Scripturæ loca elucubrarunt. Continentur ergo hoc tomo:

Hippolyti oratio de conſummatione mundi, Anti-Chriſto, & ſecundo Domini adventu.

Petri Alexandrini canones de pœnitentia.

Epiphanii ſermo de laudibus Deiparæ.

Heſychii Hieroſolymitani homiliæ duæ de Maria Deipara.

Chryſippi Hieroſolymitani ſermo de eadem.

Gaudentii Brixienſis ſermones & tractatus.

Cæſarii Arelatenſis homiliæ variæ.

Ve-

Digitized by Google

Venantii Fortunati orationis Dominicæ & Symboli Apoſtolici exegeſis.

Andreæ Hieroſolymitani in ſalutationem Angelicam ſermo.

Pantaleontis ſermo de ſanctis luminibus.

Chromatii conciones de octo beatitudinibus.

Alcimi Aviti poëmata, & homilia de prima feſti Rogationum inſtitutione.

Claudii Marii Victoris commentarius in Geneſin carminice ſcriptus.

Gregorii Thaumaturgi homilia in Epiphaniam.

In octavum denique tomum conjecta ſunt partim varia de rebus divinis poëmata, partim alii variorum tractatus & opuſcula, nempe:

Athenagoræ apologia pro chriſtianis, & de reſurrectione mortuorum tractatus.

Gregorii Thaumaturgi brevis de anima diſputatio ad Tatianum.

Tatiani oratio ad Græcos.

Æneæ Gazæi Theophraſtus.

Juvenci poëmata ſacra.

Nemeſii liber de natura hominis.

Probæ Falconiæ centones Virgiliani.

Eudoxiæ Imperatricis centones Homerici.

Sedulii opus paſchale, ſeu mirabilium divinorum libri 5.

Ara-

Digitized by Google

Aratoris libri 2. carminū in Apoſtolorum Acta.

Hugonis Etheriani liber de regreſſu animarum ab inferis.

Drogonis libri de Sacramento Dominicæ paſſionis.

Petri Apollonii Collatii de everſione Hieroſolymæ, carminum libri 4.

Aldhelmi de laudibus virginitatis liber.

Timothei reſponſa canonica.

Ex Nomo-Canone *Neſtoriæ* fragmentum.

Monachorum quorundam interrogationes XI. & reſponſiones ad eas, factæ à Synodo Conſtantinopolitana tempore Patriarchæ *Nicolai*.

Ildephonſi liber de illibata virginitate Mariæ.

Nicolai de Clemangis opuſcula.

Anaſtaſii Antiocheni de rectis fidei dogmatibus libri 5.

Gregorii Bætici liber de Trinitate & fide.

Hæc igitur ſunt monumenta, quæ in prima Bignæana Patrum bibliothecæ editione in octo tomos diſtributæ continentur, quibus octo tomis etiam quadruplex index ſubjicitur, nempe 1. locorum Scripturæ, 2. rerum & ſententiarum, 3. autorum alphabeticus, & 4. alius autorum ratione temporum digeſtus. Cæterum de Gregorio Bætico, qui in ultimo tomo poſtremum locum tenet, breviter notamus, quod ejus liber de

de Trinitate & fide idem plane ſit cum libro Fauſtini, qui tomo 5. hujus bibliothecæ inſertus legitur, quamobrem entia præter neceſſitatem multiplicari non debebant.

II. Antequam autem ad ſecundam Bignæanæ Patrum bibliothecæ editionem progrediamur, memoranda venit primæ editionis Appendix, quæ A. C. 1579. in eadem urbe Pariſienſi, & ex eadem Michaëlis Sonnii officina prodiit. Præmiſſus eſt triplex Autorum hac appendice comprehenſorum index, quorum primus alphabeti, ſecundus temporis & ſeculorum, quibus Autores illi vixerunt, & tertius certarum claſſium ordinem ſequitur. Mihi placet hæc monumenta juxta ordinem, quo in hac appendice ſine alphabeti, vel temporis, vel certarum claſſium reſpectu, collocantur, indicare. Leguntur ergo in hac appendice:

Paulini Nolani epiſtolæ & poëmata.

Liberii ad Conſtantium epiſtola.

Athanaſii epiſtola ad vitam ſolitariã agentes.

Nicolai I. de Rothaldi Sveſſionenſis reſtitutione epiſtolæ decretales.

Nicephori Chartophylacis epiſtolæ duæ.

Petri Damiani epiſtolæ & alia quædam opuſcula.

Hildeberti Cenomanenſis epiſtolæ, quibus etiam

etiam *Honorii II.* ad Turonenſis metropolis Suffraganeos de Synodo Nannetenſi epiſtola, & *Marbodæi* epiſtola ad Epiſcopum Andegavenſem inſerta eſt.

Manuelis Patriarchæ Conſtantinopolitani reſponſa ad Bellæ Epiſcopi interrogationes.

Joſephi Ben Gorion hiſtoria belli judaici.

Oreſieſis regulæ de inſtitutis monaſticis.

Antiochi Monachi homiliæ ſeu Pandectes Scripturæ divinitus inſpiratæ, ejusdemque exomologeſis.

Nicephori Confeſſoris canones.

Theophylacti fragmentum de riſu & vociferationibus in feſtis.

Methodii fragmentum ex ſegregationibus Studienſium Monachorum.

Maximi Loci communes & alia opuſcula.

Anaſtaſii Sinaitæ commentaria anagogica in Hexaemeron, & fragmentum ex ejus ſermone de ſacra communione.

Simeonis ſermo de morte ſemper meditanda.

Ex *Marci* Anachoretæ epiſtola 2. fragmentum.

Laurentii Novarienſis homilia de pœnitentia; & alia de eleemoſyna.

Fauſti Regienſis inſtructio ad Monachos.

Et

Digitized by Google

Et Anonymi cujusdam hiſtoria de excidio Monaſterii Lerinenſis.

Eligii homiliæ.

Jacobi Cardinalis libellus de jubilæo, cum Bonifacii VIII. reſcriptis de indulgentiis anni jubilæi, & Julii Roſei ſcholiis.

Q. Julii Hilarionis de duratione mundi libellus.

Syneſii hymni interprete Franciſco Porto.

Cosmæ Hieroſolymitani hymni.

Marci Epiſcopi Idruntini hymnus.

Scholarii oratio ad DEUM Trinunum.

Theophanis hymnus in annunciationem Deiparæ.

Philonis Carpathii interpretatio in canticum canticorum.

Theoriani cum catholico Armeniorum colloquium, ſeu legatio ad Armenos.

Leontii de ſectis liber.

Conſtantinus Harmenopulus de ſectis.

Ferrandi Diaconi Paræneticus ſeu chriſtianæ militiæ Pædagogus.

Alcuini tractatus de virtutibus & vitiis, confeſſio ſive doctrina de DEO, de Trinitate opuſculum, de divinis officiis liber, epiſtola ad Carolum M., cui Caroli M. epiſtola ad Alcuinum, de ratione Septuageſimæ, Sexageſimæ & Quinqua-

Digitized by Google

quageſimæ ſubjecta eſt, epiſtola ad Oduinum Presbyterum, & quæſtiones in Geneſin.

Hanc Bignæanæ Patrum bibliothecæ appendicem Johannes Jacobus Friſius in bibliotheca ſua p. 571. ad A.C. 1580. retulit. Verum in eo non minus hallucinatus eſt, quam cum ipſam Bignæanam Patrum bibliothecam primæ editionis A.C. 1579. prodiiſſe ſcribit. Similis error occurrit in Poſſevini apparatu T.II.p. 63. ubi prima Bignæana editio A.C. 1577. prodiiſſe dicitur. Revera enim A.C. 1575. prodiit. Neque tamen erravit Labbeus, cum in bibliotheca bibliothecarum p. 154. annum 1576. poſuit. Nonnullis enim exemplaribus annum 1576. à Typographo appoſitum fuiſſe, ex eo conjicio, quod ejusmodi exemplar ſe in bibliotheca quadam publica vidiſſe Amicorum nonnemo mihi retulerit, qui ex eo ſuſpicionem capiebat, Bignæanam Patrum bibliothecam, cum primum anno 1575. prodiiſſet, & exemplaria ſtatim diſtracta fuiſſent, mox anno ſequenti 1576. denuo typis traditam fuiſſe. Quod tamen mihi probabile non videtur: Veriſimilius eſt, Typographum poſtremis primæ editionis exemplaribus, ut aliquam novitatis gratiam affectaret, annum 1576. appoſuiſſe. Talem enim annorum anticipationem Typographis non ra-

raram & infrequentem esse experientia testatur. Sane ipse Margarinus de la Bigne secundam suæ bibliothecæ editionem non eam vocat, quæ annum 1576. adscriptum habet, sed eam, quæ A.C. 1589. prodiit, & de qua nunc plura dicenda venient.

III. Edidit ergo idem Margarinus de la Bigne post decennium à vulgata primæ editionis appendice elapsum, seu A.C. 1589. Parisiis novam Patrum bibliothecam, cujus hic est titulus :

Sacræ Bibliothecæ sanctorum Patrum, seu Scriptorum ecclesiasticorum probabilium, Tomi novem, numeris & modis omnibus locupletati castigati, per Margarinum de la Bigne, ex alma Sorbonæ schola Theologum Doctorem Paris. editione secunda. Parisiis 1589.

Præmissa est censura trium Theologorum Parisiensium Gilberti Genebrardi, Franciſci Feuardentii, & Joh. Dadræi, ex quorum relatione etiam integra Facultas Parisiensis hanc Bignæanam Patrum collectionem approbavit, quæ & primam editionem ex aliorum Theologorum relatione approbaverat. Dedicavit Editor secundam hanc editionem Sixto V. sicut primam editionem & Gregorio XIII. Pontifici, & Henrico III. Galliæ & Poloniæ Regi consecraverat. Distincta autem est hæc secunda

editio IX. tomis, quorum primus commentaria in Scripturam, ſecundus homilias de Sanctis & in varia Scripturæ loca, rerumque divinarum argumenta, tertius epiſtolas, quartus opuſcula polemica contra varias hæreſes, quintus ſcripta paræneticα, ſextus opuſcula ad divinam liturgiam & diſciplinam eccleſiaſticam ſpectantia, ſeptimus hiſtorias, octavus poëmata, nonus vero & ultimus eorum, qui varia mixtim de diverſis divinarum rerum argumentis ſcripſerunt, opuſcula comprehendit. Unde patet, etiam in ſecunda hac editione perinde ut in prima Patres in diverſas claſſes digeri, claſſes tamen illas alio, quam in prima editione factum fuerat, ordine diſponi. Ut autem utriusque editionis diverſitas eo magis pateat, etiam ſingula, quæ ſecunda hæc editio exhibet, ſcripta recenſere placet. Primo igitur tomo continentur Variorum eccleſiaſticorum in Scripturam ſacram commentaria, nempe

Junilii Epiſcopi Africani de partibus divinæ legis libri 2.

Anaſtaſii Epiſcopi Nicæni Reſponſio ad orthodoxorum quorundam chriſtianorum interrogationes de diverſis capitibus eccleſiaſticis.

Anaſtaſii Sinaitæ anagogicarum contemplationum in divini opificii hexaëmeron libri unde-

Digitized by Google

decim; & ejusdem ex sermone de sancta communione fragmentum, item, de rectis dogmatibus verissimæ fidei nostræ libri 5.

Theodori in cœnobio RaithuPresbyteri commentatio de incarnatione Christi adversus varias hæreses.

Mosis Bar-Cepha Syri Episcopi Commentarii de Paradiso.

Urbani IV. Pont. Max. pia in psalmum L. metaphrasis.

D. Salonii Viennensis, Galliarum Episcopi in parabolas Salomonis explicatio mystica; Ejusdem in Salomonis Ecclesiasten explicatio.

Olympiodori Monachi, in Ecclesiasten Salomonis enarratio.

Philonis, Episcopi Carpathii in Canticum canticorum interpretatio.

Justi Orgelitani Episcopi in cantica canticorum Salomonis explicatio mystica.

Aponii Commentariorum in Cantica canticorum libri 6.

Summariola *Lucæ*, Abbatis S. Cornelii, in Aponii commentaria in Canticum canticorum.

Theophili Patriarchæ Antiocheni commentariorum sive allegoriarum in sacra IV. Evange-

Digitized by Google

lia libri 4. Ejusdem contra christianæ religionis calumniatores ad Autolycum libri 3.

Petri Laodicensis,& *Germani* Patriarchæ Constantinopolitani expositiones in orationem dominicam.

Arnoldi Carnotensis, Abbatis Bonævallis, de laudibus sanctæ ac perpetuæ virginis, matris Christi Mariæ tractatus; Ejusdem de ultimis septem verbis Domini in cruce tractatus.

Victor Presbyter Antiochenus in sacrosanctum JEsu Christi evangelium secundum Marcum.

Titi Bostrorum Episcopi in sacrosanctum Jesu Christi evangelium secundum Lucam commentarius.

Theoduli Cœlesyriæ Presbyteri, Theologi in D. Pauli epistolam ad Romanos commentaria.

Clementis Alexandrini Presbyteri in priorem D. Petri canonicam Epistolam, in Epistolam D. Judæ,& in Epistolas canonicas S. Johannis Evangelistæ Commentarius.

Victorini Pitabionensis,seu Pictaviensis Episcopi commentarius in Apocalypsin.

Andreæ Cæsareæ-Cappadociæ Episcopi in eandem S. Johannis Evangelistæ Apocalypsin commentaria.

Secundo tomo continentur homiliæ de Sanctis,

Digitized by Google

ctis, & in varia Scripturæ loca rerumque divinarum argumenta, nempe

Hippolyti Portuensis Episcopi & Martyris oratio de consummatione mundi, ac de Antichristo, & secundo adventu Domini nostri Jesu Christi homilia.

Petri Archiepiscopi Alexandrini & Martyris canones de pœnitentia, cum commentariis Balsamonis Patriarchæ Antiocheni.

Epiphanii Episcopi Constantiæ urbis insulæ Cypri de laudibus sanctæ Mariæ Deiparæ sermo.

Hesychii Presbyteri Hierosolymitani de sancta Maria Deipara homilia.

Chrysippi Presbyteri Hierosolymitani de sancta Maria Deipara sermo.

Cyrilli Archiepiscopi Hierosolymitani catecheses 18. illuminatorum ; & mystagogicæ 5. Ejusdem epistola ad Constantium Imperatorem, de signo crucis in cœlo Hierosolymis apparente.

Gaudentii Episcopi Brixiani in varia Scripturæ loca sermones, sive tractatus varii.

Macarii Senioris Ægyptii homiliæ 50. spirituales.

Simeonis Stylitæ sermo de semper mente complectendo suum quisque discessum.

Ex *Marci* Anachoretæ epiſtola fragmentum.

Novati Catholici de humilitate & obedientia, & calcanda ſuperbia homilia.

Drogonis de ſacramento Dominicæ paſſionis ſermo.

Eligii Noviomenſis Epiſcopi in varia Scripturæ loca homiliæ 16.

Antiochi Pandectes Scripturæ divinitus inſpiratæ; & ejusdem exomologeſis.

Laurentii Novarienſis Epiſcopi de pœnitentia & de eleemoſyna homiliæ 2.

Fauſti, ex Lerinenſi Monacho Rhegienſis Epiſcopi, ſermo ad Monachos.

Chromatii Aquilejenſis Epiſcopi de octo beatitudinibus conciones; & ejusdem tractatus in illud Matth. III. ego a te debeo baptizari.

Agapeti expoſitio capitum admonitoriorum edita ex tempore.

Laurentii Monachi in Dorothei doctrinas præfatio.

Dorothei Archimandritæ de vita recte & pie inſtituenda doctrinæ ſive ſermones 24. cum nonnullis ejusdem epiſtolis &c.

Nili de Monachis propter pecuniam obambulantibus fragmentum.

Eſaiæ Abbatis ad fratres, qui cum ipſo vivebant, orationes 29.

Ba-

Digitized by Google

Baſilii Seleuciæ Archiepiſcopi in Deiparæ annunciationem, ſeu de Verbi incarnatione oratio; & de Lazaro conciones ſive orationes 3.

Sophronii 62. Archiepiſcopi Hieroſolymitani in Chriſti natalitia, tum & de immani ſævaque tyrannide Saracenorum, qui per id tempus obſidebant vel occupabant Bethlehem, oratio; & ejusdem ſanctorum Archangelorum, Angelorum cæterarumque cœleſtium virtutum encomium.

Cæſarii Arelatenſis Archiepiſcopi de variis rerum divinarum argumentis homiliæ XLVI.

Venantii Honorati Honorii Clementiani Fortunati, Pictavienſis Epiſcopi de oratione Dominica homilia; & ejusdem in ſymbolum Apoſtolicum exegeſis.

Andreæ Hieroſolymitani Archiepiſcopi in S. Mariæ Deiparæ ſalutationem ſermo.

Pantaleontis magnæ DEI eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconi de luminibus ſanctis, id eſt, de Domino Chriſto & ſancto Johanne ejus præcurſore ſermo.

Theofridi Abbatis de Sanctorum reliquiis ſermo; Ejusdem de veneratione Sanctorum ſermo alter.

Zenonis Veronenſis Epiſcopi de plurimis Scripturæ locis, & rerum divinarum argumentis ſermones.

Digitized by Google

Berengosii ad S. Maximum extra muros Trevirorum Abbatis, de laude & inventione s. crucis libri 3. Ejusdem libellus de mysterio ligni Dominici, aliique sermones varii argumenti.

Tertio tomo continentur epistolæ de rebus sacris, nempe

Ignatii Antiochiæ Episcopi epistolæ.

Polycarpi Smyrneorum Episcopi ad Philippenses epistola.

Martialis Episcopi Lemovicensis ad Burdigalenses & Tholosanos epistolæ.

Pii Episcopi Romani ad fratrem Justum Viennensem Episcopum epistola.

Cornelii I. Pontificis Maximi ad Lupicinum Viennensem Episcopum epistola.

Dionysii Archiepiscopi Alexandrini ad Basilidem epistola cum commentariis Balsamonis.

Gregorii Neocæsariensis Episcopi, de iis, qui in Barbarorum incursione idolothyta comederunt, epistola, cum commentariis ejusdem Balsamonis; Ejusdem metaphrasis in Ecclesiasten, cum præfatione & commentariis Jacobi Billii; Ejusdem de anima brevis & per capita disputatio ad Tatianum.

Antonii Abbatis ad Arsenoitas fratres suos epistolæ 7.

Libe-

Digitized by Google

Liberii P.M. ad Conſtantium Auguſtum epiſtola.

Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini ad ſolitariæ vitæ ſtudentes fratres epiſtola.

S. Pontii Eutropii Paulini, Epiſcopi Nolani, epiſtolæ & poëmata.

Fauſti Rhegienſis Galliarum Epiſcopi epiſtolæ.

Nicephori Cartophylacis ad monachum quendam Theodoſium de quarundam quæſtionum explicatione epiſtola; Ejusdem, vel etiam Nicephori cujuspiam alterius, fragmentum.

Paciani Barcilonenſis Epiſcopi epiſtolæ 3. ejusdem paræneſis ad pœnitentiam; item ſermo ad fideles & Catechumenos de baptiſmo.

Gregorii Epiſcopi Nyſſeni ad ſanctum Latoium Mytilenes Epiſcopum epiſtola canonica; Ejusdem aliquot fragmenta ex variis illius operibus, quæ non extant.

Theophili Archiepiſcopi Alexandrini epiſtolæ paſchales; & ejusdem aliæ quædam epiſtolæ, cum nonnullis Hieronymi ad Theophilum epiſtolis, it. Epiphanii ad Hieronymum epiſtola.

Procli Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Armenios de fide epiſtola, cum præfatione Dionyſii Exigui.

Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini ad Domnum epiſtola; Ejusdem altera ad Epiſcopos, qui ſunt in Lybia & Pentapoli, cum commentario Balſamonis Patriarchæ Antiocheni.

Bachiarii ad Januarium de recipiendis lapſis epiſtola.

Antonini Epiſcopi Conſtantinienſis ad Arcadium actum in exilium a Genſerico Rege Wandalorum epiſtola conſolatoria.

Eccleſiarum, quæ per Illyricum & Dalmatiam conſtitutæ ſunt, ad Symmachum Pont. Max. epiſtola.

Symmachi Pontif. Max. ad Anaſtaſium Imperatorem apologeticus.

Agnelli Epiſcopi Ravennatenſis ad Arminium de ratione fidei epiſtola.

Ex *Nicetii* epiſtola ad Encliſtium de injuſta excommunicatione fragmentum; Ejusdem de peſſimorum Armeniorum peſima religione.

Nicolai I. de Rhotaldi Sueſſionenſis Epiſcopi reſtitutione epiſtolæ decretales.

Athanaſii Patriarchæ Conſtantinopolitani de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia epiſtolæ 8.

Fulberti Epiſcopi Carnotenſis ad Adeodatum de tribus maxime neceſſariis fidei chriſtianæ capitibus epiſtola; Ejusdem de hoſtia, in qua-

dra-

Digitized by Google

drageſimum diem recens ordinatis Sacerdotibus uſu quotidiano conſumenda, epiſtola.

Theodori Studitæ ex 4. epiſt. ad Naucration. filium fragmentum; Ejusdem dogmaticæ de adoratione ſanctarum imaginum.

Ivonis Carnotenſis Epiſcopi de corpore Domini, utrum in cœna datum ſit diſcipulis paſſibile, cum nos illud ſumamus impaſſibile, epiſtola.

Adelmanni ex Scholaſtico Leodienſi Epiſcopi Brixienſis, de veritate corporis & ſanguinis Domini in euchariſtia ad Berengarium epiſtola.

Petri Damiani Cardinalis epiſtolæ & alia quædam opuſcula.

Hildeberti Turonenſis Archiepiſcopi epiſtolæ in hac Scriptorum eccleſiaſticorum bibliotheca primum editæ & argumentis illuſtratæ; Ejusdem S. Hildeberti verſus de myſterio Miſſæ. Sermo in illud Eſaiæ 35. tunc aperientur oculi cœcorum &c. item in illud Lucæ XI. cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo, ſermo ſynodicus ad Paſtores.

Alexii Comneni Græcorum Imperatoris de donariis & rebus ſacris reſcriptum ſive oratio, quam auream Bullam inſcripſit.

Ald-

Digitized by Google

Aldhelmi occidentalium Saxonum Episcopi de laudibus virginitatis epistola sive liber.

Albini Flacci seu *Alcuini* Turonensis Abbatis in Genesin quæstiones pluraque alia opuscula.

Caroli M. Galliarum Imperatoris ad Alcuinum Abbatem de ratione Saxageſimæ &c. epistola.

Durandi Leodiensis Episcopi de corpore & sanguine Domini, contra Brunonem Andegavensem Episcopum & Berengarium Turonensem ad Henricum I. Galliarum Regem Christianissimum epistola.

Tomo quarto continentur Scripta adversus varias hæreses a Patribus nonnullis elucubrata, nempe

Philastrii Episcopi Brixiensis de hæresibus liber.

Vincentii Lirinensis de hæresibus liber.

Leontii Advocati Byzantini liber de Sectis.

Julii Firmici Materni de mysteriis & erroribus profanarum religionum ad Constantium & Constantem Augustos, liber.

Hermiæ Philosophi Gentilium Philosophorum irrisio.

Zachariæ primum Scholastici, deinde Episcopi Mitylenensis, dialogus de universitatis procrea-

creatione contra mundi & materiæ æternitatem a Philoſophis conſtitutam.

Theodori cognomento Abucaræ Epiſcopi Carum, contra plerosque ſui temporis hæreticos diſputationes.

Juliani Pomerii Archiepiſcopi Toletani de demonſtratione ætatis ſextæ contra Judæos libri 3.

R. Samuelis Marrochiani de adventu Meſſiæ, quem Judæi temere expectant, liber.

Phœbadi Epiſcopi liber contra Arianos.

Marii Victorini Afri adverſus Arium libri 4; Ejusdem de Trinitate hymni; & de homouſio recipiendo, item de Machabæis carmen.

Idacii Clari Hiſpani contra Varimadum Arianum liber, & difficilimorum quorumque locorum de Trinitate declaratio.

Paulini Aquilejenſis Epiſcopi adverſus Felicem Urgelitanum, & Elipandum Toletanum Epiſcopos libellus.

Optati Afri Milevitani Epiſcopi de ſchiſmate Donatiſtarum adverſus Parmenianum libri 7.

Cerealis Epiſcopi contra Maximinum Arianum.

Victoris Epiſcopi fidei ratio exigente Hunerico Rege Wandalorum.

Digitized by Google

Johannis I. Pont. Max. de duabus naturis adverſus Eutychianiſtas epiſtola ſive tractatus.

Gelaſii Pontif. Max. de duabus naturis in Chriſto adverſus Eutychen & Neſtorium.

Joannis Maxentii de Chriſto catholica profeſſio, & alii tractatus.

Vigilii Martyris & Epiſcopi Tridentini contra Eutychen libri 5.

Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi de cultu imaginum contra Claudianum Taurinenſem Iconomachum libri 3.

Fauſti de creaturis, quod illis incorporei nihil inſit, libellus.

Claudiani Mamerti Viennenſis Galliarum Epiſcopi de ſtatu animæ libri 3. Ejusdem contra Poëtas vanos ad Collegam.

Fauſtini Epiſcopi de fide contra Arianos opus.

Fauſti Epiſcopi de gratia DEI & humanæ mentis libero arbitrio libri 2.

Theoriani orthodoxi cum catholico Armeniorum colloquium.

Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis diſputatio cum Herbano Judæo.

Hieronymi a ſancta fide, ex Judæo Chriſtiani, contra Judæorum perfidiam libri duo.

Digitized by Google

Basilii & Gregorii Theologi dialogus de invisibili Dei essentia.

Anastasii Patriarchæ Theopolitani, & *Cyrilli* Alexandrini compendiaria orthodoxæ fidei explicatio.

Professio fidei facta a B. *Martino* Archiepiscopo Turonensi.

Rustici S.R.E. Diaconi Cardinalis contra Acephalos disputatio.

Pelegrini Laureacensis Archiepiscopi symbolum.

Fidei professio, quam *Moses Mardenus* Assyrius Jacobita Patriarchæ Antiocheni Legatus, suo & Patriarchæ nomine est professus Romæ A. 1552. ejusdem theologica de sacrosancta Trinitate contemplatio.

Professio fidei, quam *Siud* sive Sulaka electus Patriarcha a Nestorianis ore & scripto professus est Romæ A. 1553.

Bertrandi Episcopi Eduensis contra Petrum de Cugneriis pro ecclesiæ libertate libellus: Ejusdem de origine & usu jurisdictionum, sive de spirituali & temporali potestate tractatus.

Tatiani Assyrii oratio ad Græcos.

Constantini Harmenopuli, Sebasti Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis, de opinionibus hæreticorum, qui singulis temporibus extiterunt.

Gre-

Gregorii Bætici Illiberitanæ ſedis Epiſcopi ad Gallam Placidiam Auguſtam de Trinitate & fide contra Arianos liber.

Stephani Pariſienſis Epiſcopi contra varios in fide errores & eorum profeſſores reſcriptum.

Errores deteſtabiles contra catholicam veritatem, per R. P. D. *Guilermum* Pariſienſem damnati A.D. 1240.

Fratris *Guilermi* Minoritæ, poſtmodum Conſtantienſis Epiſcopi, errorum & palinodiæ breviculum.

Stephani Pariſienſis Epiſcopi de quorundam errorum & librorum damnatione reſcriptum; Ejusdem variorum contra fidem articulorum damnatio.

Articuli revocati Pariſiis in domo Prædicatorum per F. *Joannem Guidonem* Minoritam An. Dom. 1318.

Articuli de divina eſſentia, veritate, & Angelis, & aliis fidei capitibus, damnati per Epiſcopum Pariſienſem & Theologiæ Magiſtros A.D. 1340.

Conſtitutionum *Facultatis Pariſienſis* Profeſſoribus & Magiſtris obſervandarum capita, edita A.D. 1344.

Errores *Johannis de Mercuria* ordinis Ciſtercienſis. Pro-

Propositiones *M. Joannis de Ultricuria* Romæ primum damnatæ, dein publice per eum in Universitate Parisiensi revocatæ A.D. 1348.

Conclusionum quarundam & corrolariorum revocatio, facta per *Simonem* A.D. 1351.

Formula revocationis quorundam errorum factæ Parisiis per F. *Guidonem*, ordinis Eremitarum S. Augustini A.D. 1354.

Palinodia *M. Joannis de calore* A.D. 1363.

De *Almaricianorum* hæresibus & concrematione brevis narratio.

Transcriptum Schedulæ revocationis quorundam articulorum *F. Dionysii Soulechat* ordinis fratrum Minorum, publice in disputationibus solennibus per eum semel atque iterum factæ Parisiis & in curia Romana, A. D. 1365. & 1369.

Gennadii Scholarii Patriarchæ Constantinopoleos sermocinatio habita de recta & inculpata Christianorum fide; Ejusdem expositio pro sancta & œcumenica Synodo Florentina, & defensio quinque capitum, quæ in decreto ejus continentur, ad Græcos: item ejusdem Oratio ad unum & trium personarum DEum.

Quinto tomo opuscula parænetica & moralia continentur, nempe

Herma Libri 3.

Digitized by Google

Marci Eremitæ ſeu Exercitatoris opuſcula theologica,&

Reſcriptum a *Nicolao* miſſum ad Marcum, ob præcepta ſalutaria, quæ illi per epiſtolam ſcripſerat.

Salviani Maſſilienſis Epiſcopi de vero judicio & providentia Dei libri 8; Ejusdem ad eccleſiam catholicam toto orbe diffuſam libri 4.

Johannis Climaci vita, per *Danielem* Monachum.

Joannis Climaci ad Joannem Abbatem Raythu epiſtola; Ejusdem opuſculum, cui titulus Climax, ſive ſcala Paradiſi; Ejusdem ad Abbatem Paſtorem de Paſtoris officio libellus, ſive libri, qui Paradiſi ſcala dicitur, appendix.

Joannis Abbatis Raythu ad S. Joannem Abbatem montis Sinay cognomento Climacum epiſtola; Ejusdem in Joannis Climaci Climacem commendatio.

Diadochi Epiſcopi Photices capita centum, de perfectione ſpirituali.

Nili Monachi capita parænetica, & alia opuſcula.

Thalaſſii Monachi hecatontades 4.

Gildæ Sapientis de excidio Britanniæ; Ejusdem in eccleſiaſticum ordinem acris correptio.

Idio-

Digitized by Google

Idiotæ contemplationum & orationum libri 3. & ejusdem Regulæ vitam christianam complectentes; & Annotationes in Psalmum XV.

Isaaci Syri, Presbyteri Antiocheni, de contemtu mundi liber.

Testamenta XII. Patriarcharum filiorum Jacob, Roberto Lincolinensi Episcopo interprete.

Sixti 2. Pontif. Max. sententiæ, interprete Ruffino Presbytero Aquilejensi.

Sixti 3. Pontif. Max. liber de divitiis; Ejusdem epistola de malis Doctoribus & operibus fidei, & de judicio futuro. Ejusdem liber de castitate ad quendam vere christianum.

Antonii Melissæ sive sermonum & locorum communium libri 2. commentariolis illustrati per Frontonem Theologum Parisiensem.

Maximi Confessoris opuscula quædam Theologica.

Ferrandi sanctæ Ecclesiæ Carthaginensis Diaconi ad Reginum Comitem Paræneticus, qualis esse debeat Dux religiosus in actibus militaribus.

Oresiesis Monachi Regulæ de institutis monasticis.

Martini Episcopi Dumiensis formula honestæ

Digitized by Google

ſtæ vitæ, ſive de quatuor virtutibus cardinalibus, ejusdemque alius de moribus liber.

Evagrii de octo vitioſis cogitationibus liber.

Nili de octo vitioſis cogitationibus liber.

Dacriani Abbatis ſpiritualis vitæ documenta; Ejusdem ſpeculum Monachorum.

Edmundi Cantuarienſis Archiepiſcopi libellus, qui dicitur ſpeculum Eccleſiæ.

Roberti de Sorbona, qui S. Ludovici Regis Galliarum Chriſtianiſſimi pœnitentiarum Oeconomus fuit, opuſcula quædam.

Baſilii Imperatoris Conſtantinopolitani Exhortationum capita LXVI.

Franciſci opuſcula.

Sexto tomo Liturgiæ, & opuſcula ad eccleſiaſticæ diſciplinæ & Sacramentorum rationem pertinentia continentur, nempe

Jacobi Miſſa.

Marci Liturgia ſeu Miſſa.

Baſilii Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi Anaphora ex codice Syriaco traducta per Andream Maſium; Ejusdem precatio, qua ſolebat operatus ſacris uti apud DEum, tralata ex Syriaco per eundem Andr. Maſium.

Severi Patriarchæ Alexandrini liber de ritibus baptiſmi; Ejusdem ordo oblationis myſte-

Digitized by Google

ſteriorum; Ejusdem precationes ABCDariæ Syrorum.

Miſſa, qua *Æthiopes* communiter utuntur, quæ etiam canon univerſalis appellatur. Item ordo Benedictionis puerperæ, Baptiſmi & Myſteriorum ſive adminiſtrationis ſacramenti Confirmationis ſecundum uſum Æthiopum.

Miſſa *Mozarabum* a D. Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo peculiariter in Hiſpaniis uſitata.

Græcorum officium de myſteriis ante conſecrationem ſanctæ Quadrageſimæ; Eorundem ſacra Myſteriorum ante conſecrationem Liturgia, interprete G. Genebrardo.

Johannis Zonaræ canon de ſanctiſſima Virgine contra hæreſes.

Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani rerum eccleſiaſticarum Theoria.

Maximi Monachi Liturgiæ expoſitio.

Nicolai Cabaſilæ Liturgiæ expoſitio.

Philotbei ordo inſtituendi Diaconum.

Orationes Miſſales ex vetuſtiſſimo MSto *Gothico Miſſali.*

Flori Magiſtri exegeſis, ſive expoſitio Miſſæ.

Expoſitio Miſſæ transſcripta ex venerandæ vetuſtatis codicibus.

Paſchaſii Ratberti Abbatis Corbejenſis de corpore & ſanguine Domini in euchariſtia liber.

Digitized by Google

Lanfranci de eucharistiæ Sacramento adversus Berengarium liber.

Guitmundi Cardinalis & Archiepiscopi Aversani de corporis & sangvinis Christi veritate in eucharistia libri tres. Ejusdem de sancta Trinitate, Christi humanitate, corporisque ac sanguinis Domini nostri veritate confessio.

Algeri de Sacramento corporis & sangvinis Domini libri 3.

Odonis Cameracensis Episcopi expositio sacri canonis Missæ.

Stephani Eduensis Episcopi de Sacramento altaris tractatus.

Simonæ Gazæ Civitatis Archiepiscopi disceptatio cum Achmed Saraceno, perspicue docens, panem ac vinum per Sacerdotem consecratum verum esse & integrum corpus ac sanguinem Domini nostri Jesu Christi.

Excerptum a *Gregorio III.* Pontif. Max. editum ex Patrum dictis canonumque sententiis de diversis criminibus & remediis eorum.

Responsa canonica *Timothei* Alexandrini Episcopi.

Ex Nomocanone *Nestevtæ* fragmentum.

Methodii Patriarchæ Constantinopolitani commentatio de iis, qui abnegarunt per diversos modos & ætates.

Digitized

Timothei Presbyteri de differentia eorum, qui accedunt ad sanctissimam nostram fidem.

Interrogationes undecim quorundam Monachorum, qui extra civitatem exercebantur, & responsiones, quæ ad eas factæ sunt a sancta Constantinopolitana Synodo tempore sanctissimi Patriarchæ Domini Nicolai.

Nicetæ de ordine, qui tunc observatur, cum quis a Saracenismo ad nostram fidem transfugit, ex libro XX. Thesauri orthodoxiæ fragmentum.

Odonis Parisiensis Episcopi Synodicæ constitutiones.

Galonis Cardinalis constitutiones.

Wilielmi Parisiensis Episcopi additiones.

Constitutiones ex concilio *Petri* Archiepiscopi Senonensis.

Manuelis Patriarchæ responsa ad Bellæ Episcopi interrogationes.

Jacobi Cardinalis de centesimo, seu jubileo anno liber; Ejusdem de eodem jubileo prosaicus liber.

Walafridi Strabonis de exordiis & incrementis rerum ecclesiasticarum liber unus.

Bernonis Augiensis Abbatis de quibusdam rebus ad Missæ officium pertinentibus libellus.

Digitized by Google

Micrologus de ecclesiasticis observationibus.

Radulphi de Rivo Decani Tungrensis de canonum observantia liber.

Amalarii Fortunati Episcopi Treverensis de ecclesiastico officio libelli 4; Ejusdem de ordine Antiphonarii liber.

Nicolai Episcopi Methonensis ad eos, qui hæsitant, ajuntque consecratum panem & vinum non esse corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, tractatus.

Expositio de celebratione Missæ a *Remigio* Antisiodorensi Episcopo edita, & sanctorum Patrum sententiis & auctoritatibus confirmata.

Photii Patriarchæ Constantinopolitani Nomocanon, cum commentariis Theodori Balsamonis Gentiano Herveto interprete.

Ludovici Galliarum Regis pragmatica sanctio; Ejusdem memorabile cum Raimundo Tolosatum Comite Ariano fœdus.

Tomo septimo historica opuscula continentur, nempe

Aristeæ de septuaginta duobus Scripturæ S. Interpretibus historia.

Victoris Episcopi Capuani in Tatiani Alexandrini sanctorum quatuor evangeliorum consonantiam.

S. qua-

Digitized by Google

S. quatuor Evangeliorum harmonia *Tatiano* Alexandrino autore.

S. quatuor Evangeliorum narratio per *Ammonium* Alexandrinum.

Dorothei Martyris & Episcopi Tyri de vita ac morte Prophetarum & Apostolorum Synopsis.

Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani de laboribus, certaminibus & peregrinationibus sanctorum Apostolorum Petri & Pauli fragmentum.

Procheri de vita, miraculis & assumtione B. Johannis Apostoli historia, illustrata scholiis per Renatum Laurentium Barrensem.

Lini Pontif. Max. de passione Petri & Pauli libri 2. scholiis illustrati ab eodem Laurentio.

Sulpitii Severi Bituricensis Archiepiscopi sacræ historiæ libri 2; item de Martini vita liber; epistolæ, & dialogi tres.

Pauli Orosii Presbyteri Hispani adversus Paganos historiarum libri 7. scholiis Autorisque elogio illustrati per eundem Laurentium.

Gregorii Turonensis Archiepiscopi historiæ Francorum libri decem; Ejusdem de gloria Martyrum liber, aliaque opera.

Anonymi Autoris historiæ Francorum Grego-

rii Turonenſis Appendix, ſive ſupplementum, aut liber undecimus.

Quinti Julii Hilarionis Scriptoris perantiqui chronologia, ſive de mundi duratione libellus.

Nicephori Conſtantinopolitani chronologia tripartita emendata & notis illuſtrata per Antonium Contium.

Adonis Archiepiſcopi Viennenſis chronicon.

Egeſippi de bello judaico,& urbis Hieroſolymitanæ excidio libri 5. Autoris encomio & ſcholiis illuſtrati per R.Laurentium Barrenſem.

Sigeberti Gemblacenſis chronographia.

Melitonis Epiſcopi Sardenſis de tranſitu Virginis Mariæ liber,cum ſcholiolis M. D.L.B.

Palladii Lauſiaca hiſtoria ſcholiis illuſtrata, per R. Laurentium Barrenſem.

Heraclidis Cappadociæ Epiſcopi ad Lauſum Præpoſitum epiſtola.

Joannis Moſchi cognomento Evirati pratum ſpirituale,cum additionibus Aloyſii Veronenſis Epiſcopi contra omnes hæreſes.

Victoris Epiſcopi Uticenſis de Vandalica perſecutione libri 3.

Anonymi Autoris de Lirinenſis Monaſterii excidio fragmentum.

Col-

Digitized by Google

Collectaneorum ex historia ecclesiastica *Theodori Lectoris* libri 2.

Marcellini Comitis Chronicon.

Fulconis cognomento Boni, Andegavorum Comitis ad B. Odonem Abbatem Cluniacensem epistola.

Odonis Abbatis Cluniac. ad Fulconem, cognomento Bonum, Andegavorum Comitem epistola; Ejusdem de translatione corporis S. Martini tractatus, item tractatus quod beatissimus Martinus compar Apostolis dicitur.

Tomo octavo sacra poëmata continentur, nempe

Sibyllinorum Oraculorum libri 8.

Aurelii Prudentii poëmata.

Severi Rhetoris & Poëtæ christiani carmen bucolicum, sive de mortibus boum.

Claudii Marii Victoris Oratoris Massilienſis Poëticorum commentariorum in Genesin libri 3. Ejusdem de perversis ætatis suæ moribus epistola.

Georgii Pisidæ opus sex dierum, sive mundi opificium; Ejusdem poemation de vanitate vitæ.

Alcimi Aviti Viennensis Archiepiscopi poëmatum de Genesi libri quinque; & de consolatoria castitatis laude ad Fuscinam sororem liber.

Ma-

Marii Victorini Rhetoris Afri de fratribus Machabæis interfectis ab Antiocho Epiphane poëma.

Juvenci Presbyteri Hiſpani evangelicæ hiſtoriæ poëmatum libri 4.

Cœlii Sedulii Scoti Presbyteri ſive Antiſtitis Mirabilium divinorum ſive operis paſchalis libri quatuor; Ejusdem hymnus totam Chriſti vitam continens.

Honorii I. Pontif. Max. de Apoſtolis in Chriſti ad cœlos aſcenſione obſtupeſcentibus epigramma.

Aratoris de Apoſtolica hiſtoria poëmatum libri 2.

Turci Ruffi Aſterii veteris & novi Teſtamenti collatio.

Amæni Poëticum veteris & novi Teſtamenti enchiridion; Ejusdem in Leontium Eccleſiæ ſuæ Burdegalenſi redditum acroſtichis.

Ruſtici Helpidii ad nonnullas veteris & novi Teſtamenti hiſtorias poëtici aliquot ternarii; Ejusdem de Chriſti Jeſu beneficiis carmen.

Probæ Falconiæ centones Virgiliani, ſeu excerptum e Virgilii carminibus ad teſtimonium veteris & novi Teſtamenti opuſculum.

Eudoxiæ Imperatricis de Chriſto centones Homerici.

Am-

Amphilochii Episcopi Iconii Jambi ad Seleucum, quinam Scripturæ libri sunt legendi.

Synesii Cyrenæi Ptolemaidis Episcopi hymni X.

Cosmæ Hierosolymitæ in sanctam Christi Redemtoris Theogoniam, festaque alia & mysteria hymni 13.

Marci Episcopi Idruntis in magno sabbatho hymnus.

Theophanis in sanctissimæ Deiparæ annunciationem hymnus,

Drepanii Flori poëmata.

Petri Apollonii Collatii Presbyteri Novariensis Excidii Hierosolymitani libri 4.

Venantii Honorii Clementiani Fortunati Pictaviensis Episcopi de vita S. Martini carminum, ejusdem poëmatum & aliorum opusculorum libri XI.

Dracontii Poëticum hexaëmeron.

Merobaudi Hispani Scholastici de Christo carmen.

Autoris incerti de Christi Domini laudibus carmen.

Damasi Pontif. Max. aliquot Sanctorum poëtica elogia.

Columbani Abbatis contra avaritiam epistola.

Ano-

Digitized by Google

Anonymi Poëtæ de Bebiani baptiſmo & Uxoris ejus Apræ obitu carmen.

Fulberti Carnotenſis Epiſcopi in die ſancto Paſchatis hymnus.

Anonymi Poëtæ de Chriſti myſteriis hymni.

Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi poëtica quædam.

Paulini de vita S. Martini Epiſcopi Turonenſis libri 6; & ejusdem verſus de viſitatione Nepotuli ſui, ſtudio F. Jureti, cujus etiam notæ & emendationes adjunctæ ſunt.

Cœlii Sedulii Presbyteri paſchalis operis in ſoluta oratione libri quinque, cura & ſtudio Franciſci Jureti, cujus etiam notæ & emendationes adjunctæ ſunt.

Q. Septimii Florentis Tertulliani Carthaginenſis Presbyteri carmen de Jona & Ninive, cum notis & emendationibus Franciſci Jureti.

Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi, quæ in ejus Baſilica deſcripta ſunt, Diſticha.

Tomo nono eoque ultimo continentur Scripta Patrum, qui varia mixtim de diverſis rerum divinarum argumentis ſcripſerunt, nempe

L. Cœlii Lactantii Firmiani opera, cum caſtigationibus & notis Michaelis Thomaſii.

Athenagoræ Athenienſis Philoſophi Chriſtiani Apologia vel Legatio pro Chriſtianis; &

Ejus-

Digitized by Google

Ejusdem de mortuorum resurrectione tractatus.

M. Minutii Felicis Octavius restitutus a Francisco Balduino JCto.

Æneæ Gazæi Platonici, Philosophi Christiani, Theophrastus, sive de animarum immortalitate & corporum resurrectione dialogus.

Didymi Alexandrini de Spiritu Sancto libri 3. cum Præfatione Hieronymi; Ejusdem in Epistolas canonicas brevis enarratio.

Nemesii Episcopi Emisseni & Philosophi Christiani, de natura hominis liber unus.

Hildephonsi Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopi libellus de illibata virginitate Mariæ, cum præfatione Juliani Pomerii; aliaque Hildephonsi Scripta.

Paschasii de Spiritu S. libri duo, quibus Symboli enarratio continetur, adversus errores Macedonii.

Eulogii Martyris Cordubensis, Doctoris & electi Archiepiscopi Toletani, Memoriale Sanctorum. Ejusdem liber apologeticus sanctorum Martyrum, & quædam alia.

Alvari viri illustris ad S. Eulogium epistola, & ad eundem S. Eulogium rescriptum.

Juliani Archiepiscopi Toletani ad Idalium Bar-

Digitized by Google

Barcilonenſem Epiſcopum περὶ γενέσεως, ſive de origine humanæ mortis libri 3.

Hugonis Etheriani de anima, corpore jam exuta, ſive de regreſſu animarum ab inferis; Ejusdem de hæreſibus, quas Græci in Latinos devolvunt, ſive quod Spiritus Sanctus ex utroque (Patre ſcilicet & Filio) procedat, contra Græcos libri 3.

Pothonis Presbyteri Prumienſis de domo Dei libri 3.

Joannis XLIV. Epiſcopi Hieroſolymorum, de Inſtitutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in nova perſeverantium ad Capraſium Monachum liber.

Nicolai Oreſmii Lexovienſis Epiſcopi de mutatione monetarum tractatus.

Gregorii Palamæ Archiepiſcopi Theſſalonicis corporis & animæ proſopopœia.

Sanctorum Anachoretarum Ægyptiorum Apophthegmata, comprehenſa libris XVIII. Hieronymo, vel, ut alii verius putant, Pelagio E. R. Diacono interprete: Eorundem ſanctorum Anachoretarum divinorum Apóphthegmatum Joanne R. E. Subdiacono interprete, libri 4.

Petri Abbatis Monaſterii Cellenſis opuſcula.

Sub-

Digitized by Goo

Subjecti ſunt novem his tomis quatuor indices, quales & primæ editioni additi fuerant. Inſerta autem his ſecundæ editionis indicibus legitur *Idiotæ* de Virgine Mariæ contemplatio, quam Bignæus in Orthodoxographorum editione ab hæreticis ſublatam queritur, ideoque ex editione Pariſienſi 1538. hoc loco etſi alieno reſtituendam exiſtimavit. Addit etiam huic Idiotæ contemplationi duo *Paſchaſii* fragmenta ex ejus libro de veritate corporis & ſangvinis Chriſti in euchariſtia, à Jobo Gaſtio, ut ait, ſublata, & nunc à Jeſuita Frontone ex codice quodam bibliothecæ Jeſuiticæ reſtituta. Uter autem horum codicum, Gaſtianus an Jeſuiticus, melioris fidei ſit, aliis nunc diſpiciendum relinquimus.

IV. Cæterum ex collatione utriusque editionis patet, in ſecunda editione multa variorum Patrum monumenta acceſſiſſe, quæ in prima editione deſiderantur, attamen etiam nonnulla in prima editione legi veterum Scripta, quæ in ſecunda editione fruſtra requiras. Cum enim in prima editione Trapezuntii opuſculum ad verba Chriſti de Johanne : *ſi eum volo manere*, Aurelii Caſſiodori inſtitutiones divinæ, Tichonii liber de ſeptem regulis, Tharaſii epiſtola ad

Adrianum Papam de non faciendis pecunia ordinationibus, Neſtoriani populi epiſtolæ duæ ad Pontificem Maximum, Methodii revelationes & Nicolai de Clemangiis opuſcula legantur, ea & nonnulla alia aliorum ſcripta in ſecunda editione non amplius comparent, quod non tam incuriæ, quam conſulto Bignæi ſtudio, vel etiam aliorum monitis tribuendum eſt. Sane Bignæus in præfatione ſecundæ editionis queritur, ſe, cum primam editionem procuraret, tam graviter in multis offendiſſe, ut vix ſciat, an miſericordiam ſit à quoquam conſecuturus. Vix autem dubium eſt, quin ad gravia primæ editionis errata & hoc retulerit, quod Nicolai de Clemangiis ſ. Clemangis opuſculis in hac Patrum bibliotheca locum reliquerit, cum in iſtis opuſculis eccleſiæ Romanæ & imprimis Pontificum, Epiſcoporum, aliorumque Clericorum ulcera libere tangantur, quamobrem etiam iſta opuſcula in indice Romano libris prohibitis annumerantur, ita ut illa tantum ejus opera permittantur, quæ juxta Cenſores deputatos emendata h. e. corrupta & mutilata exhibentur.

V. Et hujusmodi cenſuras ipſa quoque Bignæana Patrum bibliotheca evadere non potuit. Etſi enim Bignæus in prima editione

Digitized by

ne ad calcem Dedicationis ſuæ Epiſtolicæ non ſine blasphemo abuſu verborum, quæ in epiſtola ad Hebræos de Chriſto proferuntur, Pontificem Romanum Gregorium XIII. his verbis alloquatur: *te unum reſpicio Pontificem, qui ſcias & poſſis compati infirmitatibus meis tentatus per omnia pro ſimilitudine: Itaque adeo cum fiducia ad thronum gratiæ tuæ, ut miſericordiam conſequar, & inveniam apud te gratiam in auxilio opportuno*, & pudendam hanc adulationem etiam in Dedicatoria ſecundæ editionis ad Sixtum V. repetat, aſſerens quod *laborum ſuorum judicem habiturus ſit Pontificem, qui ſciat compati infirmitatibus ipſius & tentato per omnia potentem auxiliari*, tandemque in hæc verba erumpens: *Itaque adeo gratiæ veſtræ thronum, ut V. Sanctitatis miſericordiam & benedictionem conſequar, & inveniam gratiam*; nulla tamen compaſſione tacti Pontifices Romani bibliothecam Patrum ab ipſo editam expurgatoriorum indicum cenſuris tradiderunt. Prodiit enim Romæ ex typographia Cameræ Apoſtol. 1607. *indicis librorum expurgandorum in Studioſorum gratiam confecti Tomus I. in quo 50. Autorum libri præcæteris deſiderati emendantur per Fr. Johannem Mariam Braſichellenſem S. Palatii Apoſtoli-*

ſtolici Magiſtrum in unum corpus redactus & publicæ commoditati editus. Et inter hos 50. Autores, qui in hoc indice expurgantur, & quos emendari indicis hujus autor utilitatis publicæ magis intereſſe exiſtimavit, occurrit etiam bibliotheca Patrum Bignæana, cujus & prima & ſecunda editio jam tum prodierat. Hunc indicem oculis uſurpare mihi nondum licuit. Rariſſima enim ſunt indicis illius exemplaria, poſtquam & Romana editio ſuppreſſa, & nova, quæ in Belgio parabatur, velut in herba ſuffocata fuit, cui ſuppreſſioni occaſionem dediſſe videntur Carmelitæ, qui Braſichellani cenſura in Johannis Hieroſolymitani librum de inſtitutione Monachorum offenſi magnas lites paraturi videbantur, & alii Pontificii, qui ſpreta hujus indicis autoritate a Braſichellani cenſuris circa varios Autores diſſentiebant. Interim quales Braſichellani in bibliothecam Patrum cenſuræ fuerint, ex aliis autoribus cognoſci poteſt, qui paſſim ſpecimina aliqua iſtius indicis exhibent. Ejusmodi ſpecimina haud raro occurrunt in Lugdunenſi Patrum bibliotheca, in qua ſæpius Braſichellenſis cenſura Scriptoribus eccleſiaſticis in illa bibliotheca collectis præmittuntur. Occurrunt enim Tomo II. hujus bibliothecæ Braſichellenſis cenſuræ de

de Herma, Tatiano, Melitone, Tom. III. de Hippolyto, Ammonio, Xysto, Zenone, Victore Pitabionensi, Dorotheo, Lactantio, Tom. IV. de Didymo, Tom. V. de Philastrio, Johanne Hierosolymitano, Marco Eremita, Sophnonio, Timotheo, Proba Falconia, Tom. VI. de Sixto III. Tom. VIII. de Fausto, Basilio Seleucienſi, Vigilio, Gelasio Papa, Tom. IX. de Johanne Maxentio, Justo Orgelitano, Tom. X. de Aratore, Tom. XII. de Severo, Tom. XIV. de Jona Aurelianensi, Tom. XXII. de Hugone Etheriano, Tom. XXIII. de Nicolao Methonensi, Tom. XXV. de Nicone, Tom. XXVI. de Gregorio Palama. Sunt autem istæ Brasichellensis censuræ non penitus aspernandæ, cum subinde de Scriptoribus ecclesiasticis rectius judicium ferat, quam Bignæus tulerat. Bignæus Hermam, cujus Pastor extat, Pauli Apostoli discipulum fuisse asserit, at rectius Brasichellanus censet, hunc Pastoris librum ab Herma Pauli discipulo scribi non potuisse, cum & hæresibus & fabulis sit oppletus. Librum de transitu Virginis Mariæ Bignæus ratiunculis nonnullis adductis Melitoni Sardensi adscribit, at Brasichellensis rectius judicat, ratiunculis illis non obstantibus certum esse, quod liber ille sit perperam Melitoni adscri-

Digitized by Google

ptus, apocryphus, nullius autoritatis & penitus rejiciendus. Sententias, quas ſub Sixti Pontificis Romani & Martyris nomine Bignæus ediderat, Braſichellanus rectius Xyſto, vel Sixto Pythagorico vindicat, cum ex Hieronymo, Auguſtino aliisque Autoribus conſtet, quod Rufinus mala fraude illum Philoſophi gentilis librum Sixto Pontifici Romano & Martyri ſuppoſuerit. De Zenonis Veronenſis Sermonibus Braſichellanus cum Baronio recte ſtatuit nonnullos & eos imprimis, quibus Ariani refutantur à Zenone Veronenſi, qui ante natam Arianam hæreſin Martyr occubuit, haberi non potuiſſe. Librum de vitis Prophetarum & Apoſtolorum, quem Bignæus ſub nomine Dorothei Martyris & Epiſcopi Tyrii edidit, Braſichellenſis rectius Dorotheo cuidam juniori vindicat. Libros 5. contra Eutychen, quos Bignæus aliorum exemplo Vigilio Epiſcopo Tridentino & Martyri tribuerat, rectius Braſichellenſis Vigilio Tridentino ſuppoſitos affirmat. Verum plura Braſichellani de Patribus judicia nunc addere, & quid in illis vel laudandum vel vituperandum videatur, diſcutere ſuperſedeo, rogans potius celeberrimum Dn. Tenzelium, ut, cum apographum hujus indicis poſſideat, & jam unum alte-

alterumque ejus ſpecimen Obſervationibus Halenſibus inſeri permiſerit, integrum hunc indicem à plurimis hactenus deſideratum, in publicam utilitatem edat.

VI. Ridiculus autem eſt Jeſuita Poſſevinus cum in apparatu ſuo Tom. 2. p. 66. neque primam neque ſecundam Bignæanæ Patrum bibliothecæ editionem ſalva conſcientia à quoquam retineri poſſe pronunciat. Ego quidem primam editionem, cum mea non ſit, ſed mutuo accepta ſalva conſcientia retinere non poſſum, ideoque Dominis ſuis plurimum Reverendis, quam primum commoda occaſio ſe obtulerit, cum magnis gratiis remittam. Secundam autem editionem, quam juſto titulo poſſideo, retinere minime dubito, nec ullos conſcientiæ morſus inde timeo, etſi eam non ſolum Romanus Braſichellani, ſed alii etiam indices expurgatorii pluribus locis emendandam & caſtigandam cenſuerint. Nam etiam Sandovallianus index librorum prohibitorum & expurgatorum, qui de conſilio Supremi Senatus & generalis inquiſitionis Hiſpaniarum Madriti 1612. excuſus, & Genevæ cum Benedicti Turrettini præfatione 1619. recuſus eſt, ſecundam Bignæanæ Patrum bibliothecæ editionem cenſuris ſuis confixit, nullumque ejus

Digitized by Google

tomum intactum reliquit. In primo tomo caſtigatur Junilius, Anaſtaſius Nicænus, Anaſtaſius Sinaita, Moſe Bar-Cepha, Salonius, Olympiodorus, Philo Carpathius, Aponius Lucas Abbas, Theophilus Antiochenus, Arnoldus Abbas, Victor Antiochenus, Titus Boſtrenſis, Theodulus, Clemens Alexandrinus, Victorinus Pictavienſis & Andreas Cæſarienſis. In ſecundo tomo Hippolytus, Petrus Alexandrinus, Heſychius Hieroſolymitanus, Macarius, Drogo, Eligius, Antiochus, Fauſtus, Chromatius, Agapetus, Dorotheus Archimandrita, Baſilius Seleucienſis, Cæſarius Arelatenſis, Zeno Veronenſis & Berengoſus Abbas. In tertio tomo Ignatius, Martialis Lemovicenſis, Dionyſius Alexandrinus, Gregorius Neocæſarienſis, Antonius Magnus, Paulinus Nolanus, Fauſtus Regienſis, Pacianus, Gregorius Nyſſenus, Theophilus Alexandrinus, Proclus, Cyrillus Alexandrinus, Bachiarius, Antoninus Conſtantinenſis, Symmachus, Agnellus, Nico, Fulbertus, Adelmannus, Petrus Damianus, Hildebertus Turonenſis, Aldhelmus & Albinus Flaccus. In quarto tomo Philaſtrius, Vincentius Lirinenſis, Leontius, Julius Firmicus, Hermias Philoſophus, Zacharias Mitylenæus, Theodorus Abucaras, Julianus Toletanus, R. Samuel,

Digitized by Google

De eucharistia & Missæ ritibus ex operibus *Joannis Chrysostomi*, quæ extant, e quibus Liturgica comprobantur, auctore F. Claudio de Sainctes Lutetiæ Theologo.

TOMO VII. continentur

Sanctorum IV. Evangeliorum harmonia *Tatiano* Alexandrino autore.

Sanctorum IV. Evangeliorum narratio per *Ammonium* Alexandrinum.

Dorothei Martyris & Episcopi Tyri de vita ac morte Prophetarum & Apostolorum Synopsis.

Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani, de laboribus certaminibus & peregrinationibus Apostolorum Petri & Pauli fragmentum.

Prochori de vita miraculis & assumtione B. Joannis Apostoli historia illustrata scholiis per Renatum Laurentium Barrensem. *Li-*

Digitized by Goog

Lini Martyris & P. M. de paſſione Petri & Pauli libri 2. ſcholiolis item illuſtrati ab eodem Ren. Laurentio.

Sulpitii Severi ſacræ hiſtoriæ libri 2. Ejusdem de B. Martini vita liber, Epiſtolæ, & Dialogi 3.

Quinti Julii Hilarionis chronologia ſive de mundi duratione libellus.

Nicephori Conſtantinopolitani chronologia tripartita notis illuſtrata per Antonium Contium.

Chronicorum Breviarium *Adonis* Archiepiſcopi Viennenſis.

Hegeſippi de bello judaico & urbis Hieroſolymitanæ excidio libri 5. Autoris encomio & ſcholiis illuſtrati per R. Laurentium Barrenſem.

Melitonis Epiſcopi Sardenſis de tranſitu Virginis Mariæ, adſcripta initio ejusdem opuſculi illius brevi cenſura & aliquot ſcholiolis per M. D. L. B.

Victoris Epiſcopi Uticenſis de Vandalica perſecutione libri 3.

Anonymi Autoris de Lirinenſis Monaſterii excidio fragmentum.

Collectaneorum ex Hiſtoria eccleſiaſtica *Theodori Lectoris* libri 2.

Fulconis cognomento Boni Andegavorum

Digitized by Google

rum Comitis ad B. Odonem Abbatem Cluniacenſem epiſtola.

Odonis alias Adæ, Abbatis Cluniacenſis ad Fulconem cognomento Bonum Andegavorum Comitem epiſtola; Ejusdem de translatione corporis S. Martini, ſive (ut ipſe dicit) reverſionis ejus de Burgundia tractatus; Ejusdem, quod Beatiſſimus Martinus compar Apoſtolis dicitur, tractatus.

TOMO VIII. continentur

Aurelii Prudentii Poëmata.

Severi Rhetoris & Poëtæ Chriſtiani Carmen bucolicum.

Claudii Marii Victoris oratoris Maſſilienſis poëticorum commentariorum in Geneſin libri 3. Ejusdem de perverſis ætatis ſuæ moribus epiſtola.

Alcimi Aviti Viennenſis Archiepiſcopi poëmatum de Geneſi libri 5. Ejusdem de conſolatoria caſtitatis laude ad Fuſcinam ſororem liber.

Marii Victorini Rhetoris Afri, de fratribus Machabæis interfectis ab Antiocho Epiphane poëma.

Juvenci Presbyteri Hiſpani Evangelicæ hiſtoriæ poëmatum libri 4.

Cœlii Sedulii Scoti Presbyteri ſive Antiſtitis,

Digitized by Google

ſtitis, mirabilium divinorum, ſive operis Paſchalis lib. 4. Ejusdem hymnus totam Chriſti vitam continens.

Liberii Poëtæ de Sedulio acroſtichis.

Beliſarii Poëtæ de Sedulio acroſtichis altera.

Honorii I. Pont. Maximi de Apoſtolis in Chriſti ad cœlos adſcenſione obſtupeſcentibus epigramma.

Aratoris S. R. E. Cardinalis Subdiaconi de apoſtolica hiſtoria poëmatum libri 2.

Turcii Ruffi Aſterii viri conſularis, veteris & novi Teſtamenti (Sedulio hactenus a nonnullis, a quibusdam vero Claudiano Mammerto Viennenſi Archiepiſcopo adſcripta,) collatio.

Amœni poëticum V. & N. Teſtamenti Enchiridion; Ejusdem in Leontium Eccleſiæ ſuæ Burdegalenſi redditum acroſtichis.

Ruſtici Helpidii ad nonnullas V. & N. Teſtamenti hiſtorias poëtici aliquot Ternarii; Ejusdem de Chriſti Jeſu beneficiis carmen.

Probæ Falconiæ fœminæ clariſſimæ excerptum e Virgilii carminibus ad teſtimonium V. & N. Teſtamenti opuſculum.

Coſmæ Hieroſolymitani in ſanctam Chriſti Redemtoris theogoniam feſtaque alia & myſteria hymni 13.

Mar-

Digitized by Google

Marci Episcopi Idruntis in magno sabbatho hymnus.

Theophanis in sanctissimæ Deiparæ annunciationem hymnus.

Drepanii Flori Poëtæ Christiani ad aliquot Davidis Psalmos carmina, hymni & alia poëmata.

Petri Apollonii Collatii Presbyteri Novariensis excidii Hierosolymitani libri 4.

Venantii Honorii Clementiani Fortunati Pictaviensis Episcopi de vita S. Martini carminum libri 4. Ejusdem poëmatum & aliorum opusculorum libri undecim.

Dracontii Poëticum hexaëmeron, seu de opere sex dierum liber.

Merobaudis Hispani Scholastici de Christo carmen.

Autoris incerti de Christi Domini laudibus carmen.

Damasi Pontif. Max. aliquot Sanctorum poetica elogia.

Columbani Abbatis ad Hunaldum discipulum, contra avaritiam, epistola.

Anonymi Poetæ de Bebiani baptismo & uxoris ejus Apræ obitu carmen.

Fulberti Carnotensis Episcopi in die sancto paschatis hymnus.

Anonymi Poetæ (incertum unius, an di-

versо-

verſorum) de Chriſti myſteriis hymni.

Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi verſus in fronte Bibliorum, quæ ipſe deſcribi fecit, & poetica ejus quædam alia.

Paulini Aquitani de vita S. Martini Epiſcopi Turonenſis libri 6. Ejusdem verſus de viſitatione Nepotuli ſui; omnia primum edita ex veteri MS. Petri Pithoei, ſtudio F. Jureti, cujus etiam notæ & emendationes adjunctæ ſunt.

Cælii Sedulii Presbyteri Paſchalis Operis in ſoluta oratione libri 5. primum editi ex veteri MS. ejusdem Pithœi, cura & ſtudio Franciſci Jureti, cujus etiam notæ adjunctæ ſunt.

Q. Sept. Florentis Tertuliani Carthaginenſis Presbyteri carmen de Jona & Ninive, nunc primum ex veteri MS. Petri Pithœi deſcriptum cura & ſtudio ejusdem Jureti, cujus etiam notæ & emendationes adjunctæ ſunt.

Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi, quæ in ejus Baſilica deſcripta ſunt, diſticha.

TOMO IX. continentur

Minutii Felicis Octavius reſtitutus a Franciſco Balduino.

Didymi Alexandrini de Spiritu S. libri 3. D. Hie-

Digitized by Google

D. Hieronymo interprete; Ejusdem in epiſtolas canonicas brevis enarratio.

Hildefonſi Toletanæ eccleſiæ Archiepiſcopi libellus de illibata Virginitate Mariæ per Franciſcum Feuardentium.

Paſchaſii S. R. E. Diaconi Cardinalis de Spiritu S. libri 2. quibus ſymboli enarratio continetur adverſus errores Macedonii.

Eulogii Martyris Cordubenſis, Doctoris & electi Archiepiſcopi Toletani liber memoriale Sanctorum ab ipſo inſcriptus, & alia opera ſtudio Petri Poncii Leonis a Corduba, Epiſcopi Placentini, & per D. Ambroſium Moralem commentariis illuſtrata.

Juliani Archiepiſcopi Toletani ad Idaicum Barcilonenſem Epiſcopum προγνωστικῶν, ſive de origine humanæ mortis libri 3.

Hugonis Etherianι de anima corpore jam exuta, ſive de regreſſu animarum ab inferis; Ejusdem de hæreſibus, quas Græci in Latinos devolvunt, ſive quod Spiritus S. ex utroque (Patre ſcilicet & Filio) procedat, contra Græcos libri 3.

Pothonis Presbyteri Prumienſis de domo Dei libri 3. Ejusdem de magna domo Sapientiæ liber.

Joannis Epiſcopi Hieroſolymorum de inſtitutione primorum Monachorum in lege vete-

Digitized by Google

veteri exortorum & in novo perseverantium ad Caprasium Monachum liber.

Nicolai Oresmii Lexoviensis Episcopi de mutatione monetarum tractatus.

Gregorii Palamæ Archiepiscopi Thessalonices, corporis & animæ prosopopœia.

Sanctorum *Anachoretarum* Ægyptiorum Apophthegmata, comprehensa libris XVIII. Eorundem sanctorum Anachoretarum divinorum Apophthegmatum lib. 4. eruti nunc primum ex venerandæ vetustatis MSis Codicibus.

Petri Abbatis Monasterii Cellensis de panibus liber; Ejusdem Mosaici tabernaculi mysticæ & moralis expositionis libri 2. item de conscientia liber ex bibliotheca V. C. Nic. Fabri.

Luciferi Episcopi Calaritani opera, ex editione Parisiensi A. 1568. cum scholiis Jo. Tilii Episcopi Meldensis.

Honorii Augustodunensis Presbyteri de prædestinatione & libero arbitrio dialogus in lucem editus a Joanne Conen Antverpiæ 1621.

Agobardi Episcopi Lugdunensis opera, quæ primum in lucem prodierunt studio & diligentia Papirii Massonii Lutetiæ Anno 1605.

TOMO X. continentur

Ordo Romanus de Missa, & reliquis per annum officiis.

Isidori Hispalensis Episcopi de ecclesiasticis officiis libri 2.

Albini Flacci, seu *Alcuini* Angli cognomento Diaconi liber de officiis divinis seu ordinis Romani expositio.

Amalarii Fortunati officiales, seu de divinis officiis libri 4. ad Ludovicum Pium; Ejusdem de ordine antiphonarii liber.

Rabani Mauri Archiepiscopi Moguntini de institutione Clericorum ad Heistulfum lib. 3.

Walafridi Strabonis Abbatis Augiæ divitis de exordiis & incrementis rerum ecclesiasticarum liber.

Bernonis Abbatis Augiensis de quibusdam rebus ad Missæ officium pertinentibus libellus.

Petri Damiani Monachi S. Benedicti Episcopi Ostiensis & S. R. E. Cardinalis liber, qui appellatur: Dominus vobiscum.

Micrologus de ecclesiasticis observationibus.

Ivonis Carnotensis Episcopi de ecclesiasticis sacramentis ac officiis, & præcipuis per annum festis sermones 21.

Digitized by Google

Hildeberti Cenomanenſis de myſterio Miſſæ carmen.

Ruperti Abbatis Tuitienſis juxta Coloniam Agrippinam ordin. S. Benedicti de divinis officiis libri 12.

Petri Abbatis Cluniacenſis, ordinis S. Benedicti, nucleus de ſacrificio Miſſæ.

Radulphi de Rivo Decani Tungrenſis de obſervantia canonum liber.

Miſſæ expoſitio brevis transſcripta ex venerandæ vetuſtatis codicibus.

Gemma animæ de divinis officiis ſive de antiquo ritu Miſſarum.

Hugonis de S. Victore ordinis Canonicorum Regularium Auguſtinianorum & Abbatis, ſpeculum de myſteriis eccleſiæ; Ejusdem de cerimoniis, ſacramentis, officiis & obſervationibus eccleſiaſticis libri 3. Idem in cathonem Miſſæ.

TOMO XI. continentur ſcripta Græco-Latina, nempe

Ignatii Martyris Archiepiſcopi Antiocheni epiſtolæ, Hieronymo Vairlenio Sylvio interprete.

Irenæi Archiepiſcopi Tephrenſis, dis- cum Herbano Judæo Nicolao Gu- interprete.

H *Diony-*

Digitized by Google

Dionysii Archiepiscopi Alexandrini epi-
ola adversus Paulum Samosatensem Epi-
:opum Antiochiæ, Francisco Turriano in-
:rprete; Ejusdem ad Basilidem Episcopum
piſtola eodem interprete.

Procli Archiepiscopi Constantinopolitani
l Armenios de fide epistola, Antonio Agel-
o interprete.

Theodori Presbyteri Raithu de incarnatio-
e divina meditatio Francisco Turriano in-
:rprete.

Zachariæ Mitylenes Episcopi de mundi
pificio liber contra Philosophos, Gilberto
enebrardo interprete.

Theodori Abucaræ Episcopi Cariæ, varia
ontra hæreticos opuscula, Francisco Tur-
ano & Jacobo Gretsero interpretibus.

Theoriani Disputatio cum catholico Ar-
ieniorum Joanne Leunclavio interprete.

Leonis Papæ Romani epistola ad Flavia-
m latine & græce.

Leontii Byzantini Scholæ de sectarum
istoria interprete Leunclavio.

Constantini Hermenopuli de opinionibus
xreticorum eodem Leunclavio interprete.

S. Hilarii Pictavorum Episcopi ex sermo-
e, qui post Pentecosten in festo Trinitatis
nctæ recitatur.

Cæsarii fratris S. Gregorii Nazianzeni de variis quæstionibus dialogi 4. interprete Leunclavio

Sententiæ Sanctorum Patrum de venerandarum imaginum usu in septima Synodo comprobatæ, erutæ ex editione Parisiensi A. 1562. Guilielmo Morello interprete.

Dorothei Archimandritæ expositiones & doctrinæ diversæ de vita recte & pie instituenda, Hilarione Veronio interprete.

Marci Eremiæ opera quæ extant omnia Joanne Pico Senatus Parisiensis Præside interprete.

Hesychii Presbyteri ad Theodulum sermo compendiosus animæ perutilis eodem Joanne Pico interprete.

TOMO XII. continentur iterum græco-latina monumenta, scilicet

Antiochi S. Lauræ Abbatis Pandectes Scripturæ divinæ ad Eustachium Præpositum Godefrido Tilmanno interprete.

Jacobi Apostoli sacra Liturgia cum latina interpretatione ex editione Guil. Morelli Paris. A. 1560.

Marci Apostoli & Evangelistæ Liturgia una cum interpretatione ex editione Parisiensi Joannis a S. Andræa A. 1583.

Basi-

Basilii Cæsareæ Cappadociæ Archiepi:opi Liturgia cum interpretatione latina ientiani Herveti.

Joannis Chrysostomi Liturgia seu divini sa:rificii ritus, cum latina interpretatione ejusdem Herveti.

Officium de mysteriis ante consecratis Sanctæ Quadragesimæ; & Liturgia mysteriorum ante consecratorum; cum interpretatione latina Gilberti Genebrardi.

Sacra Liturgia seu Missa Apostolica S. *Petri*, cum canone latino sanctæ Ecclesiæ Romanæ ex editione Parisiensi Federici Morelli A. 1595.

Gregorii Papæ Missa græcè & latinè ex editione Federici Morelli Typographi Regii.

Germani Patriarchæ Constantinopolitani rerum ecclesiasticarum contemplatio, Gentiano Herveto interprete.

Maximi de ecclesiastica mystagogia, sive Liturgiæ expositio Gentiano Herveto interprete.

Nicolai Cabasilæ compendiosa expositio sacræ Liturgiæ, sive divini Sacrificii, Gent. Herveto interprete.

Nicolai Episcopi Methonensis ad eos, qui hæsitant, ajuntque consecratum panem non esse corpus Christi, eod. Herveto interprete.

Digitized by Google

Samonæ Gazæ Archiepiſcopi, diſceptatio de euchariſtia cum Achmed Sarraceno, Gentiano Herveto interprete.

Niteræ de ordine, qui obſervatur, cum quis a Saraceniſmo transfugit ex theſauro fidei orthodoxæ fragmentum, Petro Morello interprete.

Euthymii Monachi Ismaëlitarum confutatio ex ejus panoplia Joanne Jacobo Beurero interprete.

Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani laudatio trium Pontificum orbis terræ doctorum, Jacobo Pontano interprete.

Hippolyti Epiſcopi & Martyris oratio de conſummatione mundi & de Antichriſto, Joanne Pico interprete.

Agapeti Diaconi ad Juſtinianum capita admonitoria ex orthodoxographorum editione.

Æneæ Gazæi Theophraſtus ſive de animarum immortalitate ex editione Germanica Gesneri.

Heſychii Presbyteri Hieroſolymitani homilia de S. Maria Deipara Joanne Pico interprete.

Chryſippi Presbyteri Hieroſolymitani, de S. Maria Deipara homilia, eodem Pico interprete.

Andreæ

Digitized by Google

Andreæ Hieroſolymitani Archiepiſcopi in S. Mariæ Deiparæ ſalutationem ſermo, ex editione Baſileenſi orthodoxographorum anni 1569.

Pantaleontis magnæ eccleſiæ Diaconi de uminibus ſanctis ſermo, ex eadem editione Baſileenſi.

Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolitani encomium in ſanctiſſimam Deiparam Petro Pantino Decano Bruxellenſi interprete; Ejusdem oratio in ſanctam nativitatem Deiparæ Virginis Andrea Schotto interprete; Ejusdem in beatam Deiparæ Virginis dormitionem oratio, eodem Andr. Schotto interprete.

Nemeſii Epiſcopi Emiſſeni & Philoſophi Chriſtiani de natura hominis liber, latine converſus a Nicaſio Ellebodio.

TOMO XIII. continentur iterum græco-latina monumenta, nempe:

Aſterii Epiſcopi Amaſeæ homiliæ V. Philippo Rubenio interprete.

Olympiodori in Eccleſiaſten Salomonis commentarii, Zenobio Acciaiolo Florentino, interprete.

Expoſitio Cantici Canticorum per paraphraſin collecta ex *S. Gregorii Nyſſeni*, *S. Nili*

&

& S. Maximi commentariis Franciſco Zino interprete.

Pſelli expoſitio altera ejusdem Cantici verſibus politicis edita, eodem interprete.

Titi Boſtrorum Epiſcopi expoſitio in Evangelium ſecundum Lucam Theodoro Peltano interprete.

Amphilochii Epiſcopi Iconii de occurſu Domini oratio Laurentio Sifano interprete.

Timothei Presbyteri Hieroſolymitani oratio de Symeone Dei ſuſceptore, eod. Sifano interprete.

Cyrilli Archiepiſcopi Hieroſolymorum oratio de occurſu Domini & Symeone, eodem interprete.

Ariſteæ de legis divinæ ex hebraica lingva in græcam translatione per LXX. Interpretes ad Philocratem hiſtoria, Matthia Garbitio interprete.

Palladii Epiſcopi Helenopolitani hiſtoria Lauſiaca, Gentiano Herveto interprete.

Joannis Moſchi pratum ſpirituale, Ambroſio Camuldulenſi interprete.

Nili Monachi capita paræneticaex Orthodoxographis in Germania editis.

Thalaſſii Abbatis Centuriæ IV. de charitate & continentia.

In S. Ignatii Martyris epiſtolas Annotatio-

Digitized by Google

tiones & ſcholia Hieronymi Vairlenii & Martialis Mæſtræi.

In epiſtolam S. Dionyſii Alexandrini ſcholia Franciſci Turiani Societ. Jeſu Theologi.

In Diſputationem Zachariæ Scholaſtici Chriſtiani notæ Frontonis Ducæi.

Notæ Frontonis Ducæi in homilias Aſterii & in hiſtoriam Lauſiacam Palladii Heleno-politani.

TOMO XIV. continentur poëmata græco-latina,

Sibyllinorum Oraculorum libri 8. adjectis quibusdam earundem Sibyllarum oraculis ex Lactantio & aliis.

Homerici Centones *Eudociæ* Auguſtæ adſcripti.

Ezekieli Poëtæ Chriſtiani fragmenta ex libris Euſebii Cæſarienſis.

Apollinarii interpretatio græca Pſalterii Davidis.

Nonni Panopolitani paraphraſis græca Evangelii S. Johannis.

Georgii Piſidæ Mundi opificium.

Joannis Geometræ hymni varii.

TOMO XV. continentur monumenta quædam

Arno-

Arnobii Senioris, Apollinaris Sidonii, Oroſii, Ennodii, Arnobii junioris, Goffridi Vindocinenſis, Methodii, Hippolyti, Ampbilochii, Euſebii Vercellenſis, Pachomii, Tetradii, Paterii, Orientii, Procli, Vigilii, Anaſtaſii Theopolitani & Cyrilli Alexandrini, Galli Confeſſoris, Columbani, Andreæ Hieroſolymitani, Benedicti Abbatis, Evantii, Marcellini Comitis, Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani, Anſelmi Lucenſis, Johannis Calecæ, Johannis Xiphilini, Guigonis Carthuſiani, Michaëlis Glycæ, iterum *Oroſii, Auguſtini, Procli, Proſperi, Arnobii Afri, Heſychii Hieroſolymitani, Severini*, iterum *Methodii* cujusdam, *Euſebii* cujusdam, *Neropii Paulini & Theraſiæ* cujusdam, *Eutropii Abbatis, Porcarii, Sedati, Pauli Diaconi, Maximi Planudis, Baſilii Monachi, Johannis Carpathii, Theodori Edeſſeni, Eliæ Presbyteri, Petri Abbatis, Leonis Imperatoris, Theolepti, Simeonis Theſſalonicenſis* & quorundam Anonymorum. Sunt autem ſcripta horum Autorum hoc tomo contenta prorſus eadem cum illis, quæ in tomo primo Supplementi bibliothecæ Patrum per Ægidium Morellium A.C. 1639. editi, eodem plane ordine leguntur. Quamobrem opus eſſe non putamus, ut illa ſcripta hic iterum recenſeamus.

TOMO

Digitized by Google

TOMO XVI. continentur Scripta quæ-
am *Leontii, Marckulphi, Bonifacii* Germa-
orum Apoſtoli, *Freculphi Lexovienſis, Theo-
ulphi Aurelianenſis, Chriſtiani Druthmari,
Hincmari* Epiſcopi Remenſis, *Flodoardi* Pres-
yteri Remenſis, *Sonnacii, Hippolyti Theba-
ni, Leidradi Lugdunenſis, Theophanis Cera-
mei, Petri Siculi & Salomonis Conſtantienſis.*
Quorum ſcripta hic recenſere ſuperſedemus,
cum ſint eadem prorſus cum illis, quæ tomo
ſecundo Supplementi Morelliani modo lau-
dati & jam ſupra a nobis recenſiti eodem or-
dine leguntur.

TOMO XVII. eoque ultimo magnæ Pa-
trum bibliothecæ Pariſienſis varii indices
comprehenduntur, primus rerum & verbo-
rum memorabilium, quæ in tomis 16. con-
tinentur, ſecundus locorum ſacræ Scripturæ
explicatorum, tertius chronologicus Auto-
rum & opuſculorum in hac bibliotheca col-
lectorum, quartus eorundem Autorum &
opuſculorum alphabeticus, & quintus loco-
rum communium in novem claſſes diſtin-
ctus, & ſextus denique erratorum. Et
varia quidem Bignæi & aliorum errata
in chronologico & alphabetico indice
emendantur. Nonnunquam autem biblio-
thecæ hujus editores ſuos ipſorum errores
corri-

corrigunt. Nam in indice, qui præmissus est tomo XV. Neropium Paulinum & Therasiam ad incertæ ætatis Scriptores referunt, quos in chronologico indice ad quintum Seculum referunt & Augustino coævos statuunt. Berengosum autem, quem in chronologico indice ad VII. seculum retulerant in alphabetico indice ad duodecimum seculum detrudunt. Cæterum satis negligenter hanc bibliothecam Patrum tractarunt, qui ejus curam habuerunt. Cum enim tomo XI. XII. & XIII. scripta illa græco-latina exhibere voluerint, quæ in duplici Auctario Parisiis 1624. edito & superius a nobis recensito, prodierant, omiserunt Athenagoræ tractatum de resurrectione mortuorum & ejusdem apologiam pro Christianis, nec non Theophili Antiocheni Episcopi libros 3. ad Autolycum contra christianæ religionis calumniatores, Tatiani orationem contra Græcos, & Hermiæ irrisionem Philosophorum gentilium, nisi forte illa horum autorum omissio ob causas quas perspicere non possumus, facta fuerit. Notamus præterea fallere hujus editionis curatores, cum Olympiodori, Titi Bostrensis & aliorum quorundam textum græcum nunc demum a se appositum jactant, cum ille jam in prædicto Aucta-

Digitized by Google

uctario ante triginta annos appositus fuis-
et. Miramur insuper, cum hæc bibliotheca
atrum A. C. 1654. edita fuerit, quod in ea
ulla ratio habita fuerit novi Auctarii Com-
efisiani, quod jam A. C. 1648. in lucem pro-
ierat.

X. Nimirum Franciscus Combefisius S.
heol. Professor Ordinis FF. Prædicatorum
Conventu S. Mariæ Annunciatæ Paris.
ongregationis S. Ludovici, cujus elogium
erraultus in tractatu de illustribus Galliæ
iris tom. II. p. 48. consignavit, anno prædi-
o 1648. Parisiis edidit *græco latinæ Patrum*
bliothecæ novum auctarium, cujus tomus
imus exegeticus, alter historicus & dogma-
us est.

TOMO I. quem exegeticum nominat,
ntinentur:

Asterii Amaseæ Episcopi Orationes in Di-
em & Lazarum, in Lucæ evangelium de
conomo iniquitatis, adversus avaritiam,
festum Kalendarum, in locum Evangelii
tthæi: *an liceat uxorem dimittere ex qua-*
que causa; Ejusdem in Prophetam Da-
lem & in Susannam, in Cœcum a nativi-
e, in Principes Apostolorum Petrum &
lum, in S. Martyrem Phocam; Ejusdem

Digitized by Google

laudatio in ſanctos Martyres, Enarratio martyrii S. Euphemiæ, & Excerpta Photiana.

Ex S. *Nicephori* Antirrhetico Vindicatio loci Aſterii ex homilia in Divitem & Lazarum.

Ex *Photii* Amphilochianis dubiis, quot fuerint Aſterii.

Aſterii Amaſeæ Epiſcopi laudatio in Protomartyrem Stephanum, a Vinc. Riccardo ſub Procli nomine edita.

Procli laudatio in S. Dei Genitricem, de incarnatione Domini noſtri & de Infuſoriis, de incarnatione ſive in Domini diem natalem, iterum in natalem diem Domini; laudatio in S. Dei Genitricem, laudatio S. Dei Genitricis adhuc alia, in S. Theophania, in transfigurationem Domini, in feſtum Palmarum, in S. Quintam feriam, in Dominicam paſſionem magna ſexta Paraſceves, in Dominicam reſurrectionem, in ſanctum Paſcha, in ſanctum Paſcha iterum, in ſanctum Paſcha & illud: *in principio erat Verbum*, in ſanctam Pentecoſtem, in S. Protomartyrem Stephanum, laudatio S. Pauli, laudatio S. Andreæ, & laudatio S. Johannis Chryſoſtomi.

Athanaſii Alexandriæ Archiepiſcopi in feſtum Occurſus vel Purificationis, in ſanctum

Digitized by Google

ctum Paſcha, in ſanctum Paſcha & in recens baptizatos Sabbatho in Albis, in Dominicam aſſumptionem.

Baſilii Seleuciæ in ſanctiſſimam Dei Genitricem.

Johannis Chryſoſtomi in feſtum Annunciationis, quam videri alterius Combefiſius dicit.

Cyrilli Hieroſolymitani de occurſu Domini.

Titi Boſtrenſis in feſtum Palmarum.

Eulogii in ramos Palmarum.

Leontii Neapolis Cypri Epiſcopi in Simeonem, quando Dominum in ulnas ſuſcepit; item in feſtum Mediæ-pentecoſtes.

Leontii Presbyteri CP. in feſtum Mediæpentecoſtes, & in Cœcum a nativitate.

Heſychii Presbyteri Hieroſolymitani de reſurrectione Domini noſtri Jeſu Chriſti, quodque non diſſideant Evangeliſtæ.

Euſebii Pamphili in illud: *ſero Sabbathorum*; item de Angelis viſis in monumento.

Joannis Theſſalonicenſis in mulieres ferentes ungventa, & quod nulla ſit diſſenſio in Evangeliſtis.

Gregorii Antiocheni in mulieres ferentes ungventa, inque ſepulturam Domini.

Anaſtaſii Antiocheni in Annunciationem

S. Dei Genitricis; item in Dominicam transfigurationem.

Anastasii Sinaitæ de sacra synaxi; item in Psalmum sextum, & in eundem Psalmum nova editio.

Georgii Metropolitæ Nicomediensis in oraculum Conceptionis S. Deiparæ, in conceptionem S. Annæ matris S. Deiparæ, item in conceptionem & nativitatem S. Dei Genitricis Mariæ.

Georgii Chartophylacis, qui est ipse Nicomediensis Metropolita, in S. Mariæ præsentationem in templo, utque Deo consecrata sit juxta historiam, in S. Dei Genitricis ingressum in templum ac Sancta, in eandem solemnitatem ac ea, quæ deinceps historia habet, in illud: *Stabant juxta crucem Jesu mater ejus &c.* in S. Mariæ assistentiam in sepulchro, & gratiarum actio pro glorioſa resurrectione, inque SS. gratuitos medicos Cosmam & Damianum. Idiomela in festum præsentationis S. Mariæ, in S. Johannem Chrysostomum, & in SS. Patres qui Nicæam convenerunt.

Jacobi Monachi in nativitatem sanctissimæ Dei Genitricis.

Andreæ Cretensis in S. Mariæ nativitatem prima & secunda, item in decollationem S. Johan-

Johannis Baptiſtæ. Idiomelon in feſtum Annunciationis.

Incerti Autoris luculentiſſima laudatio S. Johannis Baptiſtæ.

S. Germani Patriarchæ CP. in præſentationem S. Mariæ, item in S. Mariæ Annunciationem, & Aſſumptionem.

Germani Patriarchæ CP. in divini corpois Domini noſtri ſepulturam.

Michaelis Syncelli laudatio in SS. Dei Angelos & Archangelos.

Photii Patriarchæ CP. in S. Mariæ natam diem.

Leonis Auguſti in nativitatem S. Mariæ, in usdem præſentationem ac adductionem in ancta, & in Annunciationem ejusdem; item Dominicam præſentationem, in feſtum almarum ac Domini triumphi ſpecie Hieſolymam ingreſſum, in Domini ſepultum, in Dominicam reſurrectionem, in censionem Domini, in Pentecoſten, & in Mariæ dormitionem.

Pantaleontis Diaconi magnæ Eccleſiæ in ominicam transfigurationem 2. homiliæ.

Notæ ubique ac animadverſiones, quanque etiam protractiori diſputatione.

TOMO II. quem hiſtoricum ac doaticum vocat, continentur

Hiſtoria Monothelitarum hæreſis, ac ſextæ in eos Synodi; ejusque actorum vindiciæ.

Agathonis Diaconi ac Scribæ concilii peroratio ad acta ſecundo a ſe deſcripta, ubi Bardanes exemplar, quod in Palatio repoſitum erat, flammis tradidiſſet.

Joannis Conſtantinopolitani apologia ad Conſtantinum Papam, pro iis, quæ ſub præfato Bardane geſta ſunt adverſus eandem Synodum.

Andreæ Cretenſis Jambi euchariſtici ad Agathonem Diaconum, pro commodatis ad exſcribendum actis Synodicis.

Collatio actorum ejusdem Synodi.

Anonymi de Jacobitarum & Chatzitzariorum hæreſi tractatus.

Narratio de rebus Armeniæ a S. Gregorio ad ultimum eorum ſchiſma, ubi ſucceſſio eorum qui Catholici, quos vocant, interim eis præfuerunt, Regum item Perſarum & Armeniorum.

Johannis Archiepiſcopi Nicæni de nativitate Domini, ac quandonam feſtum illud ſeorſim a feſto Epiphaniæ cœperit celebrari, ad Zachariam Catholicum majoris Armeniæ.

Iſaac Armeniorum Catholici invectiva adverſus Armeniorum errores prima & ſecunda.

Maxi-

Digitized by Google

Maximi de duabus naturis.

Timothei Presbyteri CP. de iis, qui accedunt ad ſanctam eccleſiam.

Johannis Damaſceni de duabus in Chriſto voluntatibus & operationibus.

Gregorii Presbyteri Cæſareæ Cappadociæ oratio in ſanctos Patres, qui Nicæam convenerunt.

Acta Nicænæ Synodi autore anonymo.

Nicephori ſynopſis ſex Synodorum ex ejus Antirrheticis.

Hiſtoria imaginis Salvatoris, quam *ἀντιφωνητὴν* dicunt.

De imagine Salvatoris in puteo magnæ Eccleſiæ.

Johannis Damaſceni (alias Johannis Hieroſolymitani) oratio demonſtrativa in Conſtantinum Cabalinum pro ſacris imaginibus.

Oratio hiſtorica in feſtum reſtitutionis imaginum.

Oratio hiſtorica in depoſitionem veſtis S. Mariæ.

Encomium in depoſitionem Zonæ S. Mariæ.

Oratio hiſtorica in feſtum S. Mariæ, quod *τῆς ἀκαθίςου* vocant, in memoriam ſæpius liberatæ urbis regiæ a Barbaris ejus ope.

Hippolyti de duodecim Apoſtolis.

Naucratii Confessoris Encyclica epistola super obitu Theodori Studitæ.

Nicolai Studitæ Confessoris egregii sub pluribus Iconoclastis, ac demum grassante Photio, vita.

Lucæ Junioris miraculorum patratoris vita, ubi multa de Bulgarorum infestatione.

Georgii Metochitæ Confessoris expositio epistolæ S. Maximi ad Marinum de processione Spiritus Sancti; ipsaque S. *Maximi* epistola contra Schismaticos.

Manuelis Palæologi in Theodorum Despotam Peloponnesi ejus fratrem.

Demetrii Cydonii oratio deliberativa ad Græcos pro Latinorum recipiendo subsidio; Ejusdem deliberativa altera de non reddenda Callipoli petente Amurate.

Versio ubique nova, ac difficiliora quæque notis illustrata.

XI. Idem Franciscus Combefisius A. C. 1672. Parisiis typis Caroli Fosset, & sumptibus Ægidii Hotot edidit: *Bibliothecæ Græcorum Patrum auctarium novissimum, in quo varia Scriptorum Ecclesiasticorum antiquioris, medii & vergentis ævi opuscula*; quod iterum in duas partes divisit.

Et quidem PARTE I. continentur

Fla-

Digitized by Google

Flavii Josephi de imperio rationis liber in laudem Machabæorum.

Hippolyti Episcopi & Martyris demonstratio de Antichristo, item in Susannam.

Methodii Episcopi & Martyris convivium decem Virginum.

Clementis Stromatei liber, *quis dives salvetur*; Ejusdem Electa ex Scripturis Prophetarum.

Severiani Gabalorum Episcopi de mundi creatione orationes VI. Ejusdem excerpta alia.

Irenæi Lugdun. Episcopi Symbolæ, & Epiphanii Cypri unica.

Magni Arsenii doctrina & exhortatio.

Nili capita de octo vitiis.

B. Hyperichii Monachorum adhortatio.

Narratio rei gestæ Carthagine Niceta Patritio.

Nicetæ Paphlagonis singulorum XII. Apostolorum singulæ orationes Encomiasticæ; Ejusdem Marci Evangelistæ laudatio; (accedit Cyrilli Alexandrini in Marci evangelium prooemium:) Ejusdem Nicetæ in Deiparæ diem natalem, in crucis exaltationem, S. Protomartyris & Apostoli Theclæ, & S. Anastasiæ Virginis panegyrici.

Commentarius rerum Lucæ Evangelistæ,

Digitized by Google

item rerum Jacobi, fratris Domini & Episcopi Hierosolymitani.

Photii Patriarchæ Constantinopolitani ad Episcopum Aquilejensem epistola, primum græce data; Ejusdem orationum, quæ plures non editæ Moschi habentur, tituli ac capita.

PARTE II. Auctarii novissimi comprehenduntur

Alexandri Lycopolitæ conversi ex Gentibus placita Manichæorum.

Didymus Alexandrinus adversus Manichæos.

Manuelis Calecæ Ord. Prædic. de essentia & operatione contra Palamitas.

Joannis Cyparissiotæ dicti Sapientis, Palamiticarum transgressionum λόγοι I. & IV.

Gregorii Palamæ in Dominicam transfigurationem Oratio 1. & 2.

Pseudosynodus Palamitica Nicephoro Calixto Patriarcha, Cantacuzeno Imperatore.

Manuelis Calecæ de principiis fidei orthodoxæ.

Scriptores hos Græcos in auctario novo & novissimo editos nova ubique versione donavit, & ubi visum, notis suis illustravit Combefisius, quæ non omnibus eruditis placue-

Digitized by Goog

cuerunt. Sane ejus gloſſas in Leontii homiliam in mediam Pentecoſten & in cœcum a nativitate ſatis acerbe perſtringit Lambecius biblioth. Vindob. lib. IV. p. 70. cui cenſuræ hoc proœmium præmittit: *edidit quidem hanc Leontii orationem Franciſcus Combefiſius, Monachus Dominicanus Pariſienſis, homo inſolentiſſimus atque maledicentiſſimus Tomo primo Auctarii Bibliothecæ Patrum græco-latinæ Pariſinæ a columna 719. usque ad columnam 798. ſed more ſuo, hoc eſt, cum variis ineptis conjecturis & pravis minimèque neceſſariis emendationibus; ideoque utilitatis publicæ intereſt, ut tota illa Combefiſiana editio cum pervetuſto hoc codice MSto Cæſareo poſthac diligenter & accurate conferatur.* Quibus præmiſſis errorum a Combefiſio in hac Leontianæ homiliæ editione commiſſorum ſpecimina ſubjungit, quæ ibi videri poterunt. Imprimis vero Combefiſio infenſus etiam eſt Theophilus Raynaudus, qui pro graviſſima, quæ Jeſuitas inter & Dominicanos intercedit, antipathia, in tractatu de Cyriacorum h. e. Dominicanorum immunitate a cenſura in Combefiſianum auctarium paſſim invehitur. Nam p. 271. reprehendit Combefiſium, quod in hiſtoria Monotheletarum & in notis ad Gregorii Nicomedienſis oratio-

Digitized by Google

orationem de conceptione Deiparæ festum immaculatæ conceptionis Deiparæ allatraverit. Qua in re Combefisii potius quam Raynaudi sententiam approbamus. Pag. 273. notat Combefisium, quod in notis ad Anonymi acta apud Nicæam Martyrologium a Baronio editum non Romanæ ecclesiæ sed Baronii Martyrologium esse dixerit, & errores quosdam in illo deprehendi notaverit. Id vero mirum Raynaudo videri non debet. Nam etiam Lucas Holstenius cum actis Perpetuæ & Felicitatis animadversiones quasdam in illud Martyrologium edidit. Johannes quoque Launojus passim in suis scriptis corruptelas hujus Martyrologii animadvertit, ex quibus nonnulla repetit Joh. Dallæus in tractatu de usu Patrum p. 95. ut Ferrarium, qui nonnulla in hoc Martyrologio emendanda ad calcem novæ suæ topographiæ in subjecto indice proposuit, aliosq; taceamus. Singulos errores, quos Combefilius in hoc martyrologio notavit, ad examen vocare instituti nostri ratio non patitur. Unum tantum speciminis loco adduxisse sufficiat. Notat igitur Combefilius perperam in Romano Baronii Martyrologio S. Synoridem inter Martyres positam fuisse. Cum enim Chrysostomus in homilia IV. de Lazaro scripserit,

Digitized by Goog

rit, memoriam Babylæ καὶ ξυνωρίδος τῶν ἁγίων μαρτύρων h. e. & bigæ ſanctorum Martyrum (per quos Juventinum & Maximum intellexit) recolendam eſſe, Galeſinius ex voce συνωρίδος vel attice ξυνωρίδος, quæ apud Græcos bigam vel currum bijugum ſignificat, virginem Antiochenam nomine Synoridem confinxit. Quem errorem etiam Baronius in ſuo Martyrologio ſervavit. Nec diffiteri poteſt Raynaudus Synoridem in Chryſoſtomi homilia abEraſmo per bigam verti. Agnoſcit etiam ab Hieronymo Probam aviam & Julianam Demetriadis matrem ſanctam Xynoridem h. e. ſanctam bigam vocari, ſicut etiam Nazianzenus in oratione de Baſilio ſe & Baſilium Synorida appellavit. Unde & apud Chryſoſtomum per Synoridem binarium numerum Martyrum, qui cum Babyla paſſi ſunt, intelligi poſſe non inficiatur. Et quamvis poſtea addat, nihil obſtare, quo minus vox Synoridos, etſi alias in appellativa ſignificatione vulgo bigam ſignificet, apud Chryſoſtomum l. c. unam ex ſanctis cœlitibus denotare poſſit, concedit tamen tandem Combefiſio, Xynoridem in illo Chryſoſtomi loco non eſſe cœlitis nomen. Interim Combefiſium mendacii arguit, quod in Romano Baronii martyrologio ſanctæ Synoridos nomen

Digitized by Google

men legi dixerit. *Ubi*, inquit, *in Romanis, quas adversarius Baronio tribuit, tabulis sancta Synoris?* Et fatendum est, in posterioribus Baroniani Martyrologii editionibus Synoridos nomen non amplius deprehendi. Verum sciendum est, omnino Baronium in prima sui Martyrologii editione Synoridos tanquam alicujus Martyris meminisse, etsi postea a Nicolao Fabro aliisque amicis admonitus Synoridem suam in nihilum, unde malis avibus venerat, retro egerit, ut notavit Franciscus Maria Florentinius in admonitionibus, quas Hieronymi Martyrologio præmisit admonit. XI. p. 51. Pag. 274. displicet Raynaudo, quod Combefilius in notis ad Asterii orationem de Phoca miraculum illud in dubium vocaverit, quod in Baronii martyrologio d. 5. Mart. de Phoca his verbis refertur: *si quispiam a serpente morsus fuerit, ut januam basilicæ Martyris* (nempe Phocæ) *credens attigerit, confestim evacuata virtute veneni sanatur.* Combefilius enim ait, nihil horum apud quenquam extare, nisi apud Baronium divinantem, ac Surium ex illo describentem. Et in eo quidem lapsus est Combefilius, quod Surium ex Baronio descripsisse hæc dicat, cum Surius prius ex vivis excesserit, quam Baronius quicquam ede-

Digitized by Google

ederet. Rem tamen ipſam quantum attinet, Combefiſium eo nomine culpare non poſſumus, quod narrationem illam fabulis accenſendam putaverit. Pag. 276. ſuccenſet Combefiſio, quod in tract. pro actis VI. Synodi Pontificem Honorium pro hæretico damnatum aſſeruerit, & excuſationes Johannis IV. & Maximi Monachi & Martyris pro Honorio tanquam leves & ad depellendam ab Honorio labem inſufficientes judicaverit. Verum Honorium Monotheletarum hæreſi infectum fuiſſe, Combefiſio facile credimus. Pag. 280. Combefiſium reprehendit, quod in notis ad S. Germani orationem in mulieres unguentiferas ſtatuerit, B. Virginem Mariam tempore mortis Chriſti infidelitate ſaltem negativa laboraſſe. Quam ſententiam ut non probamus, ita nec cum Raynaudo Mariam ab omni peccato abſolvendam arbitramur. Pag. 282. accuſat Combefiſium, quod nimis contemptim de Chryſoſtomo locutus fuerit, ac inter alia ipſi imprudentiam, ingenii aſperitatem, lingvæ intemperantiam & nimiam in concionibus acerbitatem & ruſticitatem exprobraverit, quæ in cauſa fuerint, quod ab Epiſcopis ſacerdotio exactus, albo Epiſcoporum expunctus, & ſerius in ſacra diptycha relatus fuerit. Cauſam vero tanti odii adverſus Chry-

Digitized by Google

Chryſoſtomum in Combefiſio hanc fuiſſe ſuſpicatur Jeſuita, quod Chryſoſtomus in nonnullis doctrinæ capitibus à Dominicanis diſſenſerit. Nos ut Chryſoſtomũ nævos ſuos habuiſſe haud negamus, ita Combefiſium in reprehendendo Chryſoſtomo modum exceſſiſſe, nec omnia, quæ cum Chryſoſtomo acta ſunt, ſatis bona fide retuliſſe agnoſcimus. Pag. 283. improbat in Combefiſio, quod Martinum I. Papam in rejiciendo Conſtantis Imperatoris Typo nimiæ rigiditatis & acciti ſibi eam ob cauſam interitus damnaverit; quo in judicio ipſum potius Combefiſium nimis rigidum Martini cenſorem egiſſe non inficiamur. Pag. 285. monet, quod Combefiſius in notis ad Anaſtaſii homiliam in Pſalmum VI. perperam hanc ipſam homiliam nimiæ prolixitatis arguerit, ut & violati per aſſumenta ſua decori in narratione de S. Johanne Evangeliſta, in revocationem juvenis cujusdam ad bonam frugem intento. Addit tamen Raynaudus, longe truculentius & in Anaſtaſium & in alios Patres in bibliotheca Patrum comprehenſos graſſatum fuiſſe alium ejusdem ordinis Dominicani ſocium Johannem Mariam Braſichellenſem, qui plurima Anaſtaſii loca caute legenda monuerit, & ubi non eſt timor, timuerit. Narrationem

Digitized by Google

iem autem de Johanne Evangeliſta, qua de-
:orum ab Anaſtaſio violatum Combefiſius
udicavit, quantum attinet, non ſolus Ana-
taſius illam retulit, ſed etiam Clemens Ale-
:andrinus, non quidem in libris Stromatum,
it Anaſtaſius putavit, ſed in libello de divi-
um ſalute, quem ante ſexennium in ſup-
lemento operum Clementis Alexandrini
;ræce & latinè poſt alios iterum edidimus,
tem Euſebius lib. III. hiſtor. eccleſ. c. 23.
Chryſoſtomus in paræneſi priori ad Theo-
lorum lapſum, Antiochus homil. 122. qui
ianc hiſtoriam tanquam ex Irenæo hauſtam
rofert, & Simeon Metaphraſtes. Si Baro-
iio fides adhibenda eſſet in annal. A. C. 98.
& Caniſio in nota marginali ad Anaſtaſii ho-
niliam in Pſalm 6. quærenda eſſet hæc hi-
:oria etiam apud Caſſianum collat. XXIV.
.21. Verum ibi alia de Johanne hiſtoriola
ecenſetur, non illa de latrone per Johan-
em converſo, de qua nunc agimus, & quam
Combefiſio ſuſpectam fuiſſe ægre fert Ray-
iaudus. Nos cuilibet liberum de hac hiſto-
ia, quæ forte nec tota falſa, nec tota quoad
mnes circumſtantias vera eſt, judicium re-
inquimus. Pag. 299. Raynaudus Combefi-
ium carpit, quod tractatum de paſſione ima-
inis Domini ſeu de ſangvine, qui Beryti ex

 cruci-

crucifixi imagine manasse dicitur, scriptum Athanasii genuinum esse censeat, cum Bellarminus de Scriptoribus eccles. *in Athanas.* & Baronius in Martyrologio d. 9. Novemb. & in annalibus ad A. C. 765. adulterationem hujus libelli detexerint. Nec tantum a Raynaudo sed etiam a pluribus aliis hoc Combefisii judicium improbatur. Quamvis enim Combefisius in auctario novo parte II. p. 660. Bellarmini & Baronii rationes infirmas esse contendat & miretur, historiæ patrem nempe Baronium tam futilibus argumentis opinationes suas stabilire, seu potius ridiculas facere, contra tamen Natalis Alexander seculo IV. part. I. p. 453. vehementer miratur, quod Combefisius hunc libellum Athanasio vindicare tentaverit, & ad objectam a Combefisio Synodi Nicenæ II. autoritatem respondet, quod Patres illius Synodi in Critica sacra peritissimos fuisse, nemo sibi persvaserit, qui illius acta attentius legerit, cum plures historias apocryphas laudaverint, nec inquisiverint in autores tractatuum, testimoniorum & narrationum, quas in suis codicibus descriptas habuerunt, sed simpliciter eas protulerint sub nominibus eorum quibus inscribebantur, de traditione & fide ecclesiarum quam de quæstionibus

Digitized by Goo

nibus ejusmodi criticis magis ſoliciti. Porro ad objectam a Combefiſio autoritatem fragmenti concilii Cæſarienſis in Cappadocia, ex quo Petrum Nicomedienſem præfatum libellum S. Athanaſio in frequenti Patrum conſeſſu vindicaſſe conſtet, reſpondet Natalis Alexander, fragmentum hoc æque apocryphum eſſe, & omni retro antiquitati ignotam eſſe Cæſarienſem illam Synodum, in qua de ſangvine lateris Domini noſtri Jeſu Chriſti quæſtio mota ſit. Conferatur etiam Lambecius Tom. I. bibliothecæ Vindob. p. 124. ubi Athanaſium hujus libelli autorem non magnum illum Athanaſium Alexandrinæ eccleſiæ IV. ſeculo Epiſcopum, ſed alium longe juniorem fuiſſe probat, item Tom. IV. biblioth. Vindob. p. 67, & 68. item p. 100. 101. & 201. & Tom. VIII. p. 325. & 350. ubi ait, ea quæ Combefiſius contra Baronium & Belarminum ſolita virulentia & maligna calumniandi libidine deblaterat, dum lectori fruſtra perſvadere conatur, quod hiſtoriæ miraculi Dominicæ imaginis Berytienſis autor ſit ipſe Magnus Athanaſius Archiepiſcopus Alexandrinus, non autem Athanaſius aliquis junior, adeo futilia eſſe, ſeu potius ridicula, ut ulla refutatione indigna ſint. Unicam adhuc Raynaudi de Combefiſio querelam

Digitized by Google

lam addo, quæ extat in diatriba VII. de Cyriacis p. 302. ſeq. ubi Combefiſii in plurimos celeberrimos Scriptores mordacitatem carpit, & non pauca mordacitatis illius ſpecimina ex novo Combefiſii auctario colligit, & imprimis dolet, ſcriptorem a Deo proviſum eccleſiæ, ut phalanges Centuriatorum profligaret, & Chriſtianæ hiſtoriæ plenam lucem offunderet, (Baronium intelligit,) tam propudioſe & petulanter ab homine eccleſiæ & religioſi ordinis ſocio (Combefiſio ſcilicet) haberi. Quin etiam admiratur, cum contra alios Baronii adverſarios Caſaubonum, Goldaſtum & alios ſtatim accurrerint pro Baronio Andreas Cydonius, Gretſerus, Rosweidus, Bulengerus, Spondanus & alii, nunc uno fraterculo (Combefiſio) tantum virum adeo infrunite lacerante nemo moveatur, nec quisquam Purpuratorum de protegendo Collega ſuo Baronio cogitationem ſuſcipiat. Unde Curiam Romanam ad arma contra Combefiſium concitat, *o mucro*, ajens, *mucro, usque quo quieſcis? evagina te ad occidendum, lima te, ut fulgeas*; Sed ſtatim claſſicum ſuum non exaudiri quiritatur. *Gladius* inquit pag. 303. *tam multos per longos ſyllabos quotannis conſodiens, hæret in vagina. Stertunt Vallicellani, & quaſi emarcuiſſet*

Digitized by Google

ſet nervus eorum, nemo de tanta luminis ſui obſcuratione, & contundendo obſcuratore ſolicitudine tangitur. Pontificii Cenſores, & ſacrorum tribunalium in biſce cauſis adminiſtri muti omnes. Cauſam addit, quod Magiſter Palatii, & S. Inquiſitionis Commiſſarius, & Secretarius Indicis Johannes Baptiſta Marinus ejusdem cum Combefiſio ordinis fuerint, & Marinus de hac ſodalis ſui in Baronium petulantia admonitus Harpocratem egerit, & mucronem Apoſtolicum ſilere voluerit. Quid dicturus fuiſſet Raynaudus, ſi ipſius ætate prodiiſſent Peraultii elogia Virorum illuſtrium, qui ſeculo XVII. in Gallia floruerunt, in quibus autor de Combefiſio judicat, quod non magis ob ſummam, qua polluit, eruditionem in catalogo eruditorum, quam ob prodigia pietatis in catalogo Sanctorum poni mereatur?

XII. Omnes, quas hactenus recenſui, bibliothecæ Patrum Baſileenſes, Tigurinæ & Pariſienſes excuſæ ſunt in forma majore ſeu in Folio, ut loqui amant, ſi unicam Baſileenſem nempe Fabricianam veterum Poëtarum chriſtianorum collectionem excipiamus, quæ in 4to prodiit. Et in hac forma nempe in 4to prodiit etiam Spicilegium Dacherianum ſeu

by Google

VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM, QUI IN GALLIÆ BIBLIOTHECIS, MAXIME BENEDICTINORUM SUPERSUNT, SPICILEGIUM, opera & ſtudio Domni D'ACHERII e congregatione S. Mauri Monachi Benedictini.

Et PRIMO quidem TOMO, qui Pariſiis A. C. 1655. lucem publicam adſpexit, continentur:

Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi lib. III. de inſtitutione Laicali.

Codegrandi Metenſ. Epiſcopi Regula Canonicorum.

Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi de ordine creaturarum liber.

Epiſtolæ *Quiricii* Barcilon. Epiſcopi, *S. Ildefonſi* Toletani Archiepiſcopi & *Idalii* Barcilon. Epiſcopi.

Ratrammi Corbejenſis Monachi de nativitate Chriſti opuſculum.

Iſaaci Lingonenſis Epiſcopi epiſtola prolixa in canonem Miſſæ.

Vetus Chronicon *S. Benigni* Divionenſ. ordinis S. Benedicti.

Joannis Monachi chronicon Beſuenſe ejusdem ordinis.

Obi-

Digitized by Google

Obiter autem notamus, in præfatione primi hujus tomi Centuriatores Magdeburgenſes præter meritum perduellium anteſignanos appellari. Si tali convitio digni ſunt Magdeburgenſes, quia docuerunt Bertramum, qui etiam Bertrannus, Ratramnus, Ratrannus & Rotrannus dicitur, ſemina tranſubſtantiationis habere, cum utatur vocibus commutationis & converſionis, quo convitio dignos judicabit illos Pontificios, qui Bertrami librum de corpore & ſangvine Domini doctrinæ Romanæ eccleſiæ de tranſubſtantiatione adverſari judicant? Quid dicet Dacherius de Sixto Senenſi, qui in præfatione bibliothecæ ſuæ ſanctæ tractatum unc ſub Bertrami nomine editum a Johane Hausſchein ſ. Oecolampadio Calviniſta ompoſitum cenſuit? Quid de Petro de Mara, qui non quidem a Calvinianis, attamen a riſcis hæreticis & nominatim ab Erigena coto hunc librum ſub Bertrami vel Ramni nomine confictum tradidit? Quid de urriano, qui contra Volanum libr. I. c. 22. cripſit, *Bertramum citare, nihil aliud eſſe, uam dicere Calvini hæreſin non eſſe novam?* Quid de Genebrardo, qui in ſua Chronographia Ratramnum inter IX. ſeculi hæreticos ollocat? Quid de Romanis Cenſoribus, qui

librum hunc Ratramni tanquam suppositi-tium & pernitiosum inter libros prohibitos retulerunt? Quid de Latino Latinio, homine docto quidem, sed ad stoliditatem usque superstitioso, qui cum Bertrami librum perlustrasset, nec recogitasset hunc librum in indice librorum prohibitorum hæreseos nomine notatum fuisse, postea errore illo agnito librum hunc projecit, & a Summo Pœnitentiario se absolvendum curavit, ut refert ipse Latinius in var. lect. correct. & animadv. in Sixti Senens. biblioth. S. p. 110. Unde etiam patet, non esse Dacherio causam, cur Usserio succenseat, quod Ratramnum in doctrina de eucharistia a Reformatorum partibus stare scripserit. Nam testimonia modo adducta ostendunt, non deesse inter ipsos Pontificios, qui Ratramni librum de corpore & sangvine Domini Calviniana hæresi scatere agnoscunt: Et quamvis Dacherius Usserium fraudis insimulet, quod in historia Gottschalci c. 11. falso scripserit, Ratramnum in libro de nativitate Christi eandem, quam in libro de corpore & sangvine Domini tradidit, doctrinam propugnasse, cum tamen in libro Ratramni de nativitate Christi, quem Dacherius in hoc primo Spicilegii sui tomo publicavit, ista de eucharistiæ sacramento con-

Digitized by Google

ontroverſia ne uno quidem apice attinga-
ur, reſpondet tamen Alixius in diſſertat. gall.
e libro Bertrami, nullam quidem mentio-
em euchariſtiæ fieri in opuſculo de Chriſti
ativitate, recte tamen Uſſerium dixiſſe, quod
atramnus vel Bertramus in libro de nativi-
ate Chriſti eandē ſententiam, quam in libro
e corpore & ſangvine Domini tradiderat,
ropugnet, cum utrobique aſſeruerit, unum
demque corpus non poſſe exiſtere in duo-
us locis. At Conringio in ſupplement. 39.
d antiquitates academicas veriſimile vide-
ur, quod Dacherius, cum Ratramni librum
le nativitate Chriſti ederet, id, quod Uſſe-
ius in MSCto ſuo de euchariſtia legerat, de
nduſtria omiſerit, cum non inſolitum ſit
Pontificiis ſcripta Veterum edentibus ea,
quæ non placent, omittere. Verane ſit an
alſa hæc Conringii de Dacherio conjectu-
a, illis explorandum relinquimus, quibus
MSCtos hujus libelli codices introſpiciendi
copia data fuerit. Occaſio autem quæ Ra-
tramnum movit, ut de nativitate Chriſti
ſcriberet, fuit controverſia de modo nativi-
tatis Chriſti, quæ tunc temporis agitata fuit.
Nonnulli enim aſſerebant Chriſtum com-
muni modo, ut reliqui homines, natum fuis-
ſe. Nonnulli vero contendebant, Chriſtum

ſingulari quodam modo & ita natum fuiſſe, ut B. Virginis uterus clauſus permaneret. Prioris ſententiæ Patroni verebantur, ne vera Chriſti humanitas periclitaretur, niſi communi modo natus diceretur. Poſterioris autē ſententiæ fautores metuebant, ne illibata Mariæ virginitas tolleretur, niſi Chriſtus per clauſum virginis uterum natus crederetur. Priorem ſententiam defendit Ratramnus in libro de nativitate Chriſti, poſteriorem Paſchaſius Ratbertus. Conferantur de hujus controverſiæ hiſtoria Mabillon ſeculo IV. Benedictino part. 2. in præfat. c. 3. & in annalibus Benedictinis Tom. II. A. C. 844. p. 652. 653. item Natalis Alexander ſecul. IX. & X. part. 2. diſſert. 13. p. 612. & ſeq. ubi inter alia notat, & Ratramnum falſo Germanis, contra quos ſcribit, imputaſſe, quod ſenſerint, Chriſtum non per viam communem, ſed per aliam corporis partem prodiiſſe, & Paſchaſium Ratramni mentem non recte percepiſſe, ideoque illi tribuiſſe, quod ſtatuerit, B. Virginem cum dolore peperiſſe, & genitale Matris ſecretum violatum fuiſſe, cum Ratramnus tantum ſtatuerit, Chriſtum non vere aperuiſſe vulvam, ſed tantum Chriſtum tam vere vulva matris ſuæ exiiſſe, ac ſi eam aperuiſſet.

TOMO

Digitized by Google

TOMO SECUNDO hujus Spicilegii, qui A. C. 1657. lucem publicam aſpexit, continentur

Ratramni Corbejenſis Monachi libri IV. contra Græcos.

Ratherii Veronenſis Epiſcopi opuſcula.

Arnulfi Lexovienſis Epiſcopi tractatus de ſchiſmate orto poſt Honorii II. deceſſum, contra Girardum Engoliſm. Epiſcopum.

Miſcellanea epiſtolarū numero LXXXVII.

Varia Galliæ Concilia.

Vita S. Romanæ Virgin. & Mart. nec non fundatio Abbatiæ S. Quintini Beluacenſis.

Vita Hildeburgis Dominæ Gallardonis.

Vita S. Petri de Chavanon Canonici Reg. Ord. S. Auguſt. fundatoris Abbatiæ de Piperaco.

Chronicon vetus S. Petri Vivi Senonen. auctore *Clario* Monacho.

Chronicon S. Medardi Sueſſionenſis.

Chronicon S. Dionyſii in Francia.

Fragmentum Chronici eccleſiæ Rotomag.

Addenda ſc. epiſtolæ prolixæ, altera *Hincmari* Remenſ. Archiepiſcopi, *Fulberti* Carnotenſis altera.

Legitur etiam hoc tomo poſt præfationem Petri de Marca Archiepiſcopi Toloſani epiſto-

epiſtola ad Dacherium, qua probare contendit, Ratramni tractatum de corpore & ſangvine Domini eſſe ſuppoſitum, & a Johanne Erigena Scoto ſub Ratramni nomine elucubratum. Quam ſententiam ejusque rationes refellit Mabillon ſeculo IV. Benedictino part. II. præfat. c. I. §. 6. Sed neſcio, cur Vir doctiſſimus dicat, quod ante A. C. 1657. quo Petri de Marca epiſtola prodiit recepta fuerit inter omnes catholicos ſententia, librum hunc Ratramni genuinum eſſe fœtum, cum tamen Sixtus Senenſis in præfatione bibliothecæ ſuæ multis ante A. C. 1657. annis hunc tractatum non Ratramno, ſed Oecolampadio Calviniſtæ adſcripſerit, & Cenſores quoque Tridentini multis annis antequam Petrus de Marca ſuam epiſtolam ſcriberet, hunc tractatum tanquam ſuppoſititium prohibuerint. Cæterum de Ratramni libris 4. contra Græcos, Ratherii Veronenſis opuſculis, Arnulphi Lexovienſis tractatu de ſchiſmate, aliisque monumentis hoc tomo comprehenſis Dacherius in præfatione ſua diſſerit. Inter miſcellanea epiſtolarum occurrit epiſtola Ernulfi Epiſcopi Roffenſis ad Walchelinum, qua ſatis prolixe de inceſtis conjugiis agitur, unde hæc epiſtola ob prolixitatem ſuam tomellus inſcribitur, item ejusdem Ernulfi

Digitized by Google

nulfi epiſtola ad Lambertum, qua ipſi ad varias quæſtiones reſpondet, nempe, cur corpus Chriſti in ſacramento altaris ſangvine tinctum porrigi non debeat? cur quarta pars hoſtiæ in calice ponatur? an corpus Domini ex toto an ex parte ſumatur? an corpus cum anima ſumatur? & denique quomodo intelligenda ſint verba Prophetæ dicentis: *quis ſcit, ſi convertatur & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem?* Joel. II, 14.

TERTIUS HUJUS SPICILEGII TOMUS prodiit A. C. 1659. & continet

Tractatum *Nicetii* Epiſcopi de vigiliis Servorum Dei; Ejusdem tractatum de bono Pſalmodiæ.

Theodori Studitæ ſermonem de S. Bartholomæo Apoſtolo.

S. Anſelmi tractatum aſceticum.

Petri Cellenſis tractatum de diſciplina Clauſtrali.

Miſcellanea epiſtolarum.

Chronicon Fontanellenſe, ſive S. Vandregeſili O. B.

Appendicem I. ejusdem.

Appendicem alteram.

Chronicon Senonenſe O. B. auctore *Richerio* Benedictino.

Hiſto-

Digitized by Google

Hiſtoriam Vizeliacenſis Monaſterii O. B. auctore *Hugone* Pictavino.

Et Nicetium quidem illum, cujus geminus tractatus primum locum tenet, Nicetium Trevirenſem eſſe Dacherius ſuſpicatur. Theodori Studitæ ſermonem de S. Bartholomæo ab Anaſtaſio Bibliothecario latine verſum indicat. Tractatum aſceticum potius conjectura, quam certa fide ſe Anſelmo tribuiſſe fatetur Dacherius, ſimulque maximam hujus tractatus partem ex Caſſiani collationibus depromptam eſſe notat. Petri Cellenſis tractatum de diſciplina Clauſtrali ab elegantia & eruditione commendat, eumq; non ſolum Monachis, ſed omnibus viris eccleſiaſticis, quin & omnibus chriſtianis, cum excitandæ pietati egregie inſerviat, perutilem eſſe obſervat. Inter miſcellanea epiſtolarum primo loco occurrit *Facundi* Hermianenſis epiſtola fidei catholicæ in defenſione trium capitulorum. Quam epiſtolam poſtea A. C. 1679. iterum vulgavit Philippus Priorius, cum Optati Milevitani & Facundi Hermianenſis Opera; & Gabrielis Albaſpinæi obſervationes eccleſiaſticas, & alia quædam ejus opuſcula ederet. Dacherius autem hanc epiſtolam a ſe editam refert, ut ſegregum audaciam comprimeret, pervicaciam retunderet,

Digitized by Google

deret, & inanes plauſus coërceret. Cum enim illi ſegreges, quos vocat, ſeu a Romana eccleſia alieni ex Facundi libro 9. cap. ultimo inferrent, Facundum a dogmate transſubſtantiationis alienum fuiſſe, Dacherius ex hac Facundi epiſtola probare contendit, eos potius ſemetipſos jugulare, quam eccleſiæ labem aliquam inferre, quotquot Facundi autoritatem dogmati eccleſiæ Romanæ opponunt, cum ex hac epiſtola conſtare poſſit, Facundum a communione catholica defeciſſe, & in ſchismate pervicacem permanſiſſe atque occubuiſſe, ſiquidem in hac epiſtola Pontifices Romanos aliosque qui abrogationi & damnationi trium capitulorum aſſenſum præbuerunt, acerbiſſime tractavit. Verum ſi Facundus propterea nullius eſt autoritatis, quia trium capitulorum damnationi non conſenſit, quid Dacherius de Pontifice Romano Vigilio dicet, qui etſi in cauſa trium illorum famoſorum concilii Chalcedonenſis capitulorum non ſatis conſtans fuerit, ſemper tamen ad probanda & defendenda illa capitula quam damnanda pronior & propenſior extitit, tandemque poſt Conſtitutum ſuum aliis Epiſcopis tria capitula damnantibus usque ad mortem acriter ſe oppoſuit, quia & exilium ſubire, quam tria capitula damna-

damnare maluit? Num ergo etiam Vigilius Pontifex Romanus ſchismaticus fuit & nullius autoritatis? Facundi epiſtolam excipit Juſti Orgelitani ad Sirgam Papam, cui commentarium ſuum in canticum canticorum miſit. Diverſa autem eſt hæc epiſtola ab ea, quæ ad Juſtum Diaconum directa in orthodoxographis & prima Pariſienſi PP. bibliotheca Juſti Orgelitani commentario in Canticum præmittitur, ſed in omnibus poſterioribus Patrum bibliothecis una cum Juſti Orgelitani præfatione, neſcio qua oſcitantia, omiſſa deprehenditur, unde Dacherius monet pluteos bibliothecarum aliquando non ſuperflue & inaniter antiquis editionibus onerari. Anſelmi, quæ ſequitur ad Lanfrancum epiſtola ad Anſelmi Monologium ſpectat, quippe quod Lanfranco per hanc epiſtolam vel ad approbationem, vel ad correctionem offerre voluit. De epiſtolis Raymundi & Heinrici ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem, Urbani II. ad Lambertum Atrebatenſem Epiſcopum, ut & de nonnullis Paſchalis II. epiſtolis, & Canonicorum Pariſienſium epiſtola ad hunc Paſchalem nihil addimus, hoc tantum notantes, epiſtolæ Paſchalis II. ad Archiepiſcopos & Epiſcopos provinciarum Remenſis, Seno-

Digitized by Google

Senonenſis ac Turonenſis ſubjici formulam juramenti, quod Philippus Francorum Rex in præſentia multorum Epiſcoporum aliorumque Clericorum & laicorum præſtitit, cum ab excommunicatione, quæ ipſi ob conſvetudinem carnalis & illicitæ copulæ cum Bertrada inflicta fuerat, jam abſolvendus eſſet. In *Theobaldi* Stampenſis epiſtola ad Epiſcopum Lincolnienſem illi confutantur, qui negant hominem ſalvari poſſe quacunque hora manus ſuas pœnitentiæ dederit. Opponit his dictum Prophetæ: *in quacunque die peccator converſus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei; ſed vita vivet & non morietur.* Opponit illis dictum Auguſtini ſcribentis: *pœnitentia cordis aboleri peccata ETIAM IN ULTIMO VITÆ SPIRITU indubitanter credimus, qui vero aliter ſentit non chriſtianus eſt, ſed Novatianus.* Opponit illis dicta quædam Gregorii M. dicentis, nunquam ſeram eſſe pœnitentiam, cum Propheta dicat: *quacunque hora peccator ingemuerit, ſalvus erit*; Hieronymi, Hilarii dicentis, longa temporum crimina in ictu oculi per pœnitentium perire, & aliorum Patrum. *Nemo tamen*, inquit p. 134. *de magnitudine peccatorum deſperet, dicendo: Peccata mea multa ſunt, in quibus usque ad ſenectutem perſeve-*

ravi, & jam amplius veniam non potero promereri, maxime quia illa me dimiserunt, non ego illa. Absit ut talis de misericordia Dei desperet; Magna namque & ineffabilis Dei pietas NON VULT ALICUI IN ALIQUO TEMPORE PONERE METAS. Ubi obiter notamus, Antonium quidem Arnaldum in tractatu de frequenti communione part. 2. c. 39. asseruisse, quod dictum illud a Gregorio M. allegatum: *quacunque hora peccator ingemuerit, salvus erit*, nullibi in S. Scriptura neque in fontibus, nec in vulgata, nec in versione LXX. Interpretum, nec in chaldaica, nec in ulla alia versione sive antiqua, sive nova extet, sed Petavium in tractatu de pœnitentia libr. VII. c. 15. observasse, quod verba hæc desumpta sint ex Esa. XXX, 15. ubi LXX. Interpretum versio ita se habet: ὅταν ὑποστραφεὶς ςενάξῃς τότε σωθήσῃ, *cum conversus ingemueris, salvus eris*, quorum verborum idem sane sensus est, ac illorum: quacunque hora ingemuerit peccator, salvus erit. Sed ut ad Theobaldum redeamus, non solum ejus epistola ad Lincolniensem Episcopum hoc Spicilegii tomo continetur, sed aliæ quoque ejusdem epistolæ ad Pharitium, qua docet, pueros per baptismum non regeneratos salutem consequi non posse, ad Margaritam

Digitized by Google

ritam Reginam, cui obſequia ſua offert, ad Philippum amicum, quem injuriis laceſſitum conſolatur, & ad Roſcelinum, quem graviter arguit, quod filios Sacerdotum ad ſacros ordines non admittendos eſſe aſſeruiſſet. Poſt Theobaldi, qui non ſeculo XIII. ut Pitſeus tradidit, ſed Anſelmi Cantuarienſis & Ivonis Carnotenſis ævo floruit, epiſtolas leguntur Calliſti II. ad Ludovicum VI. Francorum Regem, Ludovici VI. ad Calliſtum II. aliæque aliorum epiſtolæ, quas recenſere ſuperſedemus.

TOMUS QUARTUS Spicilegii hujus A. C. 1661. editus continet

Statuta antiqua Abbatiæ Corbejenſis a S. Adalardo Abbate Ordinis S. Benedicti præſcripta.

Antiquiores *conſvetudines* Cluniacenſis Monaſterii O. B. collectore S. Udalrico Monacho Benedictino.

Sententias Lanfranci Archiepiſcopi Cantuarienſis.

Miſcellanea Epiſtolarum Conciliorumq; aliquot, ac Diplomatum.

Chronicon Eccleſiæ Centulenſis, ſive S. Richarii O. B. auctore Hariulfo.

Martyrologium vetuſtiſſimum S. Hieronymi nomine inſignitum. M 2 Occa-

Occasione hac placet quæ ante aliquot annos de Hieronymi Martyrologio, quod ultimum hujus tomi quarti locum obtinet, in Collegio privato Auditoribus meis tradidi, verbotenus repetere. Cum enim in isto Collegio rariores quosdam bibliothecæ meæ libros recenserem, & ad Hieronymi Martyrologium a Francisco Maria Florentinio cum ejusdem notis & exercitationibus Lucæ A. C. 1668. editum, quod Dn. D. Abrahami Hinckelmanni Celeberrimi Hamburgensium Pastoris *νῦν ἐν ἁγίοις* liberalitate possideo, accessissem, præmissis nonnullis de Bedæ, Rabani Mauri, Adonis Viennensis, Ussuardi, Wandalberti, & Nötkeri Martyrologiis hæc quæ sequuntur subjunxi: Verum his aliisq; Martyrologiis jam missis ad Martyrologium Hieronymi a Florentinio editum accedamus, qui quantum de typographo suo queritur, quem & ob moras Lentulum, & ob inopiam græcarum literarum Irum, & ob pingvia sphalmata Crassum vocari posse censet, tantum suam in pervolvendis Martyrologiorum & Hagiologorum codicibus, in quibus ultra sexies & trigesies mille Cœlites recensentur, diligentiam commendat. Accommodat ad suum propositum verba Psaltis ex Psalmo 50. *congregate sanctos ejus, qui ordi-*

Digitized by Google

ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia. Cui congregationi Sanctorum operam ſe ſuam impendere voluiſſe dicit, cum ſibi ut maximo peccatori eorum gratiam in die judicii neceſſariam exiſtimaret, ut cæteras cauſas taceamus, quibus ad hujus Martyrologii editionem ſe impulſũ in prima admonitione aſſerit, cui ſubjecta eſt Holſtenii epiſtola, qua cum ſpecimen hujus operis vidiſſet, Florentinium ad editionem adhortatur, & ſimul notat Baronium in ſuo Martyrologio, cum varias codicum lectiones non ſatis accurate inſpexiſſet, nonnunquam falſos pro veris, & pro uno Sancto plures effinxiſſe. Exempli loco ponit, quod d. 2. Januarii tanquam diverſi ponantur B. Iſidorus Epiſcopus & Siridon Epiſcopus, & ſic duo falſi Sancti pro uno vero ſubſtituantur, cum legi debeat: *Antiochiæ Syriæ Domni Epiſcopi*, quæ lectio ſi Baronio cognita fuiſſet, forte etiam in annalibus ſuis famæ Domni, quippe in publicis Romani Martyrologii tabulis commemorati, faventiorem ſe exhibuiſſet. Alterum exemplum adducit ex d. 7. Januarii, ubi S. Nicetam in Dacia paſſum Baronius commemorat, quaſi diverſum ab eo, quem d. 22. Junii Nicæam Romanitiæ Epiſcopum appellat, ubi

Digitized by Google

pro Nicæa Nicetam ponere, nec hunc Nicetam ab eo, quem d. 7. Januarii commemoraverat, distinguere, nec urbem ejus Episcopalem ex Romanitia vel Rominitia Daciæ civitate in notis ad 22. Junii Aquilejam transferre debuisset. Qua de re Holstenius etiam agit in suis animadversionibus ad Baronii Martyrologium, quæ cum passione Perpetuæ & Felicitatis impressæ sunt Parisiis 1664. In admonitione secunda Martyrologiorū origines refert ad præceptum Apostoli jubentis Præpositorum novissima intueri Hebr. 13. & Sanctorum memoriis communicare, ut nonnulli veteres legunt Rom. XII. 13. Observat autem veteres Sanctorum tabulas in ecclesia successu temporis augeri & suppleri solitas fuisse, & non audiendas esse nimias quorundam querelas, indignantium nullum Martyrologium, quod a prisca puritate non deflexerit, ad nos huc usque perveniisse. In admonitione tertia inter alia, quale Eusebii Martyrologium fuerit, inquirit, notans Vossium in addendis ad libr. II. cap. 17. de Historicis Græcis perperam asserere in Regis Hispaniæ bibliotheca Eusebii librum de Martyribus, & alterum de Martyribus Cæsareæ Palæstinæ haberi, cum Holstenius in epistola quadam ad Magnum Hetruriæ Ducem indicave-

Digitized by Google

averit, esse quidem in illa bibliotheca pulcherrimum exemplar historiæ ecclesiasticæ Eusebianæ, & ad finem libri 10. fragmentum quoddam de Martyribus legi, quod Hispani aliquando pro Eusebii libro de Martyribus habuerint, verum tandem deprehensum fuisse, eandem narrationem totidem verbis in libro de Martyribus Palæstinæ legi, qui octavo Eusebii libro subjungi solet. Quamvis igitur certum sit, Eusebium præter librum de Martyribus Palæstinæ, qui cum historia ejus ecclesiastica edi solet, aliud opus de Martyribus scripsisse, nullam tamen ejus editionem sperandam esse Florentinius docet. In admonitione quarta contra Rosweidum disputat, qui Martyrologium a se editum vetus Romanum nuncupavit. Nec defuerunt alii ante Florentinium, qui Martyrologium illud veteris Romani titulo indignum censuerunt, ut Valesius in dissertatione de Martyrologio Romano, quod edidit Rosweidus, quæ Valesii dissertatio ejus annotationibus ad Eusebium subjuncta legitur, ubi hoc Martyrologium ex Rufini historia ecclesiastica totum ferme compilatum, multisq; mendis refertum judicat, & Bollandus in præfatione generali ad Acta Sanctorum cap. 4. sect. 5. ubi hoc Rosweidi Martyrologium

minoris potius Romani, quam veteris Romani Martyrologii nomine ſignandum eſſe cenſet, & imprimis etiam Andreas du Sauſſay in opere de myſticis Galliæ Scriptoribus p. 981. & ſeq. eo maxime nomine huic Martyrologio infenſus, quod Dionyſium Areopagitam a Dionyſio Pariſienſi diſtinguat. Hanc enim imprimis ob cauſam antiquitatem hujus Martyrologii a Rosweido jactatam quantis poteſt viribus impugnat. Durum tamen nimis exactorem eſſe Sauſſayum, ejusque argumenta non omnia valida & firma eſſe Florentinius probat, etſi in re ipſa cum eo conſentiat, & notas veteris Martyrologii a Gregorio M. in epiſtola 29. libr. 7. ad Eulogium Alexandrinum memorati, & ab Adone laudati Rosweidiano Martyrologio convenire neget. Inter alia argumenta, quibus Florentinius contra antiquitatem illius Martyrologii pugnat, hoc eſt, quod Romani Pontifices in illo Papæ nominentur, unde colligit, hoc Martyrologium poſt Gregorii VII. ætatem ſcriptum eſſe, qui A. C. 1073. nomen Papæ, quod hactenus omnibus Epiſcopis commune fuerat, ſoli Romano Epiſcopo vindicandum decrevit. In quinta ad monitione contra Valeſium diſſerit, qui in diſſertatione de Romano Martyrologio aſſerit, nullum unquam fuiſſe pro-

proprium ac peculiare Martyrologium Romanæ ecclesiæ ante illud, quod Sixti V. jussu hoc titulo editum est, & Baronii annotationibus illustratum, cum calendaria quidem & fasti, in quibus Episcoporum & Martyrum nomina consignarentur cujusque ecclesiæ proprii, Martyrologia autem totius ecclesiæ communia fuerint. Contra hanc Valesii sententiam dum Florentinius disserit, notat varia Martyrologia ante Baronianum sub Martyrologii Romani nomine prodiisse, nempe Martyrologium Monasterii S. Cyriaci, quod sub titulo Romani Martyrologii Bellinus a Padua edidit Venetiis 1498. & Parisiis 1521. item Martyrologium secundum morem Romanæ & universalis ecclesiæ, quod Venetiis A. C. 1527. Franciscus Maurolycus Abbas Messanensis edidit, item Martyrologium Romanæ ecclesiæ, quod Venetiis A. C. 1578. cum suis annotationibus publici juris fecit Petrus Galesinius. In sexta admonitione Martyrologium Hieronymo tributum variis jam olim additionibus interpolatum fuisse probat, illudque in nonnullis codicibus Hieronymo, in aliis Eusebio Hieronymo, in aliis denique codicibus Eusebio & Hieronymo attribui docet, sive librarii ignoraverint Hieronymum etiam Eusebii nomine gavisum fuisse,

se, sive ex epistolis huic Martyrologio præfixis collegerint, Hieronymum hoc Martyrologiū ex Eusebio concinnasse. In septima admonitione agit de codice Martyrologii Hieronymiani, quem habuit Bollandus. Refert ille in præfatione generali ad acta Sanctorum, Heribertum Rosweidum in Carthusia Trevirensi Hieronymi Martyrologium vetustissimo charactere exaratum reperisse, & curasse, ut Balthasaris Moreti sumtibus æneis laminis incideretur. Postea quid de hoc Martyrologio sentiat aperit, &, ut alii quoque qualecunque judicium de illo ferre possint, specimen simul illius Martyrologii ex mense Januario exhibet p. 46. Florentinius autem, cui Henschenius laminas illas usque ad 20. Junii pertingentes communicavit, in eo a Bollando dissentit, quod is additiones illius codicis non ultra annum 523. descendere existimet, cum tamen in codice illo nomina quædam occurrant, quæ non nisi labente seculo VII. addi potuerunt. In eadem admonitione mentionem quoque facit codicis Corbejensis, cujus Menardus in præfatione ad Gregorii M. Sacramentarium, & in annotationibus ad illud Sacramentarium passim meminit. Audivisse quoque se ex Henschenio refert Florentinius, quod Lucas Dacherius

Digitized by Google

rius ex Corbejenſi illo codice in Spicilegio veterum Scriptorum Hieronymi Martyrologium editurus eſſet, & promittit, ſe hanc Dacherii editionem, niſi ſerius ad manus ſuas perventura eſſet, cum ſuis codicibus collaturum eſſe. Miror autem Florentinium, cum hæc A.C.1668. ſcriberet, latere potuiſſe, quod Dacherius jam A. C. 1661. tomo 4. Spicilegii ſui Hieronymi Martyrologium edidiſſet, qui in hac editione Sanctos quosdam Hieronymi ætate poſteriores alio charactere notari curavit, quod etiam ante a Menardo præſtitum aſſerit, cum editionem illius Martyrologii moliretur. Approbat autem Dacherius ſententiam Valeſii aſſerentis, nullum hactenus Martyrologium prodiiſſe in lucem, Hieronymiano quod ſit antiquius, in qua ſententia etiam eſt Ruinartus. Is enim in præfatione ad acta Martyrum ſincera p. 20. aſſerit, Martyrologium Hieronymo tributum eſſe omnium, quæ hactenus viſa ſunt, vetuſtiſſimum, additq; Florentinium hoc Martyrologium ad MSC. codices exactum, & eruditis notis atq; exercitationibus illuſtratum edidiſſe. Cum autem ad initium ſingulorū menſium in hoc Martyrologio Litaniarum mentio occurrat, Florentinius in admonitione octava de Litaniis agit. In admonitione nona anti-

qui-

quitati hujus Martyrologii nihil obesse probat, quod nonnulli Sancti Confessores appellentur, aut eorum natalis vel depositio memoretur, quod imprimis contra Andream Saussay observat, qui Martyrologium Romanum a Rosweido editum ob istarum vocum usum novitatis arguit. In admonitione decima notat in Martyrologiis quibusdam dubjos quosdam Sanctos sive hæreticorum fraude, sive aliorum incuria irrepsisse, etsi in Hieronymiano Martyrologio tales Sanctos nondum deprehenderit. In ultima deniq; ad monitione notat, anniversaria tempora Sanctis assignata non semper cum vero celebritatis die convenire, & jam olim Petrum Damiani in opusculo, cui titulum fecit: *Dominus Vobiscum*, cap. 15. monuisse, quod ecclesia non magni pendat articulos temporum, sed ad devotionem & animorum unitatem respiciat. Quam ecclesiæ consvetudinem laudatus Damiani multis exemplis probat, additisque pluribus aliis Florentinius confirmat. Notat præterea Florentinius varios Martyrologii Romani errores non simul & semel omnes expungi potuisse. Adducit Combefisium, qui in notis ad Anonymum de actis Concilii Nicæni tom. 2. novi auctarii græco-latini p. 598. Paphnutium tanquam

Mele-

Digitized by Google

leletianum e Martyrologio Romano ex-
ngi cupit. Refert quoque Urbanum VIII.
m ex Romano Martyrologio Sulpitium Se-
erum, quam ex Romano breviario S. Bru-
onis prodigiosam conversionem expungi
oluisse. Quam Romani breviarii correctio-
em adversus Theophili Raynaudi antemu-
le defendit Joh. Launojus in dissert. de cau-
secessionis S. Brunonis in eremum. Neq;
ubiis Sanctis Florentinius eos annumerare
ubitat, quos Hispani ex Dextri & Maximi
hronicis produxerunt, aut quos laminæ
ranatenses revelarunt, quas Romæ nullius
onderis esse dicit. Has admonitiones duæ
pistolæ sequuntur, una Chromatii & Helio-
ori ad Hieronymum, & altera Hieronymi,
ua Chromatio & Heliodoro respondet. Has
pistolas, quæ Martyrologiis vulgo præfigi
olent, Florentinius notis suis illustrat, &
uid de illis statuendum sit, inquirit. Etsi
utem has epistolas pseudepigraphas esse ju-
icat, cum epistola Hieronymi nomen præ se
erens Hieronymi stylum non sapiat, anti-
uas tamen & a viro pio compositas arbitra-
ur, & ex meris mendaciis consutas esse ne-
at, cum rationes, quibus id Baronius evin-
ere conatur, minus firmæ deprehendantur.
Quid ad singula Baronii argumenta respon-

deat

deat Florentinius recenſere nimis prolixum foret. Quamobrem ea tantum breviter repetimus, quæ ad titulum Sancti in his epiſtolis Euſebio tributum reſpondet, nimirum Sancti titulum a librario aliquo addi potuiſſe, qui cum Euſebium aliquem Cæſarienſem in Martyrologio Hieronymi deprehenderet, de Euſebio Pamphili id interpretatus fuerit, ideoque Sancti titulum in his epiſtolis Euſebiano nomini præmittendum cenſuerit. Addit ſanctitatis elogium interdum illis etiam apud veteres aſſignari, qui ab omni hæreſeos labe immunes non fuerunt, cum & Melania Origenis erroribus imbuta ab Hieronymo, & Hilarius Luciferiano ſchismati addictus ab Auguſtino, & Johannes Hieroſolymitanus Origeniſta a Paulino, aliique ab aliis ſanctitatis encomio decorentur, & ipſe quoque Euſebius a Conſtantino M. in epiſtola ad Antiochenam Synodum ſanctiſſimus Cæſarienſis eccleſiæ Epiſcopus appelletur, & hinc alii quoque ſanctitatis opinionem de Euſebio concipere potuerint. In eo autem cum Baronio Florentinius conſentit, quod epitheton ſanctitatis Euſebio minus competat. Et huic ſententiæ firmandæ duas exercitationes impendit, quarum prior Euſebium ſanctitatis titulo exuendum judicat, etſi Uſuardus,

Ado

Digitized by Google

Ado Viennenſis, Petrus de Natalibus, Maurolycus, Ferrarius & alii in Sanctorum album ejus nomen retulerint; poſterior autem Valeſio oppoſita eſt, qui in vita Euſebii nonnulla pro Euſebii orthodoxia & ſanctitate protulit. Has exercitationes excipit indiculus de feſtis Apoſtolorum, quem Florentinius in exemplaribus ſuis MSCtis Hieronymi Martyrologio præmiſſum invenit. Similem indiculum neque tamen per omnia ſimilem ex ſuo MSto codice exhibent Bollandus in præfat. generali ad acta Sanctorum & Henſchenius tom. III. Februar. p. 431. quam editionem, ut cum ſua conferri poſſit, Florentinius ſimul exhibet, additurus dubio procul fuiſſet etiam Dacherianam editionem ex Corbejenſi codice, ſi eam cognitam habuiſſet, cum ab utraque nonnihil differat. Hunc autem de Apoſtolorum feſtis indiculum Florentinius notis & exercitationibus illuſtrat. In prima exercitatione 14. Apoſtolos in hoc indiculo numerari notat, additis ad undecim electos Apoſtolos Matthia, Paulo, & Jacobo Fratre Domini, quem numerum Eſ. XVII,6. exprimi jam olim Hieronymus, & alii eccleſiæ Patres ſtatuerunt. In ſecunda exercitatione Jacobum fratrem Domini a Jacobo & majore & minore diſtingvendum probat,

quam

quam ſententiam etiam fovent Blondellus in Pſeudo-Iſidoro p. 30. Antonius de Dominis libr. 2. de republ. eccleſiaſtica cap. 2. & alii, etſi illam ſententiam ex apoſtolicis conſtitutionibus, & aliis hujus generis ſcriptis originem duxiſſe exiſtimet Pearſonius lect. ad acta Apoſtol. p. 58. Ad Petrum & Paulum progrediens Florentinius de Marcello agit, qui ex diſcipulo Simonis Magi Simonis Petri diſcipulus factus creditur, & ſub cujus nomine fragmentum de Simonis Petri & Magi conflictu Ludovicus Jacobus a S. Carolo in bibliotheca ſua pontificia edidit. Miratur autem Florentinius Jacobum a S. Carolo latuiſſe, quod major hujus fragmenti portio jam a Surio in actis Nerei & Achillei edita fuiſſet d. 12. Maji pag. 148. 149. & talibus fragmentis omiſſis integrum Marcelli tractatum de mirificis rebus & actibus Petri & Pauli, & de magicis artibus Simonis Magi ex codice MSCto, quem penes ſe habuit, lectori communicat notis ſuis illuſtratum. Ubi notamus, quod jam ante Florentinium Fridericus Nauſea inter rhapſodias Anonymi Philalethæ Euſebiani in vitas, miracula & paſſiones Apoſtolorum eadem Petri acta ſub Marcelli nomine vulgaverit A. C. 1531. ut memorat Henſchenius in notis ad acta Nerei & Achil-

Digitized by Google

chillei Tom. III. Maji p. 12. Inſerta autem ſt actis illis ſub Marcelli nomine editis epi-ola Pilati ad Tiberium, de qua Florentinius bſervat, quod eam vel Marcellus ex Pſeudo-Egeſippo, vel Egeſippus ex Marcello exſcri-ſerit, & quod ab hac epiſtola multum dis-crepet epiſtola Pilati, quam Sixtus Senenſis ibro 2. biblioth. S. & Marianus Victorius in ndice ad opera Hieronymi ediderunt. Cum vero Florentinius quoque exemplar hujus epiſtolæ in MSCto quodam codice invene-rit, notis ſuis ad Marcellum illud inſerere ipſi placuit. Addimus in bibliotheca Vindobo-nenſi græce extare epiſtolam Pilati, ut indicat Petrus Lambecius tom. 5. bibl. Vindob. p. 23. ubi quatuor diverſas hujus epiſtolæ editiones extare, & cum nulla harum græcum hoc exemplar convenire notat. Quibus editio-nibus & illa addi poſſet, quam in hiſtoria Chriſti Perſica exhibet Xavierius p. 532. qui unde illam epiſtolam depromſerit Ludovi-cus a Dieu in animadverſionibus ſuis ad hi-ſtoriam illam Chriſti Perſicam p. 635. neſcire ſe fatetur. In exercitatione 3. de S. Johan-nis aſſumtione diſſerit, eique ſubjicit paſſio-nem S. Johannis Evangeliſtæ a Mellito Lao-dicenſi Epiſcopo ſcriptam, quam & notis ſuis illuſtrat. In exercitatione 4. Simonem Ca-

Digitized by Google

nanæum cum Simeone Hierosolymitano eundem esse probat. In 5. de Juda Simonis fratre agit. Reliquorum Apostolorum natales in prædicto indiculo designatos notis tantum suis Florentinius illustrat. Sequitur ipsum Martyrologium cum Florentinii notis & intermistis variis exercitationibus de variis ecclesiarum epochis annisque christianis & sacris, de Natalis Dominici celebritate & origine, de festo Hypapantes, de Magis qui ex oriente venerunt, de passionis Dominicæ celebritate, de initio prædicationis Dominicæ, de dormitione Deiparæ, de natali Polycarpi, de primitiis Martyrum, de Eusebio Cæsariensi in Cappadocia Episcopo, de ecclesia prima Romæ a S. Petro dedicata, de ecclesia prima, quæ B. Virgini Romæ consecrata fuit, de Johanne Baptista, de sacris viduarum cœtibus & officiis earundem ecclesiasticis, & de Siricii Rom. Pontificis sanctitate. Antequam autem a quarto Spicilegii Dacheriani tomo abeamus, de collectaneis epistolarum hoc tomo contentis pauca addimus. Comparent inter hæc collectanea 10. epistolæ *Hildeberti* Cenomanensis, quas in bibliotheca maxima Patrum Lugdunensi reliquis non additas miramur. Nec minus miramur, Dacherium in exiguo 10. epistolarum numero non animadvertis-

Digitized by

ertisse, quod unam ex his præter necessita-
em duplicaverit, & semel p. 245. & iterum
. 252. ediderit. Inter varias Pontificum Ro-
manorum, quæ hic occurrunt, epistolas, ha-
entur epistolæ *Clementis VI.* quibus varia
Regibus Franciæ privilegia impertit e.g. quod
Rex & Regina in locis interdictis possint fa-
cere celebrare, quod Confessorem possint
eligere, quod Confessor vota eorum & jura-
menta mutare possit, quod Confessor in
exercitu possit dare licentiam carnibus ve-
scendi, quod Confessor possit dispensare de
jejuniis, quod Rex possit ingredi monaste-
rium inclusarum, quod Prælatus coram Re-
ge & Regina celebrans possit conferre unum
annum & 40. dies indulgentiæ, quod Con-
fessor Regis & Reginæ iis semel in mortis ar-
ticulo & quotiescunque pro regni defensio-
ne imminet periculum plenam remissionem
peccatorum indulgere possit, quod Rex &
Regina & eorum liberi sub patria potestate
existentes ex communicari non possint, quod
orantibus pro Rege & Regina centum dies
de injunctis pœnitentiis qualibet die relaxen-
tur, quod eligere possint Confessorem qui
eos absolvat, si excommunicationis senten-
tiam incurrerint propter injectionem ma-
nuum in Clericos, ut cætera taceamus. Ejus-

Digitized by Google

dem generis eſt epiſtola *Urbani V.* ad Regem Franciæ Carolum V. qua permittit, ut Confeſſarius Regis, quem ipſe in mortis articulo elegerit, omnium peccatorum indulgentiam conferre ipſi valeat, & epiſtola *Gregorii XI.* ad eundem Regem, & Reginam Johannam, qua ipſis eſum ovorum, lactis, butyri & caſei tempore Quadrageſimæ indulget, quaſi ſine hac indulgentia talibus cibis quadrageſimali tempore veſci non licuiſſet. Magnam præterea collectaneorum horum partem implent monumenta quædam ad hiſtoriam ſchismatis inter Nicolaum V. & Felicem V. pertinentia. Placuit tamen Dacherio ea tantum publicare, quæ in Raynaldi annalibus eccleſiaſticis non inveniuntur. Claudit hæc collectanea, quæ ſingula recenſere operæ pretium non videtur, *Pauli II.* epiſtola ad Archiepiſcopum Lugdunenſem, qua ipſi mandat, ut ſententiam excommunicationis latam adverſus Georgium de Pogiebrat promulget. Præcedit autem hanc Pontificis epiſtolam epiſtola hujus Pogiebratii vel Podiebratii Bohemiæ Regis epiſtola apologetica ad generum ſuum Matthiam Hungariæ Regem, in qua conqueritur, Paulum II. inſtigante Antonio de Engabio fiſci ac fidei procuratore A. C. 1465. tribus Cardinalibus Nicenſi, S. Angeli,

&

& Spolectanenſi commiſiſſe, ut adverſus ipſum tanquam in hæreſin relapſum inquirerent, & Cardinales illos eodem anno d. 2. MenſisAuguſti hac verborum formula ipſum citaſſe: *Georgium de Podiebrad citamus, quatenus centeſima octogeſima die compareat procuratori fidei ſuper hæreſis relapſu reſponſurus*; Sed Pontificem termino illo præfixo non expectato menſe Decembri ejusdem anni omnes Regni Bohemiæ ſubditos ab omni ſubjectionis vinculo, quantum in ipſo fuit, abſolviſſe, cum tamen nullius unquam hæreſeos reus fuerit, & objecti hujus criminis nullus alius prætextus dari potuerit, quam quod dixerit, ſe ſub ritu communionis euchariſtiæ ſub utraque ſpecie natum & eduatum, in illo ritu juxta Baſileenſis concilii compacta velle perſiſtere.

TOMUS QUINTUS HUJUS SPICIEGII itidem A.C.1661. editus complectitur

Smaragdi Abbatis O. B. viam regiam.

Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi opuſculum inſtitutione regia.

Teſtamentum *Perpetui* Turonenſis Epiſcopi.

Collationem Epiſcoporum coram Rege *Landebaldo* adverſus Arianos.

Theodulfi Aurelianenſis Epiſcopi ſermones aliquot.

Concilia Senonenſia duo.

Inventionem Sanctorum a *Deoderico* Metenſi Epiſcopo.

Vitam S. Eligii Epiſcopi Noviomenſis autore *S. Audoeno.*

Fundationem Abbatiæ Miciacenſis a Clodoveo I. Francorum Rege.

Wandalberti Martyrologium.

Chronicon Caſaurienſis, ſive Piſcarienſis Monaſterii O. B. autore *Johanne Berardi.*

Miſcellanea epiſtolarum.

Teſtamentum B. *Johannæ* filiæ Ludovici XI. R. Fr. Duciſſæ Biturigum.

Item Teſtamentum *Margaretæ* uxoris Renati Ducis de Alenconio.

Autor primi tractatus non eſt Smaragdus Luneburgenſis Monaſterii in Saxonia Abbas, neque Smaragdus Presbyter & Monachus Anianæ in Septimania, ſed Smaragdus Abbas S. Michaëlis in diœceſi Virdunenſi, qui etiam Diadema Monachorum & alia quædam ſcripta elaboravit. In collatione Epiſcoporum coram Rege Gundebaldo præcipuæ partes, ut ex actis hujus collationis patet, fuerunt Aviti Epiſcopi Viennenſis, quem ſæpe de fide cum Gundebaldo controvertiſſe Agobardus & ipſe

:e Avitus in epiſtola ad Sigismundum Gun-
baldi filium teſtatur. De Wandalberti
artyrologio notandum, quod illud Baſi-
:nſes venerabili Bedæ perperam adſcripſe-
it, ejusque ephemeridibus accenſuerint,
m Bedæ opera 1563. ederent. Poſtea Mo-
ius, cum Coloniæ 1568. Uſuardi Martyro-
gium ederet, huic Uſuardi Martyro-
gio ſimul Wandalberti Martyrologium
rſibus quibusdam ſubductis interſeruit. At
acherius in hoc ſpicilegii ſui tomo inte-
um Wandalberti Martyrologium cum ſuis
xfationibus & appendicibus ex Iſaaci Voſſii
dice autori ſuo & nitori reſtituit. De Chro-
:o Caſaurienſi vel Piſcarienſi, dum agit
acherius, obſervat, quod Monaſterium Pi-
irienſe tantæ dignitatis olim fuerit, ut Ab-
s in omni ditione ſua non ſecus ac Impe-
:or ſeſe geſſerit, & pedi loco ſceptrum im-
riale vel regale geſſerit, donec Grimoaldus
)bas A. C. 1098. Papam Urbanum adiens
)tectioni Romanæ eccleſiæ, quam hacte-
s hæc Abbatia quippe ab Imperatoribus
bernata ignoraverat, ſe ſubjecit. Tunc
im Papa Abbati ſceptrum velut ex manibus
torſit, & loco ſceptri regalis baculum Pa-
iralem illi conceſſit. Unde in codice quo-
m MSC. ad hunc annum in fronte Urba-
s Papa ponitur Grimoaldo Abbati pedum

Digitized by Google

porrigens, & his ipſum verbis alloquens:

Cæſaris ob ſceptrum baculum tibi porrigo dextrum,
Quo bene fis fretus, plus Cæſare dat tibi Petrus.

Ad fabulas in hoc chronico relatas pertinent, quæ de corpore S. Clementis Papæ & Martyris referuntur, nempe quod illi habitaculum ab Angelis in ipſo mari præparatum fuerit, donec repertum, in Italiam reportatum, tandemque in Piſcarienſi monaſterio conditum fuerit, Auguſtinum autem Cardinalem adduci non potuiſſe, ut hunc theſaurum in Piſcarienſi monaſterio latere crederet, ideoque Abbatem poſt peractam Clementis ſolennitatem noctu per duos fratres & duos famulos Clementis tumulum reſerari curaſſe, eoque facto tandem Clementis corpus præmiſſo ſvaviſſimo & paradiſum redolente odore in vaſe alabaſtri inventum, & ex hoc epitaphio agnitum fuiſſe: HIC JACET S. CLEMENS PETRI DISCIPULUS, ET A PETRO PAPA SECUNDUS, QUI JUSSU TRAJANI IMPERATORIS ANCHORA AD EJUS COLLUM LIGATA FUIT IN PELAGO MERSUS, tum vero Cardinalem poſt lacrymas largiter effuſas hymnum *Te Deum laudamus* incho-

Digitized by Google

nchoaſſe, & cum fratribus ad finem usque perduxiſſe; ſimul autem cum Clementis corpore, cum omnia accurate perluſtrarentur, partem aliquam de carne Petri, & unum ex dentibus Apoſtoli Pauli inventum fuiſſe, ut reliqua a Berardo narrata taceamus. Cui fabulæ, etſi plures teſtes advocet Dacherius, nullus tamen inter illos omni exceptione major eſt, & omnes a Clementis Romani ætate remotiores deprehenduntur. Nam antiquioris ævi Scriptores de Clemente nihil tale referunt, quin etiam ante Rufinum & Gregorium Turonenſem nullus veterum Clementi Romano Martyris titulum tribuit, unde & Pearſonius in operibus poſthumis p. 163. & Dodwellus in additionibus ſuis omnes de Clementis martyrio narrationes fabuloſas exiſtimant. Inter miſcellanea epiſtolarum hujus tomi primo loco ſe offerunt epiſtolæ quædam *Severi* numero quinque. Etſi autem ex illarum inſcriptione non pateat, quis Severus earum autor ſit, Dacherius tamen exiſtimat ſtyli decorum & ſententiarum gravitatem Severum Sulpitium autorem prodere. Has excipiunt duæ *Urbani* Papæ epiſtolæ, una ad Remenſem Archiepiſcopum & ejus Suffraganeos, quos reprehendit, quod Philippi Regis adulterio debito cum zelo ſe

Digitized by Google

non oppoſuiſſent, altera ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Franciæ, qua gaudium ſuum de Regis Philippi pœnitentia conteſtatur. Additur his, & pluribus aliis epiſtolis nova epiſtolarum appendix, ut & concilium Senonenſe anni 1485. quod inter alia confabulationes & deambulationes, ut & choreas, & ludos, & alia profana in templis fieri prohibet, concubinatum & deformitatem in veſtimentis interdicit, Clericos, qui tabernis, & illicitis negotiationibus ſe immiſcent cenſuræ ſubjicit, ludum taxillorum aliosq; ludos illicitos coercere ſatagit, diei Dominici & feſtorum ſanctificationem injungit, blasphemiis & execrabilibus juramentis pœnas indicit, matrimonium publice in eccleſia contrahendum ſancit, certis tamen temporibus nempe Adventus, Septuageſimæ, & Rogationis nuptiarum ſolennia celebrari prohibet, ut alia hujus concilii decreta taceamus.

TOMUS SEXTUS HUJUS SPICILEGII, qui A. C. 1664. prodiit, exhibet

Varia Concilia.

Synodi *Carthaginenſis* ſeſſionem II. de libertate Monachorum.

Literas & acta quæ ad ſchiſma, quod Concilium *Piſanum* præceſſit, attinent.

Con-

Digitized by Go

Concilium Pisanum.
Concilium Pistense.
Statuta antiquiora Academiæ Parisiensis.
Miscellanea epistolarum ac Diplomatum.
Testamenta Comitum *Cerritanensium*.
Erectionem Academiæ *Cadomensis*.
Chronicon Gemblacense O. B.
Chronicon Lobiense autore *Fulcuino* Abate O. B.
Chronicon Episcoporum Mettensium.
Testamentum *Gregorii PP. XI.*
Capitulare *Abytonis* Basileensis Episcopi.

Inter varia concilia, quæ primum hujus omi locum obtinent, agmen ducit sessio . concilii Carthaginensis A. C. 525. & exerptum ex concilio Carthaginensi sub Reparato Episcopo A. C. 535. quæ monumenta x codice MSCto Vaticano per Holstenium lescripta, & ad Petrum Marcam transmissa, it illis in tractatu de exemptionibus Monaeriorum, quem moliebatur, uteretur, post ujus mortem in manus Stephani Baluzii veerunt, qui ea, ut tomo VI. Spicilegii publicæ itilitatis causa ederentur, Dacherio donait, qua de re ipsius Baluzii epistola præfatioi hujus tomi inserta videri poterit. Sequuntur concilium apud Exoldunum A. C. 1088. Turonense A. C. 1096. Losdunense A. C. 1109.

Digitized by Google

1109. & Toloſanum A. C. 1119. ut donationem terræ S. Ægidii a Raimundo Comite Toloſano in concilio Nemauſenſi factam, & a Papa Urbano II. confirmatam, ut & ſtatuta Abbatum Ordinis S. Benedicti a Gregorio IX. A. C. 1226. approbata taceamus. Imprimis vero commemorandum venit concilium Piſanum, cujus acta dimidiam fere tomi hujus partem complent. Equidem acta Piſani hujus concilii A. C. 1409. celebrati jam A. C. 1612. Pariſiis vulgata fuiſſe Dacherium non latebat, nec ignorabat, quod Bzovius & Raynaldus in ſuis annalibus ſparſim acta quædam hujus concilii inſeruiſſent, quandoquidem tamen plurima vel omiſſa, vel truncata animadvertit, ex tribus Codicibus MSCtis Abbatiæ Gemeticenſis, ut & ex hiſtoria Monachi cujusdam Sandionyſiani manu exarata concilium hoc Piſanum ita ſupplendum eſſe cenſuit, ut & quæ hactenus in tenebris latuerunt, erueret, & quæ miſere diſcerpta ab aliis fuerant, integritati ſuæ reſtitueret. Præmittit vero ipſi concilio etiam literas & acta ad ſchiſmatis, quod concilium Piſanum anteceſſit, hiſtoriam pertinentia. Quo nomine ut magnæ Dacherio gratiæ debentur: ita probandum non eſt Crabbium, Surium, Binium, & nonnullos alios conciliorum editores

ores ægre forte ferentes, quod Romanæ ec-
:leſiæ ejusque Pontificum ulcera in hoc con-
:ilio retegantur, & neceſſitas reformandæ
:ccleſiæ in capite & membris aſſeratur, &
papalis autoritas conciliis ſubjiciatur, nullam
Piſani concilii mentionem feciſſe. Quem
defectum, etſi Pariſienſis actorum Piſani con-
cilii editio ſupra memorata, nec non Edmun-
dus Richerius in ſua generalium conciliorum
hiſtoria, & ipſe quoque Binius in poſteriori
conciliorum ſuorum collectione, ut & Baro-
nianorum annalium continuatores Raynal-
dus, Bzovius, & Spondanus quodammodo
ſuppleverint, multa tamen ab his prætérita
Dacherius ex MSCtis ſuis, quos ad manum
habuit, codicibus memoriæ prodidit. Unde
etiam Labbeus & Coſſartus non dubitarunt,
quin operæ facturi eſſent pretium, ſi acta Pi-
ſani concilii, quæ a Binio edita fuerunt, ad-
ditionibus nonnullis iisque ſatis amplis non
ſolum ex Odorici Raynaldi annalibus, ſed im-
primis etiam ex Dacherii ſpicilegio locuple-
tarent. Conferri vero hic etiam merentur
acta concilii Piſani edita Tomo II. rerum
Oecumenii Concilii Conſtantienſis auſpiciis
Sereniſſimi Principis Rudolphi Auguſti ex
antiquis codicibus erutarum a Dn. Herman-
no von der Hardt/ part. 2. p. 62. & ſeq. ubi
exhi-

Digitized by Google

exhibentur I. *Cardinalium* epiſtola ad Henricum Ducem Brunſvicenſem ex MSCto archivi Cellenſis II. *Pilei* Archiepiſcopi Genuenſis Oratio in Legatorum Galliæ & Academiæ Pariſienſis ad Piſanum concilium maturantium adventu, habita Genuæ A. C. 1408. menſe Junio, ex MSCto codice Lipſienſi. III. *Cardinalium* epiſtola ad Benedictum XIII. ex MSCto Wolffenbüttelenſi IV. *Cardinalium* epiſtola ad Bernhardum & Henricum Duces Brunſvicenſium & Luneburgenſium ex MSCto Ducali Cellenſi. V. *Index* Oratorum concilii Piſani, qui a d. 25. Mart. 1409. quæ prima concilii dies fuit, usque ad d. 19. Maji ſermones coram Cardinalibus habuerunt ex MSCto Vindobonenſi. VI. Inauguratio concilii Piſani ex MS. Vindobonenſi. VII. Seſſiones hujus concilii ex MSCtis Vindobonenſibus & Wolffenbuttelenſibus. Seſſioni primæ adjecta eſt ex MSCto Helmſtadienſi oratio *Petri de Candia*, qui deinde in hoc concilio Pontifex creatus Alexandri V. nomen aſſumſit. Tertiæ ſeſſioni ſubjicitur epiſtolium Leonhardi Aretini ad Robertum Ruffum de fatis concilii. Sed redimus ad Spicilegium noſtrum, & de Piſano concilio hoc inſuper notamus, quod inter literas & acta ad hiſtoriam ſchismatis Piſanum concilium ante-

Digitized by Google

ntecedentis pertinentia, quæ Dacherius ctis concilii Piſani præmiſit, epiſtolæ quæ-lam legantur, quæ *Nicolaum de Clemangis* au-orem habent, nempe quæ ſcriptæ ſunt no-nine Academiæ Pariſienſis ad Carolum Re-em Francorum, ad Univerſitatem Coloni-nſem, ad Cardinales mortuo Clemente, & d Benedictum Papam p. 81. ſeqq. Poſt varia oncilia & ſtatuta antiquiora Academiæ Pari-enſis variæ epiſtolæ exhibentur, quas inter ccurrunt tres *Alcuini* epiſtolæ, quarum ter-a de tribus viſionum generibus agit, *Inno-entii III.* ad Philippum Regem, qua horta-ar, ut uſuras impoſterum in ſuo regno non atiatur, *Philippi Auguſti* decreta de Judæis, *ugenii IV.* literæ de erectione Academiæ Ca-omenſis, & *Caroli VII.* Regis Francorum de usdem confirmatione, ut alia taceamus. enultimum hujus tomi ſcriptum eſt teſta-ientum *Gregorii XI.* in quo memorabile eſt, uod hic Pontifex revocat, dereſtatur & pro on dictis habere vult, ſi quid in Conſiſtorio, el in conciliis, vel aliis ſermonibus & colla-onibus publicis & privatis ex lapſu lingvæ, el turbatione, vel pravis affectibus aliqua ronea contra catholicam fidem ſive ſcien-r ſive ignoranter dixerit. Unde patet, hunc ontificem agnoviſſe, quod infallibilitatis

donum

Digitized by Google

donum non habuerit. Claudit hunc tomum Episcopi Basileensis Ahitonis, qui etiam Haito, Haido, Ayto & Heito nuncupari solet, capitulare, quod ex Barberina bibliotheca descriptum Dacherio misit Johannes Bona, cujus epistola ad Dacherium in præfatione hujus tomi legitur.

SEPTIMUS SPICILEGII HUJUS TOMUS A. C. 1666. editus continet

Æneæ Parisiensis Episcopi librum adversus Græcos.

Petri Damiani S. R. E. Cardinalis sermones V. de Oratione Dominica.

Nocolai de Clamengiis librum de studio theologico.

Miscellanea epistolarum.

Ebonis Archiepiscopi Remensis apologeticum.

Chronicon Episcoporum Albigensium, & Abbatum Castrensium.

Gesta Abbatum Trudonensium O. B. autore *Rodulfo* Abbate.

Chronicon Valciodorense O. B.

Genealogias *Balduini* de Avenis.

Chronicon Mosomense O. B.

Notandum vero, sermones V. in orationem Dominicam, quos hoc loco Dacherius Petro

Digitized by Goog

etro Damiano tribuit, non esse Petri Da-
iani, sed Petri Chrysologi, quod ipse Da-
ierius postea, cum hic tomus jam editus
iisset, animadvertit, unde in præfatione
mi octavi, & in indice autorum, quem ul-
no sui Spicilegii tomo adjecit p. 42. erro-
m hunc agnoscit. Nicolai de Clamengiis
)er de studio theologico, quem aurei opu-
ili elogio Dacherius condecorat, scriptus
:ad Johannem de Pedemontio Theologiæ
ccalaureum, qui cum putaret, Nicolaum
Clamengiis ipsum a lectione libri senten-
rum, & assumtione altiorum graduum ab-
rrere voluisse, respondet Clamengius, ne-
aquam id sibi consilii fuisse, sed illos tan-
n se in prioribus literis obiter perstringe-
voluisse, qui titulos magis affectant, quam
:ntiam, florem quam frugem, nomen va-
n, quam dogma sanum, nec ipsos gradus
irguisse, sed inanem ostentationem cum
rtia conjunctam, cum Magisterii & Do-
ratus eadem sit ratio, quæ Episcopatus,
:m Apostolus bonum opus vocat, ut sciant,
Episcopatum desiderant, eos, qui ad Epi-
)atum assumuntur, non ad inanem tituli
ujus dignitatem, sed ad bonam operatio-
) vocari. Pari enim ratione Doctores &
gistros non ex cappa Doctorali, aut birreti

Digitized by Google

Magiſterialis impoſitione, aut loco ſublimiori, ſed ex opere æſtimandos cenſet. Quærenti ergo Baccalaureo, quid utilius exiſtimet, num ad gradus tendere, an eosdem reſpuere? verbis Terentii reſpondet dicentis: *quæ eſſe in homine bona dicuntur, parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias perinde eſſe, ut illius animus eſt, qui ea poſſidet, qui uti ſcit, ei bona; illi, qui non utitur recte, mala.* Quamobrem quærentem jubet, ut de hac quæſtione ſemet ipſum interroget, ſui ipſius animum conſulat, & cordis ſui latebras evolvat, cum boni ſint hi gradus illis, qui ad ſuam ipſorum & proximi ſalutem potius, quam ad vanos honores, & cumulandarum opum aucupium attendunt. Et quia is, ad quem ſcribit, Theologiæ ſtudio addictus erat, quam neceſſarium ſit Theologo & eccleſiæ Doctori ſanctitatis ſtudium, graviter exponit. Non minus ridiculum eſſe dicit, ſi fornicator ad caſtitatem, ſui tenax & alieni rapax ad eleemoſynas, contentioſus ad pacem hortetur, quam ſi claudicans aliis formam recte ambulandi docere velit, talem merito audire illud: *Medice, cura te ipſum*, nec ullius ponderis haberi orationem, quæ non ex loquentis animo procedere creditur, ut alia ejus argumenta taceamus. Hortatur præter-

Digitized by Google

æterea Theologos & ecclesiæ Doctores, verbum Dei assidue legant & meditentur, miratur, plerosque sui temporis Theolos neglectis Scripturæ paginis languere ca inutiles quæstiones & verborum puas, & omissa fructuosa verbi divini arboin sylvaticis & sterilibus doctrinæ pabun quærere, in quibus nullos fructus repee possint, nisi forte pomis Sodomiticis siles, quæ exterius pulchram speciem exhint, sed mox inanitatem suam produnt, & pulverem evanescunt, quibus pomis Clangius Scholasticorum subtilitates & sosmata comparat. Tandem quæstionem ic concluſurus summopere Theologis cadum esse monet, ne cæca quadam ambine ad alta titulorum nomina festinent, silque indicat, permultos tum fuisse, qui gistri titulum adepti & suum patrimom consumserunt, & amicorum loculos tuoso conviviorum apparatu exhauset, & dum magistralem magnificentiam ultu, victu & vestitu, ne aliis inferiores nt ostentare voluerunt, multo ære alieno tricti in splendida miseria vixerunt. Proditur vero Clamengius in ultima hujus lli parte etiam ad illam quæstionem, cum nulli officium sedulæ prædicationis apud

populum exerceant, alii vero jugiter in loco ſtudii poſt impetratum Magiſterii gradum legendo, diſputando & Scholaſticos inſtruendo reſideant, utrum horum ſit præſtantius & ſalubrius? Doctor quidam ſolennis, cujus Theologiæ Baccalaureus in ſuis ad Clamengium literis mentionem fecerat, præſtantius eſſe cenſuerat, hominem in ſtudiis permanere, quam prædicando animarum ſalutem procurare. At Clamengius contrarium probat, & imprimis contra illos invehitur, qui ad paſcendas Chriſti oves vocati ab eccleſia ſua ſemper abſunt, nulli rei minus quam ſaluti commiſſarum ovium intenti. Quamvis nonnullos horum tales eſſe dicat, ut non facile judicare queat, num abſentia eorum ovibus plus damni inferat, an præſentia. Ne tamen ſcholas omni plane modo evacuare velle videatur, concedit eos, qui ad paſtoralem animarum curam vocati non ſunt, in ſtudiis libere reſidere poſſe. Inter miſcellanea epiſtolarum primum locum tenent nonnullæ *Amalarii* illius epiſtolæ, cujus libri de officiis eccleſiaſticis ab aliis editi extant. Fueritne vero ille Amalarius Trevirenſis Epiſcopus, ut in editionibus illius operis vulgo nominatur, an alius Diaconi tantum munere functus, ut Sirmondus, Labbeus, Bona alii-

iique ſtatuunt, Dacherius in præfatione ijus tomi disquirit & obſervat, Amalarium iidem, cum libros de officiis eccleſiaſticis iberet, ſolummodo Diaconum fuiſſe, de- de vero Sacerdotem vel Presbyterum or- natum, quod ex ejus epiſtola ad Guntar- m probat, poſt Abbatem, quo titulo ab obardo nominatur, ac tandem Epiſco- m, qui titulus in codicibus quibusdam Va- anis ipſi tribuitur, conſtitutum fuiſſe, em Amalarii epiſcopatum agnoſcit etiam ndellus in apologia pro ſententia Hiero- ni de Epiſcopis & Presbyteris, licet, quo o Amalarius ſederit, dicere non valeat, od & Dacherius ſe ignorare profitetur. terum priores Amalarii epiſtolæ a Da- rio hic editæ de nomine Jeſu agunt, & t ultimum caput libri III. de officiis ec- iaſticis, quod in omnibus editionibus de- ratur, licet in capitum indice notetur. a autem, quam ad Guntardum ſcripſit, ola Amalarius disquirit, num Sacerdoti ſumtam euchariſtiam longo tempore a i ejectione abſtinere neceſſe ſit? Legun- tiam in his epiſtolarum miſcellaneis in- lia *Odonis* Epiſcopi Tuſculani epiſtola ad centium IV. qua prolixe refert, quæ ab itu chriſtiano in Cypro geſta ſunt; *Jo-*

hannis XXII. Pont. R. ad Sancium Regem Majoricarum de Ludovico Toloſano Epiſcopo catalogo Sanctorum adſcribendo; *Friderici* Imperatoris ad Ducem Sabaudiæ, qua ipſum adhortatur, ut Patri ſvadeat Pontificatum abdicare; *Caroli* Regis Francorum ad Papam de homagio, quod Prælati Regi præſtare tenentur; *Caroli VII.* ad Papam de reſcriptis Papæ in Galliam miſſis, quod primum Regi offerri, & ab ipſo recipi debeant; *Æneæ Sylvii* ad Hippolytum Mediolanenſem, cui contra morbum meretricii amoris remedia præſcribit; Ejusdem *Æneæ Sylvii*, ſeu *Pii II.* ad Carolum Regem Francorum, qua rogat, ut Guillelmo de Torreta Societatem Jeſu ad infidelium oppugnationem inſtitutam ingrediendi facultatem concedat. Inter quatuor Chronica hoc tomo comprehenſa, primum eſt Chronicon Epiſcoporum Albienſium & Abbatum Caſtrenſium, cui ſubjecti ſunt verſus fronti majoris januæ eccleſiæ S. Benedicti Caſtrenſis inſcripti, in quibus fit mentio cujusdam hæretici Walfredi, cujus mentionem apud alios Scriptores nullam fieri Dacherius obſervat. Qualis autem ejus hæreſis fuerit, his exponitur verbis:

Walfredus ſpargit doctrinæ ſemina falſæ,
Corpus & una animam morte perire
docet. *Inſur-*

Insurgit contra vero sermone Durandus,
Et gladio linguæ dogmata falsa secat.

TOMUS OCTAVUS HUJUS SPICILEGII A. C. 1668. publicam lucem adspexit, & continet

Attonis Vercellensis Episcopi Capitulare; Ejusdem libellum in 3. partes divisum de pressuris ecclesiasticis, id est, de judiciis Episcoporum, de Ordinationibus eorundem, & de facultatibus ecclesiarum; Ejusdemque epistolas.

Miscellanea epistolarum, chartarum, Diplomatum &c.

Vitam S. Medardi Noviomensis Episcopi autore *Fortunato* Presbytero.

Actus ejusdem Sancti ab anonymo Monacho.

Chronicon *Nicolai* Trivethi ordinis Prædicatorum, ab anno MCXXXVI. ad MCCCVII.

Primum locum tenent nonnulla Attonis Vercellensis scripta, quæ sine lacunis se non dare potuisse Dacherius queritur, cum codex MSCtus, ex quo descripta sunt, in tota superiori parte sive pluvia infectus, sive carie corrosus repertus fuerit, ita ut in unaquaque pagina linea defuerit. Primum autem ex At-

tonis ſcriptis a Dacherio hic editis eſt ejus Capitulare, cujus capite 4. decernitur, ut omnes Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi fidem catholicam memoriter teneant. Ubi fidei catholicæ nomine ſymbolum deſignatur, quod vulgo Athanaſianum appellatur, quia a Magno Athanaſio compoſitum creditur, cui hoc ſymbolum adſcribunt ex noſtris Waltherus centur. Miſcellan. c. 98. Calovius Theol. natur. & revel. p. 69. & in Vindiciis adverſus Henricum Nicolai theſ. 29. ſeq. Ex Reformatis Rivetus Critic. S. libr. III. c. 4. Ex Pontificiis Bellarminus de Scriptoribus eccleſ. Poſſevinus in apparatu, Serarius in diſputationibus de Symbolo Athanaſiano & alii. Nec negari poteſt, jam ante Reformationem multis retro ſeculis hoc ſymbolum Athanaſio adſcriptum fuiſſe. Teſtes e ſeculo XV. adducit Voſſius diſſ. 2. de ſymbol. theſ. 1. Eugenium IV. Papam in concilio Florentino, & Gennadium, de quo ait: *etiam a Gregorio* (Georgio dicere debuiſſet) *ſive, ut prius dicebatur, Gennadio Scholario* (imo prius Georgius, & poſtea Gennadius dictus eſt,) *Patriarcha Conſtantinopolitano c. 1. ſect. 1. libri, quem pro concilio Florentino proxime ab eo anno ſcribebat, clare ejus* (nempe ſymboli) *autor appellatur ὁ τῆς ἀληθείας κήρυξ καὶ ὁμολογη-*

Digitized by Google

λογητὴς ὁ μέγας Ἀθανάσιος, *veritatis præco & confessor, magnus Athanasius.* Addimus ex eodem seculo Johannem Plusiadenum, qui in disceptatione pro concilio Florentino Tom. 1. Græciæ orthodoxæ editæ a Leone Allatio p. 628. meminit confessionis fidei, quam Athanasius Liberio Papæ exhibuit, & cujus initium est: *quicunque vult salvus esse.* Seculo XIV. Athanasio hoc symbolum ascripsit Manuel Calecas in tractatu contra Græcos, quem ab Ambrosio Camaldulensi olim latine versum ex Bavarica bibliotheca cum notis suis edidit Petrus Stevartius, iterumq; ex Stevartii editione exhibet bibliotheca Patrum Lugdunensis Tom. XXVI. Nam in secundo libro contra Græcos p. 410. Calecas allegat Athanasium, ejusque confessionem, quæ incipit: *quicunque vult salvus esse.* Quam confessionem ab Athanasio ad Julium Papam Romanum scriptam esse, idem Calecas in tractatu de principiis fidei catholicæ, quem Franciscus Combefisius in novissimo suo auctario part. 2. edidit, p. 284. testatur. Eodem seculo Johannes Sapiens, vel Cyparissiota in suis decadibus de Deo hoc symbolum Athanasio adscripsit. Seculo XIII. Johannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus in suis epigraphis, quas Leo Allatius

Digitized by Google

Tom. II. Græciæ orthodoxæ vulgavit epigraph. I. p. 531. Athanasium hujus symboli autorem nominare non dubitat. Eadem isto seculo sententia fuit Guilielmi Durandi, qui in rationali divin. offic. libr. IV. c. 25. Treviris hoc symbolum ab Athanasio compositum opinatur. Neque hic tacendi Gregorii IX. Apocrisiarii, de quibus Vossius diss. 2. de symbolis p. 37. ita loquitur: *primi, ut arbitror, apud quos Athanasiani fiat symboli mentio, sunt Rodolphus, & Aymo, ex Minorum; & Hugo, ac Petrus, ex Prædicatorum ordine: qui quatuor anno 1239. ad Græcos Latinis conciliandos a Gregorio IX. Constantinopolin missi fuere: unde ἀποκρισιάριοι, hoc est, legati Ecclesiæ, non Græcis modo, sed Latinis etiam vocantur. Horum definitio in Romanis est bibliothecis, Vaticana, atque item Sfortiana; Latineque, cum alibi habes, tum Tomo XIII. eccles. Annalium, qui est Abrahami Bzovii, ad annum memoratum. In ea definitione etiam legas: Propterea quicunque non crediderit Spiritum S. a Filio procedere, in via perditionis est. Unde S. Athanasius, dum in partibus Occidentalibus exulabat, in expositione fidei, quam latinis verbis reddidit, sic ait: Pater a nullo est factus.* Eadem repetit Heideggerus Tom. II. dissert. 18. non animadversis erro-

Digitized by Google

erroribus, qui in hac Voſſii relatione occurrunt. Nam neque illi Apocriſiarii primi fuerunt, qui hoc ſymbolum ſub Athanaſiani nomine allegarunt, neque A. C. 1239. miſſi ſunt, neque Bzovius ad A. C. 1239. ſed ad A. C. 1233. legationem illam retulit. Seculo XII. ſi Celeberrimi Cavei calculum ſequamur, occurrit Johannes Beleth, qui in explicatione divini officii c. 40. ſymbolum hoc itidem Athanaſio aſſignat. Cui ex eodem ſeculo addi poſſunt Otto Friſingenſis, qui libro IV. chronic. c. 7. ſymboli Athanaſiani mentionem facit, & Henricus Abbas, qui cum Græcis diſputans Athanaſii ſymbolum allegavit referente Arnoldo in chronico Slavorum lib. III. c. 5. p. 248. Seculo XI. Gualdo in vita Anſcharii edita per Lambecium in originibus Hamburgenſibus, & per Bollandum & Henſchenium in actis Sanctorum d. 3. Februarii hujus ſymboli ita meminit:

Catholicamque fidem, quam compoſuiſſe beatus
Fertur Athanaſius &c.

Eodem ſeculo Bruno Herbipolenſis ſymbolum hoc, quod Athanaſii fidem appellat, commentario ſuo illuſtravit. Seculo X. Abbo Floriacenſis in apologetico, qui A. C. 1687. cum codice canonum veteri eccleſiæ Roma-

Romanæ per Francíſcum Pithœum illuſtrato, & Petri Pithœi miſcellaneis eccleſiaſticis ex bibliotheca Dn. Claudii le Peletier Pariſiis prodiit, his verbis utitur p. 401. *primum de fide dicendum credidi, quam alternantibus choris, & in Francia & apud Anglorum Eccleſiam variari audivi. Alii dicunt, ut arbitror, ſecundum Athanaſium,* SPIRITUS SANCTUS A PATRE ET FILIO NON FACTUS, NEC CREATUS, NEC GENITUS, SED PROCEDENS: *alii vero tantum,* SPIRITUS SANCTUS A PATRE ET FILIO NON FACTUS, NEC CREATUS, SED PROCEDENS, *qui dum id quod eſt, nec genitus ſubtrahunt, Synodicam Domni Gregorii ſe ſequi credunt, ubi ita eſt ſcriptum:* SPIRITUS SANCTUS NEC GENITUS EST, NEC INGENITUS, SED TANTUM PROCEDENS. Ex eodem ſeculo Ratherius Veronenſis vel Leodienſis in conſtitutione Synodica ad Presbyteros edita tomo II. Spicilegii Dacheriani p. 263. a Presbytero exigit, ut ſermonem Athanaſii de fide Trinitatis, cujus initium eſt: *quicunque vult*, memoriter recitare poſſit. Seculo IX. Hincmarus Remenſis variis in locis Athanaſio hoc ſymbolum tribuit nempe Tom. I. in tractatu de non trina Deitate p. 437. 452. & 540. in capitulis Synodicis cap. 1. ubi ait:

ſermo-

ſermonem Athanaſii de fide, cujus initium eſt: quicunque vult ſalvus eſſe, memoriæ quisque (Presbyterorum) *commendet, & ſenſum illius intelligat, & verbis communibus enunciare queat;* & in tractatu de prædeſtinatione c. 35. p. 309. ubi hoc Athanaſii ſcriptum, quod alias apud veteres fides Athanaſii, vel fides catholica, vel ſermo de fide, vel expoſitio fidei, vel confeſſio Athanaſii frequenter appellari ſolet, expreſſe ſymboli nomine deſignavit. Et forte primum Hincmarum hoc ſcriptum ſub nomine ſymboli allegaſſe, notat Sirmondus in notis ad Theodulfum p. 276. Oudinus autem de Scriptoribus eccleſiaſticis p. 32. exiſtimat, quod ante Hincmarum Remenſem nullus inter Græcos & Latinos Scriptores hujus ſcripti Athanaſiani mentionem faciat, quod etiam aſſerit Hermantius de vita Athanaſii libro V. c. 7. Sed hanc Oudini & Hermantii ſententiam falſam eſſe, probari poteſt ex Theodulpho Aurelianenſi, qui ante Hincmarum, etſi eodem ſeculo, ſcripſit tractatum de Spiritu S. p. 72. ubi verba quædam hujus ſymboli ſub Athanaſii nomine citantur. Et his noni ſeculi teſtibus jungi etiam poteſt Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus in libro contra Felicem c. 3. Tom. I. p. 3. Ratramnus operis adverſus

Græ-

Græcos ſcripti, & in Dacheriani Spicilegii tomo ſecundo editi libro II. c. 3. ubi verba quædam ex Athanaſii ſymbolo, ſeu, ut ipſe loquitur, ex Athanaſii libello de fide allegat; Æneas Pariſienſis in tractatu contra Græcos, quem itidem Dacherius & quidem tomo VII Spicilegii ſui edidit, p. 23. ubi verba quædam ex Athanaſii fide catholica h. e. ex ejus ſymbolo adducit; Alyto vel Haitho Baſileenſis Epiſcopus in capitulari, quod Dacherius tomo VI. Spicilegii ſui edidit, capite 4. quod ita ſe habet: *quarto, ut fides S. Athanaſii a Sacerdotibus diſcatur, & ex corde die Dominico ad horam primam recitetur*; Rembertus in vita anteceſſoris ſui Anſcharii Epiſcopi Hamburgenſis apud Bollandum & Henſchenium in actis Sanctorum d. 3. Februarii pag. 426. ubi refert, quod Anſcharius moriturus fratres, qui aderant, & litaniam & pſalmos pro ejus exitu decantabant, admonuerit, ut etiam hymnum *Te Deum laudamus*, & fidem catholicam a B. Athanaſio compoſitam cantarent; & Regino Prumienſis libro I. de eccleſiaſtica diſciplina, ubi habetur libellus inquiſitionis in vitam & miniſterium Presbyterorum, cujus capitulum 85. his verbis expreſſum legitur: *ſi ſermonem Athanaſii Epiſcopi de fide ſanctæ Trinitatis, cujus initium eſt,*

eſt, Quicunque vult ſalvus eſſe, memoriter teneat, & ſenſum illius intelligat, & verbis communibus enunciare ſciat. Si autem hæc inquiſitio, quæ apud Reginonem extat, edita fuit ævo Bonifacii Epiſcopi Moguntini, ut Stephano Baluzio in notis ad Reginonem p. 534. placet, probari poterit, jam ſeculo VIII. ſymbolum hoc Athanaſio attributum fuiſſe. Quo ſeculo etiam Anonymus quidam & incertus autor de ſymbolo Athanaſiano his verbis uſus eſt: *Beatus Athanaſius in expoſitione catholicæ fidei, quam ipſe egregius Doctor conſcripſit, & quam univerſalis confitetur eccleſia, proceſſionem Spiritus S. a Patre & Filio declarat*, ut Sirmondus in notis ſuis ad Theodulphum Aurelianenſem obſervavit. Ex Seculo VII. adduci poſſet Iſidorus Hiſpalenſis, qui in epiſtola ad Claudium, & in alia ad Eugenium Athanaſio hoc ſymbolum adſcribit, niſi epiſtolas illas ſuppoſitas eſſe multi eruditorum judicarent. Poſſunt autem ex ſeculo VII. adduci Patres concilii Auguſtodunenſis, vel Æduenſis, quod Sirmondus ad A. C. 670. Cointius vero ad A.C. 673. retulit. Nam ad hoc concilium Sirmondus Tom. I. concil. Gall. p. 507. refert illum canonem, in quo Clerici ab Epiſcopo condemnandi dicuntur, qui fidem Athanaſii irre-

Digitized by Google

irreprehenſibiliter non tenuerint, de quo canone etiam videri poterit Jacobus Petitus in notis ad Theodori Cantuarienſis pœnitentiale p. 102. Si autem ulterius ad ſextum, quintum & quartum, quo Athanaſius vixit, ſeculum retrogrediamur, nullus quod ſciam reperitur, qui ſymbolum hoc Athanaſio aſcripſerit: Quin etiam nulla clara veſtigia apparent, ex quibus hoc ſymbolum his ſeculis cognitum fuiſſe conjicere poſſimus. Nam incertum eſt, num Fortunati expoſitio in ſymbolum Athanaſianum, quam Muratorius tomo II. ſuorum *ἀνεκδότων* publicavit, Venantium Fortunatum ſexti ſeculi Scriptorem, an juniorem aliquem Fortunatum autorem habeat. Nec minus incertum eſt, quod nonnulli de Pſalterio quodam Gregorii M. ætate ſcripto referunt, in quo hoc ſymbolum legatur, cujus Pſalterii Uſſerius in epiſtola ad Voſſium meminit. Aperte autem falſum eſt, quod Ferdinandus Ughellus Tom. IV. Italiæ S. tradidit, nempe Gaudentium Brixienſem in ſymbolum Athanaſii commentatum fuiſſe, & illum commentarium in bibliothecis Patrum reperiri. Nam neque in Patrum bibliothecis, nec usquam alibi Gaudentii in Athanaſii ſymbolum commentarius reperitur. Verba Auguſtini, quæ

ex

Digitized by Google

ex ejus tractatu in Psalmum CXX. depromi solent: *de hoc sole Pater Athanasius Alexandrinus Episcopus ita pulchre locutus est: non factus nec creatus, sed genitus*, Augustini non sunt, cum neque in MSCtis codicibus, neq; in editionibus bonæ notæ reperiantur. Et quamvis magnus quidam Theologus dicat, totum fere Athanasianum symbolum in isto Augustini sermone recitari, idque maxime verum esse contra Vossium contendat, legentibus tamen illum Augustini sermonem facile aliud patebit. Nec majoris ponderis est testimonium, quod vel ex Gregorii Nazianzeni oratione de laudibus Athanasii, vel ex Hilarii fragmentis depromi solet. Unde enim probabitur, Gregorium Nazianzenum, cum in illa oratione dicit, quod Athanasius unam trium Personarum Deitatem & essentiam scripto confessus fuerit, ad symbolum Athanasii, & non potius ad alia ejus scripta respexisse. Neque sequitur jam Hilarii Pictaviensis, qui Athanasio coævus fuit, ætate symbolum hoc ecclesiæ notum fuisse, cum in aliquo codice fragmentorum Hilarii repertum fuerit. Unde enim constare poterit, quod ipse Hilarius fragmentis a se collectis hoc symbolum addiderit? aut quid obstat in uno codice variorum seculorum mo-

numenta conjungi? Cum igitur apud Scriptores, qui Athanaſii & proxime ſequentibus ſeculis vixerunt, altum ſit de Athanaſii ſymbolo ſilentium, ſatis probabile eſt, Athanaſium pro hujus ſymboli Autore haberi non poſſe. Nam alias dubio procul quarti, quinti & ſexti ſeculi Scriptores ſymbolum tanti Præſulis contra hæreticos frequenter uſurpaſſent. Accedit, quod hoc ſymbolum Athanaſio jam pridem defuncto editum fuiſſe ex eo colligi poſſit, quod in eo Neſtorianorum & Eutychianorum hæreſis quinto demum ſeculo exorta ſatis aperte perſtringatur. Quod enim Maimburgius libr. IV. hiſtor. Arian. poſteriorem ſymboli partem de incarnatione Chriſti agentem ab alio adjectam judicat, facilius dicitur, quam probatur. Et ne ſic quidem omnis difficultas tollitur, cum plures aliæ rationes ſuppetant, quæ fœtum hunc Athanaſio ſupponi perſvadent. Græcus enim hujus ſymboli textus Athanaſii ſtylum non ſapit. Præterea græcorum exemplarium varietas latinum ſymboli hujus textum authenticum eſſe perſvadet. Athanaſium autem aliquid latine ſcripſiſſe, probabile non eſt. Et quis credat Athanaſium homouſii vocem omiſſurum fuiſſe, ſi hoc ſymbolum componere ipſi libuiſſet? ut alias ratio-

Digitized by Google

tiones taceamus. Unde Athanasio hoc symbolum abjudicant Usserius in epistola ad Vossium, quam diatribæ suæ de symbolo Apostolico .vetere aliisque fidei formulis præmisit, Vossius dissertatione 2. de symbolis, Carpzovius in Isagog. ad libros symbolicos p. 73. qui tamen postea p. 87. ubi ex communi sententia loquitur, Athanasio hoc symbolum tribuere videtur, Cabassutius in notitia eccles. sec. IV. diss. 17. Combefisius in notis ad Calecam p. 296. Meletius Patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Janum Dousam, quæ extat inter epistolas ecclesiasticas A. C. 1684. editas n. 25. & alii. Facilius autem est probare, symbolum hoc esse Athanasio suppositum, quam docere, quis verus & genuinus hujus symboli autor sit. Paschasio Quesnelio in dissert. 14. ad opera Leonis, & in addendis p. 917. videtur symbolum hoc a Vigilio Tapsensi in Africa Episcopo eo tempore conditum, quo Vandalorum persecutio, & hæresis Ariana in Africa sæviebat. Certum enim ipsi est, autorem esse Latinum, Athanasii autem nomen non casu huic symbolo adhæsisse, sed autorem sub hoc nomine ex metu tyrannorum & hæreticorum latere voluisse. Hæc autem omnia in Vigilium optime quadrare judicat, quem &

alia quædam ſcripta ſub nomine Athanaſii edidiſſe cenſet. Verum nondum certo conſtat, quod Vigilius dialogum contra Sabellianos, Arianos & Photinianos ſub Athanaſii nomine ſcripſerit. Et quamvis Vigilius contra Eutychianos ſcripſerit, quorum hæreſis etiam in ſymbolo Athanaſiano refutatur, certum tamen argumentum ex eo peti non poteſt, quod Vigilius ſymboli hujus autor ſit, cum alii etiam Scriptores contra Eutychianos ſcripſerint, qui tamen hujus ſymboli autores non creduntur, quemadmodum nec ex eo certum argumentum peti poteſt, quod phraſes & ſententiæ in Vigilii ſcriptis occurrentes, cum phraſibus & ſententiis in ſymbolo occurrentibus non raro conveniant. Potuit enim autor ſymboli, quisquis fuerit, ex Vigilio aliisque Scriptoribus phraſes aliquas mutuari. Nihilominus tamen in Quesnelii ſententiam inclinarunt Natalis Alexander ſec. IV. part. I. p. 442. Oudinus in ſupplemento de Scriptoribus eccleſ. p. 32. Pagi ad A. C. 340. & alii, quos inter & Papebrochius, qui, licet in vita Athanaſii c. 10. autorem hujus ſymboli Athanaſium ſtatuerit, poſtea tamen per ſcrupulos a Quesnelio objectos ad aliam ſententiam perductus eſt, ut videre licet ex Tom. VII. Maji p. 549. & appendi-

pendice ad Tom. I. Maji p. 755. Alia ſententia eſt Joſephi Anthelmii, qui in nova disquiſitione de ſymbolo Athanaſii Vincentio Lirinenſi hoc ſymbolum vindicat. Obſervat enim, quod hoc ſymbolum in Gallia manifeſtari cœperit, a Gallis primum celebratum, in Gallicis Synodis receptum, in Gallicanis eccleſiis primo decantatum fuerit. Non dubitat ergo, quin hoc ſymbolum Gallicum aliquem Scriptorem autorem agnoscat. Autorem autem illum ſuſpicatur eſſe Vincentium Lirinenſem, cum ille vixerit ævo, quo hoc ſymbolum compoſitum fuit, hæreſium illarum, quæ in ſymbolo confutantur, inſignis antagoniſta fuerit, ſub alio nomine mereri affectaverit, Trevirenſe ſolum, ubi ſymbolum repertum, patriam agnoverit, in ſcriptis ſuis iisdem formulis utatur, quæ in ſymbolo occurrunt, & ſolenni promiſſione ad confeſſionem fidei aliquando accuratius exponendam ſe obſtrinxerit. Verum Fratres Benedictini e congregatione S. Mauri, qui novam operum Athanaſii editionem procurarunt in diatriba de ſymbolo *quicunque vult* animadvertunt, has Anthelmii rationes non evincere, quod Vincentius Lirinenſis ſymboli hujus autor ſit, donec alicujus probati codicis, vel Autoris teſtimo-

Digitized by Google

nium pro Vincentio accedat. Nihil enim amplius illæ rationes probant, quam quod Vincentius ſymboli hujus autor eſſe potuerit. Quod autem revera illius autor fuerit, non probant. Nam quantum ad ſimilitudinem phraſium in Vincentii commonitorio, & in hoc ſymbolo attinet, potuit & Vincentius & Autor ſymboli ejusmodi vocibus & phraſibus uti, quæ tunc in eccleſia receptæ & uſitatæ erant. Quando autem Vincentius in commonitorio ait: *hæc in excurſu dicta ſunt alias, ſi Deo placuerit, uberius tractanda & explicanda*, non videtur his verbis breve aliquod ſymbolum, ſed prolixiorem commonitorio ſuo tractatum polliceri. Poſt Quesnelium & Anthelmium etiam peculiarem de autore hujus ſymboli ſententiam fovit Ludovicus Antonius Muratorius, qui in tomo 2. ſuorum ἀνεκδότων A. C. 1698. Mediolani edito Venantium Fortunatum hujus ſymboli autorem fuiſſe ſuſpicatur. Sed cum ipſe conjecturis ſuis non magnopere confidat, ejus ſententiam diſcutere ſuperſedemus, quemadmodum & eorum ſententiam ad examen revocare nolumus, qui vel Hilario Pictavienſi, vel Euſebio Vercellenſi, vel Bonifacio cuidam, vel Anaſtaſio, vel Athanaſio Spirenſi ſymbolum hoc tribuendum cenſuerunt.

Digitized by Google

runt. Et hæc quidem, quæ de autore ſymboli Athanaſiani hactenus dicta ſunt, ex Prælectionibus meis publicis ad Dn. D. Alberti Intereſſe religionum breviter repetere placuit. Nunc vero absque ulteriore mora ad Dacherianum Spicilegium redimus.

NONUS igitur HUJUS SPICILEGII TOMUS A. C. 1669. vulgatus continet

Capitula ſelecta ex antiqua canonum collectione facta in Hibernia.

Alia capitula *Theodori* Cantuarienſis Archiepiſcopi.

Statuta quædam *S. Bonifacii* Archiepiſcopi Moguntini & Martyris.

Concilium Romanum præſidente Gregorio Papa V.

Statuta ſeu conſtitutiones eccleſiæ Lugdunenſis.

Ordinationem factam per Prælatos pro Clericis conjugatis & non conjugatis.

Sermones ſelectos *Abbonis* Monachi S. Germani a Pratis.

Miſcellanea epiſtolarum variarumque chartarum.

Chronicon Andrenſis Monaſterii O. B. in dioeceſi Tarvannenſi.

Vitam S. *Lietberti* Cameracenſis Epiſcopi.

Digitized by Google

Cur ſelecta tantum capitula ex collectione Hiberna ediderit, non integram collectionem, duas cauſas adducit. Una eſt, quod multa communia & in aliis collectionibus obvia lectori erudito fuiſſent offerenda; altera, ut laborem maximum refugeret, qui plurimis vitiis corrigendis neceſſario impendendus fuiſſet. Præmittit Dacherius his capitulis nonnullas obſervatiunculas, quibus docetur, e quibus conciliis capitula hæc deſumta ſint, & loca quædam emendantur, ſicut e. g. ad verba libri XII. c. 14. *quid eſt inter Chriſtianum & Novatianum? niſi quia Novatianus indeſinenter abſtinet, Chriſtianus vero per tempora jejunat, ut locus, & tempus, & perſona per omnia obſervent*ur, obſervat, quod pro Novatiano Tatianus ponendus videatur. Selectis his capitulis collectionis hibernicæ ſubjunguntur alia capitula Theodori Cantuarienſis, quæ Dacherius gloſſis ſuis marginalibus utcunque illuſtravit. Pleniorem autem capitulorum Theodori meſſem poſt hoc Spicilegium dedit Jacobus Petit, qui Theodori Cantuarienſis pœnitentiale omnibus, quæ reperiri potuerunt, ejusdem capitulis adauctum Pariſiis 1679. publicavit. Inter ſtatuta Bonifacii Epiſcopi Moguntini & Martyris ultimum eſt, ut Presbyteri diebus Domini-

minicis populo feſta celebranda annuncient. Sunt autem iſta feſta Natalis Domini, Circumciſio Domini, Epiphania, Purificatio Mariæ, Paſcha Domini, Aſcenſio Domini, Natalis Johannis Baptiſtæ, Paſſio Petri & Pauli, Aſſumtio S. Mariæ, Nativitas S. Mariæ & Paſſio Andreæ. Pentecoſtes autem in hoc indiculo mentio nulla facta eſt, quia de illo feſto Bonifacius peculiari ſtatuto, nempe 34. egerat. Cæterum ex hoc indiculo Dacherius obſervat, quam paucis feſtis diebus tum temporis Chriſtiani vacare ſeu feriari tenerentur. In concilio Romano Gregorii V. quod hoc Spicilegio exhibetur, inter alia decernitur, ut Regis Roberti cum Berta conſangvinea matrimonium diſſolvatur, excommunicationis pœna, niſi pareant, interpoſita. Decernitur quoque, ut Epiſcopatus Merſeburgenſis a ſede Apoſtolica & Ottone I. in univerſali concilio fundatus, iterumque a ſede Apoſtolica & Ottone II. ſine concilio deſtructus in proprium honorem redeat. Ex Abbonis ſermonibus eos imprimis Dacherius edendos elegit, qui diſciplinam eccleſiaſticam tum temporis obſervatam oſtendunt, modumque docent publice pœnitentes eccleſiæ reconciliandi, & tempus euchariſtiæ ipſis conferendæ. Inter

miſcellanea epiſtolarum agmen ducit *Albini Alcuini* in expoſitionem VII. Pſalmorum poenitentialium, Pſalmi 118. & Pſalmorum 15. gradualium præfatio hactenus deſiderata ad Arnonem Epiſcopum Salisburgenſem. Hanc præfationem ſequuntur octo epiſtolæ *Anſelmi* Cantuarienſis, quarum prima Richardum Monachum docet, obedientiam indiscretis jejuniis, & corporis vexationibus anteponendam eſſe; ſecunda Viros quosdam religioſos hortatur, ut etiam de minimis ſint ſolliciti, & Angelos ſibi ſemper adſtantes cogitent, eorumque converſationem imitentur; tertia Hugonem hortatur, ut culpas ſuas non celet nec defendat; quarta amicum monet, ut Deo ſemper præſens ſit, & ejus offenſionem caveat; quinta contra Presbyteros dirigitur, qui uxores ſuas dimittere nolebant; ſexta nepoti Anſelmo bonos mores, & ſtudia, & lingvæ latinæ uſum commendat; ſeptima Waltherum Cardinalem hortatur, ut ad onus ſui officii ſuſtinendum ſubſidium a Pontifice Romano accerſat; octava deniqs Epiſcopos Hiberniæ rogat, ut pro ſe multis ærumnis preſſo Deum interpellent. Circa finem miſcellaneorum occurrunt aliqua monumenta ad conventum Mantuanum 1459. pertinentia, & in his oratio *Pii II.* in qua

Digitized by Google

qua Carolum Franciæ Regem iisdem verbis alloquitur, quibus David omnipotentem cœli & terræ Regem allocutus est: *secundum nomen tuum sit & laus tua, sit in fines terræ* Psal. XLVIII, 11. Et hæc etiam de nono Spicilegii tomo dicta sufficiant.

TOMUS DECIMUS HUJUS SPICILEGII A. C. 1671. in lucem prodiit, & continet

Consultationum *Zacchæi* Christiani, & *Apollonii* Philosophi libros tres.

Venerabilis *Bedæ* Martyrologium heroico carmine.

Ordinem solarem anni cum literis a S. Hieronymo superpositis &c. sive vetus Calendarium.

Miscellanea epistolarum.

Gesta *Guillelmi* Majoris Episcopi Andegavensis ab ipsomet conscripta.

Historiam Ecclesiæ de Fontanis O. C. a *Peregrino* Abbate.

Historiam Comitum Andegavensium per *Fulconem* Comitem.

Gesta Consulum Andegavensium auctore Monacho Benedictino Majoris monasterii.

Librum de compositione castri Ambasiæ, & ipsius dominorum gestis.

Histo-

Digitized by Google

Hiſtoriæ Afflegemienſis librum unum.
Continuationem ejusdem hiſtoriæ.
Chronicon Barcinonenſe.
Addenda in Miſcellaneis.

Primo ergo loco comparent Zacchæi Chriſtiani, & Apollonii Philoſophi conſultationes, ſeu, ut hic tractatus in nonnullis codicibus inſcribitur, altercatio Apollonii Philoſophi cum Zacchæo Chriſtiano. Qua ætate autor vixerit, qui vero ſuo nomine diſſimulato fictitia Zacchæi & Apollonii nomina huic dialogo affixit, non ſatis conſtat. Dacherius multis conjecturis probare ſatagit, quod ante quinti ſeculi initium manum operi non admoverit, quas conjecturas etiam Dn. de Tilmont, Dn. du Cange, Joh. Baptiſtæ Cotelerio, Johanni Garnerio, & Paſchaſio Quesnelio approbari dicit. Ab ætate hujus autoris ad ejus doctrinam pergit Dacherius, & aſſerit, fortiſſimum hunc religionis athletam non ſolum veteres, ſed etiam præſentis ætatis hæreticos damnaſſe, & inter alia obſervat, quod Monaſticen, quam Lutherus ut Diaboli inventum exagitavit, tanquam ſingulare Dei opus commendaverit, quaſi vero monaſticus, qui in veteri eccleſia viguit, ſtatus non ſit ab eo, quem Lutherus exagitavit, diverſiſſimus. Cæterum Dacherius hunc ipſum

Digitized by Google

ipſum autorem, quem modo fortiſſimum religionis athletam nominavit, paulo poſt Pelagiana fuligine tinctum non diſſimulat; unde de ejus cum doctrina noſtra conſenſu non multum laboramus. Martyrologii metrici, quod Bedæ adſcribitur, Autorem fuiſſe aliquem Anglum, Dacherius ex variis Sanctis Anglicanis colligit, qui in hoc Martyrologio memorantur. Anglum autem illum fuiſſe Monachum Girwenſis cœnobii, ex eo ſuſpicatur, quod V. Cal. Maij dedicatio Girwenſis eccleſiæ celebretur, etſi alias dedicationem illam VIII. Cal. Maij factam Monaſticon Anglicanum referat. Inter miſcellanea epiſtolarum primo loco legitur *Dungali* Recluſi epiſtola ad Carolum M. de duplici Solis eclipſi, quæ A. C. 810. apparuit, de qua epiſtola Iſmaelis Bullialdi judicium præfationi hujus tomi inſertum eſt. In addendis ad miſcellanea prima fronte ſe offert *Martini* Dumienſis epiſtola ad Mironem Galliciæ Regem, ſeu ad libellum, qui inſcribitur *formula honeſtæ vitæ*, præfatio, quam nunquam antea editam putavit Dacherius. Qua tamen in re ſua ipſum opinio fefellit. Nam hæc Martini Dumienſis præfatio jam a Boxhornio ad Ammianum Marcellinum in lucem prolata fuerat, etſi in ea Mironis nomen omittatur,

&

& nonnulla alia a Dacheriana editione discrepent, conf. Colomesii observ. sacr. p. 132. Fuit autem iste Martinus non Scotus Episcopus, ut in codice quodam MSCto perperam nominatur, sed Pannoniensis, & quidem Dumiensis Abbas & Episcopus postea Bracatensis. Legitur etiam in his addendis *Frederici* Episcopi Colonienſis epistola formata ad Brunonem Trevirensem Episcopum, in qua dicit, se decreta Patrum Nicænorum sancte servantem Balduinum Diaconum per formatam epistolam commendare voluisse. Fuit enim hæc olim & etiamnum est multorum sententia, quod modus conficiendi & certis characteribus signandi literas formatas a Patribus concilii Nicæni traditus fuerit. Quod probari solet ex epistola Attici, quæ actis concilii Chalcedonensis subjungi solet, etsi non immerito eruditi nonnulli cum Dodwello in 2. dissert. ad Cyprianum p. 17. dubitent, an sincera sit illa Attici epistola. Plura de isto Attici fragmento & epistolis formatis suppeditant Bernardinus in tractatu de epistolis ecclesiasticis, Priorius in dissert. de literis canonicis, Sirmondus concil. Gall. Tom. II. p. 663. & in notis ad Sidon. Apollinar. p. 66. Carolus du Fresne in glossario mediæ & infimæ latinitatis Tom. II. p. 504. Antonius Augu-

Digitized by Google

Auguſtinus de emendatione Gratiani libr. I. dial. 16. Bignonius in notis ad Veter. formulas p. 959. Lupus ad Tertullianum de præſcript. p. 393. Cabaſſutius notit. eccleſ. ſect. 2. diſſ. 7. pag. 32. Beveregius in not. ad can. 12. apoſtolic. Basnagius de hæreſi Apollinarii p. 70. Larroquanus in præfat. ad adverſaria ſacra, item adverſ. lib. I. cap. I. p. 25. & in eorundem appendice, ut alios taceamus. E noſtratibus conſuli poterit inter alios Dorſcheus exercit. ad diatypoſin Concil. Nicæn. p. 83. & 84. & in addendis ad p. 84. ubi obſervat, nonnullos literas π υ α π in literis formatis perperam ita interpretari, quaſi prius π Patrem, υ Filium, α Spiritum S. & poſterius π Petrum Apoſtolum ſignificaret, unde ex his epiſtolis formatis prærogativam aliquam Petri Apoſtoli & Pontificum Romanorum Pontificii exſculpunt. Potius enim literæ illæ Π Τ Α Π denotant Πατέρα, Τ'ιὸν καὶ Ἅγιον πνεῦμα, quia forte Orientales poſt Arii condemnationem harum literarum ſignaculo confeſſionem Trinitatis edere voluerunt. Placet vero etiam Dorſcheo judicium Ferrarii de hac Attici epiſtola dicentis, eam tot ac tantis affectam eſſe vulneribus, ut temerarium omnino ſit, medicas ei velle adhibere manus. Addit vero Dorſcheus: *plenius dixis-*

dixisset omnino fictitiam esse. Conferantur etiam, quæ de formatis epistolis collegit doctissimus Crenius in fascic. Exercitationum philologico-historicarum p. 91. & seq. ubi & plures, qui hoc argumentum tractarunt, nominat, & inter hos Gerhardum Rodolphum Gravienſem in opere non indocto, nec ubivis in bibliothecis obvio de literis canonicis videlicet formatis, pacificis, commendatitiis ac dimissoriis, quibus in ecclesia primitiva sancti Patres usi sunt.

Sequitur TOMUS SPICILEGII UNDECIMUS A. C. 1672. vulgatus, qui continet

Collectionem antiquam canonum Pœnitentialium tribus libris distinctam.

Statuta Synodalia *Nicolai Gelant, & Guillelmi Majoris* Episcoporum Andegavensium.

Sermonem vetusti Autoris de Natali Domini contra Nestorium.

Miscellanea epistolarum ac diplomatum.

Chronicon *Guillelmi de Nangis*; Continuationem ejusdem primam, & continuationem alteram Monachis S. Dionysii in Francia autoribus.

Primum locum occupat collectio canonum pœnitentialium ab autore Anonymo, quem

quem ante ſeculum IX. vixiſſe Dacherius conjicit, in tres libros diſtincta. Et primus quidem liber juxta ipſius autoris diviſionem agit de pœnitentia & pœnitentibus, criminibus atque judiciis; ſecundus de accuſatis & accuſatoribus, judiciis atque teſtibus cum reliquis ad hæc pertinentibus eccleſiaſticis regulis; tertius de ſacris ordinibus, qui promovendi ſint ad Clerum, vel a Clero removendi, & de regulis ac privilegiis omnium Clericorum & Præſulum. Uſus eſt hac collectione Halitgarius, cum pœnitentialem ſuum ſcriberet, quia & libri ſui pœnitentialis præfationem ex hujus collectionis præfatione mutuatus eſt, ita tamen ut eam breviorem redderet. Fontes autem Conciliorum & Autorum, ex quibus hæc canonum collectio derivata eſt, Dacherius in margine notavit. In Statutis Synodalibus Nicolai Gelant & Guillelmi Majoris Epiſcoporum Andegavenſium, quæ proximum hujus tomi locum tenent, inter alia decretum fuit, ut abrogaretur uſus hoſtiarum, quæ in die paſchæ non communicantibus loco benedicti panis præbebantur; ne Diaconi, qui confeſſiones infirmorum excipiebant, iisque euchariſtiam adminiſtrabant, ulterius id facere auderent, niſi in caſu neceſſitatis, ubi Presbyter abeſ-

set; ut in baptismo trina immersio aut certe trina aquæ affusio observaretur; ne barbitonsores in diebus Dominicis barbas raderent, aut venæ sectionem susciperent, nisi mortis aut gravis infirmitatis periculo imminente, item ne molitores diebus Dominicis operi suo vacarent, excommunicationis pœna his sabbathi transgressoribus intimata. Sermonem, qui sequitur, in Natalem Domini nescit Dacherius an a Fulgentio contra Nestorianos compositus fuerit. Verum falso sibi persuasit Dacherius, sermonem hunc a Fulgentio compositum fuisse, & nondum hactenus prodiisse. Autor enim hujus sermonis est Petrus Chrysologus & inter ejus sermones jam sæpius prodiit. Falso quoque sibi Dacherius persuasit, chartam fundationis S. Bartholomæi Apostoli in Alnensi pago sub Hyensi Prioratu, quæ inter miscellanea epistolarum hujus tomi legitur, a se primum editam fuisse. Nam duabus vicibus jam prodierat, semel in Augusti Galandi Parisiensis Causidici dissertatione de veteri ac novo Rupellæ statu, & iterum in Johannis Belii historia Comitum Pictavienssium, ut monuit Colomesius obs. sacr. p. 132. Post epistolarum aliarumque chartarum miscellanea sequitur Chronicon Guillelmi de Nangis, qui etsi illud

lud ab orbe condito cœperit, & usque ad annum 1300. deduxerit, placuit tamen Dacherio chronicon hoc non nisi ab A. C. 1113. inchoare. Addit vero huic chronico duorum Anonymorum continuationem, quorum prior in anno 1340. alter in anno 1368. desinit.

DOMUS DUODECIMUS SPICILEGII qui A. C. 1675. publici juris factus est, continet

Paschasii Ratberti Abbatis Corbejæ opusculum de partu Virginis.

Haimonis Halberstat. Episcopi tractatum de corpore & sangvine Domini.

Adrevaldum Floriacens. O. B. de corpore & sanguine Domini contra ineptias Johannis Scoti.

Epistolam *Ratherii* Veronensis Episcopi de corpore & sanguine Domini.

Responsionem cujusdam de corpore & sanguine Domini.

Responsa *Nicolai* Papæ I. ad consulta Arduici Archiepiscopi Vesontionensis.

Flori viri prudentis collecta ex lege & canone.

Statuta Nosocomii Ambianensis facta ab *Gaufrido* Episcopo.

Digitized by Google

Hiſtoriam Trevirenſem.

Bertarii Presbyteri hiſtoriam Epiſcoporum Virdunenſium.

Hiſtoriam Virdunenſium Epiſcoporum autore *Laurentio de Leodio.*

Narrationem reſtaurationis Abbatiæ S. Martini Tornac. autore *Herimanno* Abbate.

Hiſtoriam Monaſterii Ciſonienſis.

Hiſtoriam Viconienſis Cœnobii.

Statuta antiqua Regni Angliæ.

Ordinationes *Johannis* Regis Angliæ.

Hiſtoriam de fundatione Monaſterii S. Viti in Gladbach.

Primum ex his opuſculis Theologus Pariſienſis Franciſcus Feuardentius, cum in bibliotheca Patrum nonnulla Hildephonſi ſcripta vulgaret, Hildephonſo aſcripſerat. Verum Mabillonius & cum eo Dacherius probarunt, quod inter duos Hildephonſi tractatus de Virginitate Mariæ a Feuardentio vulgatos poſterior non Hildephonſum, ſed Paſchaſium Ratbertum autorem habeat. Scriptus autem eſt hic Paſchaſii liber occaſione controverſiæ, quæ ipſi cum Ratramno de partu Virginis interceſſit, de qua jam ſupra aliquid diximus. Hunc Paſchaſii libellum excipiunt quatuor tractatus de corpore & ſanguine Domini, quorum ultimus incerti

ti & anonymi autoris eſt, qui inter alia Stercorarios perſtringit, qui corpus Domini in ſeceſſum abire dicere non verebantur. Cæteris hujus tomi ſcriptis recenſendis non immorabimur, ut tandem ad ultimum hujus Spicilegii tomum perveniamus.

ULTIMUS igitur ſeu DECIMUS TERTIUS SPICILEGII HUJUS TOMUS, qui A. C. 1677. prodiit, lectoribus ſuis offert

Synodum Atrebatenſem a Gerardo Epiſcopo celebratam.

Vitam hæreticorum ſive hæreſes Catharorum.

Anſelmi Havelbergenſis Epiſcopi dialogorum adverſus Græcos libros 3.

Miſcellanea epiſtolarum, &c.

Martyrologium Gellonenſe pervetuſtum.

Hiſtoriam Abbatiæ Condomenſis, nunc Epiſcopatus.

Arnulfi Lexovienſ. Epiſcopi ſermonem in Annunciatione B. V. & epiſtolas V.

Hildeberti Cenoman. poſt Archiepiſcopi Turonenſis epiſtolas XV.

Indices tres omnium Tomorum generales.

Et Synodus quidem Atrebatenſis a Gerar-

do Cameracenſi & Atrebatenſi Epiſcopo A. C. 1025. celebrata fuit, cum ex Italiæ finibus novi quidam hæretici adveniſſent, qui Gundulfi cujusdam evangelicis & apoſtolicis mandatis, ut rebantur, informati, nullam aliam Scripturam recipiebant, baptiſmatis myſterium abhorrebant, Dominici corporis & ſanguinis ſacramentum reſpuebant, lapſis pœnitentiam negabant, legitima conjugia annihilabant, aliisque erroneis opinionibus eccleſiam perturbabant. Hos igitur Gundulfi aſſeclas Gerardus in Synodo Atrebatenſi eo usque adegit, ut in terram corruentes tunſis pectoribus culpam agnoſcerent, & erroribus abjectis veram & catholicam fidem profiterentur, quin etiam ad confirmandum fidei ſuæ teſtamentum unusquisque eorum characterem quendam in modum crucis conſcriberent, ut hoc illis ſignum in extremo judicio, ſi fidem ſervarent, repræſentaretur ad ſalutem, ſi autem prævaricarentur, in confuſionem ipſis cederet. Hanc Synodum Atrebatenſem ſequitur manifeſtatio hæreſeos Catharorum, quam fecit Bonacurſus, qui quondam Mediolani eorum Magiſter fuerat. Dicuntur autem Cathari iſti docuiſſe, quod Diabolus elementa diviſerit, Adamum de limo terræ fecerit, & angelum lucis ſum-

Digitized by Google

ma vi in eo incluſerit, quod cum Eva concubuerit & inde Cain natus fuerit, & de ejus ſanguine canes nati fuerint, ideoque canes hominibus fideles eſſe ſolent, quod omnia, quæ facta ſunt in aëre, mari & terra, a Diabolo facta fuerint, quod ex Evæ filiabus & Dæmonibus gigantes nati fuerint, illique ex Dæmonibus parentibus ſuis agnoverint Diabolum omnia creaſſe, quod Diabolus dolens eos iſta ſcire dixerit: *pœnitet me hominem feciſſe*, quod Prophetis nonnulla a Spiritu Dei, nonnulla a Spiritu maligno revelata fuerint, ideoque Apoſtolus dixerit: *omnia probate, quod bonum eſt tenete*, quod Chriſtus verum corpus non habuerit, neque reſurrexerit, nec in cœlum aſſumtus fuerit, nec ad inferos deſcenderit, quod nemo in conjugio ſalvari poſſit, quod damnationem ſibi manducet, quisquis carnem vel aliquid beſtialis naturæ manducaverit, quod per baptiſmum Spiritus S. non accipiatur, quod juramenta damnationem poſt ſe trahant, quod Sol ſit Diabolus, Luna Eva, Stellæ Dæmones, ut cætera ipſorum deliria taceamus. De hæreticis, qui Paſſagii dicti ſunt, refertur, quod inter alia docuerint, ſabbathum & circumciſionem & alias legales cerimonias adhuc ſervari debere, Filium non eſſe æqualem Patri, ne-

Digitized by Google

que Patrem Filium & Spiritum S. unum esse Deum & unam substantiam. Novissime contra Arnoldistas disseritur, qui dixerunt, quod ob Clericorum malitiam ecclesiæ sacramenta vitari debeant, quales Arnoldistæ in hunc usque diem dantur. Sequuntur Anselmi Havelbergensis Episcopi dialogorum contra Græcos libri tres, quorum primus agit de una forma credendi, & multio formitate vivendi; secundus de processione Spiritus S. a Patre & Filio; tertius de azymo & fermento, & de Romanæ ecclesiæ prærogativa. Inter miscellanea epistolarum primo loco legitur *Hieronymi* prologus in suum Comitem. Videtur enim Dacherium latuisse, quod hic Hieronymi prologus jam olim a Matthia Flacio Magdeburgi, simul cum duobus capitibus Polydori Vergilii de nomine & autoribus Missæ, editus fuerit. Deprehenditur autem in Flaciana & Dacheriana editione aliqua differentia. Nam in Flaciana editione prologus hic dirigitur ad Constantinum Constantinopolitanum Episcopum, in Dacheriana ad quendam Constantium. In Flaciana editione Constantinus ille venerabilissimus frater, in Dacheriana Constantius venerabilis frater compellatur. Scribit autem Flacius, se hanc præfationem relig ose impri-

imprimi curaſſe, ut in vetuſto codice ſcripta fuit, ita ut, quamvis hanc epiſtolam nonnullis in locis corruptam conjiceret, noluerit tamen temere aliquid immutando gentilem ſuum nempe Hieronymum Dalmatam injuria afficere. Interim conjecturas aliquas non ſuas, ſed docti alicujus Viri margini adſcripſit. Cæterum dubio procul hic Hieronymi prologus non minus quam ipſe Comes ſeu Lectionarius pſeudepigraphis ſcriptis accenſendus eſt, etſi Pamelius in præfatione ad Tom. II. Liturgicôn, & Johannes Bona de rebus liturg. libr. 2. c. 6. librum, qui Comes inſcribitur, genuinum Hieronymi fœtum eſſe exiſtimaverit. Hunc Hieronymi prologum in Comitem excipit *Proſperi* Regienſis Epiſcopi, ſeu potius *Juliani Pomerii* prologus alter ad libros de vita contemplativa. Poſt miſcellanea epiſtolarum ſequitur Martyrologium Gellonenſe ſive Monaſterii S. Gulielmi de Deſerto, quod ſeculo nono ineunte circa A. C. 804. conſcriptum Dacherius opinatur, qui etiam huic Martyrologio varias lectiones & additiones ex aliis Martyrologiis adjecit. Hiſtoriam Abbatiæ Condomienſis quantum attinet, initium ejus Dacherius omittere voluit, cum illud futilibus narrationibus ac meris fabulis ſcatere ani-

Digitized by Google

madverteret. Cum vero reliqui Spicilegii tomi indices ſuos peculiares habeant, talis index etiam huic ultimo adjectus eſt. Additi vero ſunt præterea huic ultimo tomo tres generales omnium tomorum indices, unus Autorum, tractatuum, opuſculorum, epiſtolarum, diplomatum & aliarum chartarum alphabeticus & chronologicus, alter rerum & verborum, & tertius ſeculorum atque annorum ſerie digeſtus. Poſt indices ſequuntur variæ lectiones conſultationum Zachæi & Apollonii tomo X. Spicilegii editarum, item variæ lectiones Chronici Guilelmi de Nangis tomo XI. editi, nec non variæ lectiones librorum 3. Jonæ Aurelianenſis tomo I. editorum, & alia quædam reliquorum tomorum additamenta, quorum præcipua in ipſo hujus tomi titulo notata ſunt. Apparet autem ex hac Spicilegii Dacheriani recenſione erraſſe Königium in bibliotheca ſua vetere & nova, cum Dacherium quatuor tantum Spicilegii tomos edidiſſe refert. Nam A. 1678. quo Königii bibliotheca edebatur, jam XIII. tomi hujus Spicilegii prodierant, ut adeo Dacherius non tam Spicilegium, quam copioſam veterum Scriptorum meſſem reliquiſſe videatur.

XIII. Ad Pariſienſes Patrum bibliothecas refe-

referenda quoque Heptas Præsulum a Theophilo Raynaudo procurata, de qua Typographus in præfatione ad lectorem ait: *en tibi, candide Lector, uno volumine repræsentatam integram Patrum bibliothecam!* Integer titulus hujus heptadis talis est:

SS. PP. Leonis Magni Romani Pontificis, Maximi Taurinensis, Petri Chrysologi Ravennatis, Fulgentii Ruspensis, Valeriani Cemeliensis, Amedei Lausanensis & Asterii Amaseni. Heptas Præsulum christiana sapientia & facundia clarissimorum. Theophilus Raynaudus Soc. Jesu Theologus priorem editionem variis ad SS. Leonem & Fulgentium accessionibus instructam, octoginta Fulgentii sermonibus ex MSC. cumulavit: Censuram inofficiosæ censuræ libri de Prædestinatione & Gratia S. Fulgentio vendicati apposuit: Valerianum Cemeliensem accurata defensione texit, adversus Parcum Charitatis criminatorem: Amedei homiliæs florentissimas de Deipara addidit. D. Fulgentii liber tertius de veritate Prædestinationis & Gratiæ antea mutilus, nunc primum prodit, suis omnibus capitibus absolutus. Perinde atque D. Asterii homiliæ. Quibus adjuncti sunt ejusdem Autoris Sermones omnino viginti longe elegantissimi. Accesserunt huic postremæ editioni D. Prosperi Aqui-

Aquitanici Episcopi Rhegiensis Opera, quæ quidem editio innumeris prope quibus præcedentes scatebant, mendis fuit perpurgata. Parisiis sumptibus Petri Variquet, via Jacobæa, sub signo Craticulæ, prope Ædes S. Benedicti. M. DC. LXXI.

Patet ex titulo hanc Præsulum heptadem non primum A. C. 1671. sed etiam jam antea editam fuisse, quod Lugduni 1633. factum est, unde prior illa editio ad Lugdunenses Patrum bibliothecas referenda erit. Utraque autem editio in folio prodiit. Fulgentii operibus subjectus legitur Raynaudi tractatus, qui inscribitur *Censuræ inofficiosæ censuræ*, qua librum de prædestinatione & gratia Fulgentio vindicare nititur. Cum enim Lovanienses, Bellarminus & Possevinus scriptum hoc autoris alicujus suspecti esse judicent, alii vero hunc librum Augustino tribuant, inter cujus opera etiam legitur, Raynaudus hunc tractatum neque ab Augustino, neque ab autore aliquo suspecto, sed a Fulgentio scriptum & nulla Semipelagianismi suspicione gravandum esse probare nititur. Neque tamen id Lucæ Mangeant Clerico Parisiensi, qui A. C. 1684. Fulgentii opera Parisiis vulgavit, persuadere potuit, quippe qui hunc Fulgentii tractatum in appendicem rejecit,

Digitized by Google

jecit, & in præfatione ait, miras pugnas edere Raynaudum, ut librum hunc Fulgentio asserat, quasi in Sardinia scriptum, cum longe potior videatur Bellarmini, Possevini & Lovanienſium autoritas Fulgentio hoc opus abjudicantium, imo ſuſpecti autoris esse contendentium, nec vero ſimile videri, quod poſt librum hoc titulo ſcriptum Fulgentius tribus aliis a ſe ſcriptis eundem pæne titulum indiderit. Idem noviſſimus operum Fulgentii editor in appendicem quoque rejicit plerosque Fulgentii ſermones, cum aliqui Auguſtinum, aliqui Chyſologum, aliqui Scriptorem aliquem veterem Africanum habeant, aliqui vero etiam a Scriptoribus nihil vel Fulgentio vel alio probato Scriptore dignum referentibus compoſiti videantur. Valeriani Cemelienſis homiliis ſubjungit Raynaudus apologiam pro Valeriano Cemelienſi, in qua primum de Valeriani ſede, ætate, natione, genere & ſtatu privato agit, deinde aliquot capitibus a Semipelagianiſmi crimine abſolvit, tandemque Sancti titulo eum minime exuendum esse putat.

XIV. Varia Patrum & veterum Scriptorum monumenta vel primum e tenebris eruit, vel integriora & emendatiora in lucem protraxit doctiſſimus e Societate Jeſu Presbyter

byter Jacobus Sirmondus. Quando ergo Parisiis A. C. 1696. varia Sirmondi opera conjunctim quinque tomis in Folio prodierunt, nova Patrum bibliotheca emersit. Titulus operis est:

Jacobi Sirmondi Soc. Jesu Presbyteri Opera varia nunc primum collecta, ex ipsius scbedis emendatiora, notis posthumis, epistolis & opusculis aliquibus auctiora. Accedunt S. Theodori Studitæ epistolæ, aliaque scripta dogmatica, nunquam antea græce vulgata, pleraque Sirmondo interprete. Parisiis, e Typographia Regia. M. DC. XCVI.

Et PRIMO quidem TOMO primo loco comparent *Eusebii Cæsariensis* Episcopi opuscula 14. quæ Sirmondus nondum antea vulgata A. C. 1643. publica luce donaverat. Sunt autem ista opuscula: de fide adversus Sabellium liber 1. adversus eundem liber 2. de resurrectione, de eadem & ascensione Domini, de incorporali & invisibili Deo, de incorporali, de incorporali anima, de spirituali cogitatu hominis, quod Deus Pater incorporalis est, de eodem, de eo quod ait Dominus: *non veni pacem mittere in terram*, de mandato Domini: *quod vobis dico in aurem, supra tecta prædicate*, de operibus bonis & malis, de operibus bonis ex epistola Pauli ad Corinthios

thios 2. Hæc Euſebii opuſcula excipit *Marcellini & Fauſtini* Presbyterorum partis Urſini adverſus Damaſum libellus precum ad Imperatores Valentinianum, Theodoſium, & Arcadium. Ubi obiter notamus, quod memoria fefellerit Sagittarium, qui in ſua introductione p. 855. Fauſtini libros Anti-Arianos a Sirmondo editos refert. Etſi enim Sirmondus Fauſtini & Marcellini libellum precum A. C. 1650. ediderit, Fauſtini tamen libros 7. de Trinitate contra Arianos nunquam imprimi curavit, nec edendos ſuſcepit. Tertius primi tomi locus conceditur *Rufini Presbyteri* provinciæ Palæſtinæ libro de fide primum edito & notis illuſtrato a Jacobo Sirmondo A. C. 1650. Quem libellum poſtea etiam Johannes Garnerius in operibus Marii Mercatoris publicavit, & novis obſervationibus illuſtravit, ac inter alia probavit, Rufinum hujus libelli autorem non eſſe Rufinum Aquilejenſem Presbyterum, Hieronymi æmulum, ſed Rufinum cujus Marius Mercator in præfatione Commonitorii ſui ad lectorem mentionem injecit. Quarto primi tomi loco ſe offerunt Sirmondi notæ in *40. ſermones novos Auguſtini*, quos 1631. edidit. Ipſi autem ſermones omiſſi ſunt, ne tomi hujus moles nimis excreſceret.

Quin-

Quintum locum tenent opuſcula dogmatica veterum quinque Scriptorum, qui ante annos 1200. claruerunt, A. 1630. a Sirmondo edita. Eſt autem primum inter illa opuſcula *Leporii* Presbyteri libellus emendationis, quem Facundus libellum ſatisfactionis, & Caſſianus flebiles confeſſionis & planctus literas appellat. Cum enim hic Monachus & Presbyter ob Pelagianos aliosque errores Gallia excluſus in Africam veniſſet, priſtinos errores hoc libello ad Gallos miſſo revocavit, quem Sirmondus, cum primum inter Concilia Galliæ valde mutilum edidiſſet, poſtea cum aliis aliorum opuſculis dogmaticis jam jam recenſendis integrum vulgavit. Eundem in maxima conciliorum collectione Philippus Labbeus cum poſthumis aliquot Sirmondi notis iterum publicavit. Quem ſecutus Garnerius hunc libellum primo tomo operum Marii Mercatoris inſeruit, & notis ſuis illuſtravit, inter alia obſervans hunc libellum fere integrum ex Auguſtini epiſtola 3. & 57. deſumtum, & fortaſſe ab ipſo Auguſtino ſcriptum fuiſſe, cui hoc ſcriptum Paſchaſius Quesnelius in notis ad epiſtolas Leonis Tom. 2. p. 906. vindicare minime dubitavit, cum nonnunquam hic libellus apud veteres ſub Auguſtini nomine citatus reperiatur, etſi

alii

alii hunc librum propterea sub Augustini nomine nonnunquam citari asserant, quod monente & approbante Augustino scriptus fuerit. Sane inter Episcopos Africæ, qui subscriptione sua Leporii libellum approbarunt, etiam Augustini nomen reperitur, quemadmodum & inter quatuor Episcopos Africæ, qui cum epistola sua Leporii libellum ad Gallos miserunt, Augustinus secundo loco nominatur. Alterum ex his opusculis dogmaticis est *Capreoli* Carthaginensis Episcopi epistola ad Vitalem & Constantium, seu potius Tonantium Hispanos, quam Sirmondus integram in lucem produxit, cum Baronius ad A. C. 432. ex Pithœi schedis tantum fragmentum illius edidisset. Præmittitur autem Capreoli epistolæ *Vitalis* & *Tonantii* epistola ad Capreolum, qua ipsum consulunt, quid de illorum sententia judicari debeat, qui in Hispania non Deum sed hominem ex Maria natum statuebant. De qua epistola agens Ellies du Pin in bibliotheca nova Scriptorum ecclesiasticorum Tom. III. part. 2. p. 73. observatu dignum esse annotat, duos Hispanos Capreolum Carthaginensem Episcopum in hac fidei controversia cum magna animi ad obediendum parati significatione consuluisse, additque: que ne diroient point les Theo-

Digitized by Google

logiens de la Cour de Rome, ſi cette conſultation eſtoit adreſſée, à l' Eveque de Rome? Quelles conſequences ne tireroient-ils point d' une ſemblable conſultation en faveur des pretentions de la cour de Rome? h. e. *quid non dicerent Theologi Curiæ Romanæ, ſi hæc conſultatio ad Romanum Epiſcopum fuiſſet directa? Quales conſequentias non inferrent ex ejusmodi conſultatione in favorem prætenſionum curiæ Romanæ?* Cæterum Cardinalis Aguirre, qui Tom. II. Concil. Hiſpan. p. 196. Vitalis & Conſtantii epiſtolam cum Capreoli reſponſo denuo edidit, hanc Capreoli epiſtolam lectu digniſſimam judicat, ob inſignem ſacrarum literarum eruditionem, ſubtilitatem ingenii, majeſtatem ſtyli, & miram eloquentiam ad convincendum erroris Neſtorium, & convellendum fundamenta quibus innitebatur, adeo ut vix ac ne vix quidem inveniatur aliquid majus aut ſublimius in aliquo ex ſanctis Patribus, qui contra illam hæreſin ſcripſerunt, ne in Cyrillo quidem præcipuo Neſtorii debellatore, aut in Johanne Caſſiano, qui eodem fere tempore libros de incarnatione eloquenter ſcripſit. Tertium inter hæc opuſcula dogmatica eſt *fidei breviarium* adverſus Arianos, quod Sirmondus idem cum illo eſſe ſuſpicatur, quod a Juliano

liano Coenſi miſſum Leo Papa epiſtola 60. nondum ad ſe perveniſſe ſcribit. Verum Paſchaſius Quesnelius in notis ad Leonis M. Opera ea de re valde dubitat, cum hic tractatus tanti non eſſe videatur, ut ex oriente Romam mitti meruerit; quemadmodum & Chiffletius Sirmondo non concedit, quod Eugenius in ratione fidei, & Idacius in libro adverſus Varimadum Arianum aliqua ex hoc breviario mutuati fuerint, cum potius autor hujus breviarii, quem Alcuinum eſſe exiſtimat, ex Eugenio & Idacio nonnulla mutuatus videatur. Reliqua duo opuſcula dogmatica ſunt *Iſaaci* ex Judæo Chriſtiani liber de fide, & *Victorini Afri* liber contra Manichæos, & de principio diei, de quibus, ut & de notitia Provinciarum & Civitatum Africæ, quæ inſtar appendicis opuſculis his dogmaticis ſubjicitur, nihil addimus. Quinque hæc opuſcula dogmatica excipit autor Anonymus a Sirmondo A. C. 1643. ſub *Prædeſtinati* titulo vulgatus, de quo in præfatione ad diſſertationem de Hæreſiarchis ævi Apoſtolici & Apoſtolico proximi theſ. 7. p. 8. & ſeqq. plura diximus. Nunc id ſolummodo monemus, quod in nova hac editione acceſſerit Sirmondi epiſtola ad Lucam Holſtenium, in qua Primaſium hujus operis autorem

rem non esse, Holstenio, qui istam sententiam fovebat, persuadere nititur. Prædestinatum sequuntur *Valeriani Cemelienſis* homiliæ, & epistola ad Monachos, quæ Valeriani opuscula Sirmondus A. C. 1612. primum vulgavit, & quibus in nova hac editione Sirmondi epistola ad Cardinalem Barbarinum, & breves pro Valeriani sanctitate & orthodoxia vindiciæ accesserunt. Proximo post Valerianum Cemelienſem loco comparet *Appendix codicis Theodoſiani* à Sirmondo A. C. 1631. publici juris facta, qua primum Constantini & aliorum Imperatorum constitutiones numero 21. deinde Conciliorum Italiæ ad Gratianum, Valentinianum & Theodosium Imperatores epistolæ 5. & denique breviculus historiæ Eutychianistarum, seu ut vetus habet inscriptio, gesta de nomine Acacii, & subjectæ his nonnullæ Pontificum Romanorum *Felicis III. Gelaſii*, & *Vigilii* epistolæ continentur. Penultimus primi hujus tomi locus datus est *C. Sollii Apollinaris Sidonii* Operibus, quæ juxta primam Sirmondi editionem A. C. 1614. procuratam exhibentur, ita tamen, ut quæ in posthuma Sirmondi editione ex ejus schedis a Philippo Labbeo A. C. 1652. adjecta sunt, omissa non fuerint. Claudunt denique primum hunc tomum

Digitized by Google

tomum *Magni Felicis Ennodii* Episcopi Ticinensis opera a Sirmondo A. C. 1611. in ordinem digesta, multis locis aucta emendata ac notis illustrata.

SECUNDO variorum Sirmondi operum TOMO leguntur primum *Aviti Archiepiscopi Viennensis opera* a Sirmondo 1643. edita & notis illustrata, quibus in nova hac editione nonnulla adjecta sunt, nempe 4. epistolæ, & fragmenta quædam operis de divinitate Spiritus S. ex Baluzii miscellaneis, & collatio cum Rege Gundobado ex Dacherii Spicilegio. Post Aviti opera exhibetur *Idatii chronicon*, & ejusdem *fasti consulares*, quæ Idatii scripta Sirmondus A. C. 1619. in lucem publicam emisit. Cum autem in illa Sirmondiana editione fasti consulares mutili prodierint, defectum illum in iterata hac editione ex Labbei nova bibliotheca MSCtorum suppleri placuit. Idatii chronico & fastis subjungitur *Marcellini Comitis chronicon* A. 1619. opera Jacobi Sirmondi multo quam antea emendatius & auctius editum, & nunc in nova hac editione ex collatione codicum & virorum doctorum schedis novis emendationibus locupletatum. Sequuntur *Facundi Hermianensis Opera* a Sirmondo A. C. 1629. edita, & notis illustrata, quibus in nova hac

Digitized by Google

editione addere placuit ejusdem Facundi epistolam fidei catholicæ ex tomo III. Dacheriani Spicilegii depromptam. Facundum excipiunt *Eugenii* junioris Episcopi Toletani epigrammata, cum *Dracontii* hexaëmero, & ejusdem ad Theodosium juniorem Augustum epistola, tribus *Martini Dumiensis* poëmatiis, *Columbani* Abbatis epistola parænetica ad Hunaldum, *Severini* doctrina, & *Tironis Prosperi* Aquitani confessione a Sirmondo 1619. edita: *Theodulfi* Aurelianensis opera Sirmondi studio A. C. 1646. edita & notis illustrata, quibus in nova hac editione duo sermones vel sermonum fragmenta ex Dacherii Spicilegio, item duplex additio ad capitulare Theodulphi ex supplemento conciliorum Galliæ, & pœmata quædam Theodulphi ex Mabillonii analectis accesserunt; *Amolonis* Archiepiscopi Lugdunensis epistola ad Godeschalcum cum duobus ejusdem argumenti opusculis a Sirmondo A. C. 1649. vulgata; *Augustini* sententiæ, de prædestinatione & Dei gratia, ac libero hominis arbitrio ante annos 800. collectæ, & a Sirmondo A. C. 1649. primum editæ; *Servati Lupi* liber de tribus quæstionibus, & alia opuscula a Sirmondo A. C. 1650. publicata; & *Rabani Mauri* epistolæ tres adversus Gotteschalcum a Sir-

Digitized by Google

a Sirmondo A. C. 1647. primum in lucem productæ.

In TERTIO TOMO variorum Sirmondi operum agmen ducunt *Karoli Calvi*, & quorundam aliorum Franciæ Regum capitula a Sirmondo A. C. 1623. collecta & notis illuſtrata, & in nova hac editione partim ex iis, quæ Sirmondus exemplari ſuo aſcripſerat, partim ex Baluzii capitularibus locupletata. Alterum locum tenent *Anaſtaſii Bibliothecarii* collectanea a Sirmondo A. C. 1620. vulgata, quibus *Johannis IV.* Papæ apologia pro Honorio, *Theodori* Papæ Synodica ad Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum, & aliæ, *Martini* Papæ epiſtolæ quædam, *S. Maximi* epiſtolæ quædam, & ex epiſtolis excerpta, & alia quædam aliorum monumenta continentur. Obiter autem notamus falli Sagittarium, cum in introductione ſua Anaſtaſii Bibliothecarii vitas Pontificum a Sirmondo editas ſibi & aliis perſuadet. Nam Anaſtaſii Bibliothecarii vitæ Pontificum, quas Sirmondus nunquam edidit, ab Anaſtaſii Bibliothecarii collectaneis, quæ in gratiam Johannis Diaconi, cum eccleſiaſticam hiſtoriam meditaretur, e græco verſa concinnavit, & Sirmondus ex tenebris eruit, multum differunt. Tertium tertii tomi locum

cum occupant *Goffridi Abbatis Vindocinenſis* epiſtolæ, opuſcula, & ſermones a Sirmondo cum ejusdem notis in epiſtolas in lucem protracti. Quas ultimo loco excipiunt *Petri Abbatis Cellenſis* epiſtolarum libri 4. & *Alexandri III. Papæ* ad eundem Abbatem & alios, epiſtolæ 56. Sirmondi ſtudio A. C. 1619. editæ.

QUARTUS TOMUS nulla Patrum & Scriptorum eccleſiaſticorum monumenta, ſed proprias Sirmondi lucubrationes continet, ideoque illi recenſendo non immoramur. QUINTUS autem & ultimus TOMUS continet *Theodori Studitæ* epiſtolas aliaque ſcripta dogmatica græco-latina, quæ Sirmondus paulo ante mortem editioni paraverat. His Theodori Studitæ ſcriptis præmittuntur ab iis, qui poſt Sirmondi fata huic operi perficiendo manus admoverunt 1. præfatio, qua Theodorus Studita cum Cypriano confertur, & nonnulla ejus dogmata excutiuntur; 2. Synopſis chronica Theodori Studitæ acta, ſcripta & præſertim epiſtolas ordine annorum digerens ab A. C. 759. quo Theodorus natus eſt, usque ad A. C. 844. quo corpus ejus decimo octavo anno ab ejus obitu Conſtantinopolin ſolenniter translatum eſt; 3. veterum de Theodoro Studita teſtimonia; 4. elenchus operum Theodori Studi-

Studitæ, tam eorum, quæ hoc volumine exhibentur, quam aliorum ab aliis editorum, nec non eorum, quæ adhuc inedita vel in bibliothecarum ſcriniis latent, vel temporum injuria interciderunt; 5. Theodori Studitæ vita a Michaele Monacho ſcripta græce & latine, & 6. Theodori Studitæ teſtamentum.

Cæterum hæc Sirmondiana Patrum bibliotheca in plures tomos extendi potuiſſet, ſi Theodoreti Opera quatuor tomis a Sirmondo A. C. 1642. edita, & Hincmari Opera duobus tomis A. C. 1645. a Sirmondo vulgata, & tria volumina veterum Galliæ conciliorum a Sirmondo A. C. 1629. collecta, item Flodoardi Remenſis eccleſiæ hiſtoriam A. C. 1611. Fulgentii opuſcula quædam A. C. 1612. Paſchaſii Ratberti Opera A. C. 1618. Fulgentii excerpta ex libris contra Fabianum A. C. 1643. a Sirmondo edita addere placuiſſet. Antequam autem a Patribus Sirmondi ſtudio editis abeamus, ὡς ἐν παρόδῳ monemus, perperam Viros quosdam doctos ut B. Bebelium in antiq. eccleſiaſt. Secul. 4. & ex ejus fide Nobiliſſimum Tenzelium in diſſert. de Symbol. Athanaſii p. 2. pronunciaſſe, quod fragmenta Hilarii, quæ Nicolaus Faber ex Petri Pithœi bibliotheca edidit, etiam a Jacobo Sirmondo ex alio codice edita fuerint. Etſi

Digitized by Google

enim Sirmondus Tom. I. concil. Gallic. in notis ad Concilium Parisiense indicet, quod ex bibliotheca S. Remigii aliud Hilarianorum fragmentorum exemplar nactus fuerit, nunquam tamen istorum fragmentorum editioni suam operam impendit.

XV. *Supplementum Patrum* complectens multa S. Patrum, conciliorum, & Scriptorum ecclesiasticorum opera, quæ e MSCtis codicibus eruit, notisque suis & dissertationibus illustravit *Jacobus Hommey* Augustinianus, prodiit Parisiis A. C. 1686. in 8vo. Hoc autem Supplemento continentur:

S. Bernardi Musica, seu tractatus de ratione cantandi antiphonarium, tractatus de ratione cantandi gradale, & tractatus de tonis.

Ejusdem Expositiones morales, quarum prior pars expositiones assertivas, altera expositiones speculativas exhibet.

Ejusdem tractatus de corpore Domini.

Ejusdem liber de laudibus B. Virginis.

Ejusdem commentariorum in cantica canticorum continuatio.

S. Ambrosii fides.

Ejusdem expositio in canticum canticorum ex ejus libris exquisite scripta.

Ejusdem recapitulationum liber.

Radul-

Radulphi Fontanellenſis commentarius in cantica canticorum.

Gulielmi Diaconi allegoriæ, & nonnulla alia opuſcula.

Hildeberti Cœnomanenſis liber de querimonia & conflictu carnis & ſpiritus.

Ejusdem liber de concordia V. & N. Teſtamenti: Orationum liber unus: de ſuo exilio liber unus: de urbe Roma liber unus, & Miſcellanea metrica. Quibus autor Supplementi notas ſuas in Hildeberti epiſtolas ſubjungit.

Viridarium Gregorianum ſ. biblia Gregoriana a Jacobo Folquerio Eremita Auguſtiniano collecta.

Vita Auguſtini a *Jordano de Saxonia* deſcripta.

Tractatus duplex de duplici translatione corporis Auguſtini.

Annotatio temporum Auguſtini *Jordano* autore, cum aliis quibusdam ad Auguſtinum ejusque ſcripta pertinentibus.

Johannis de Alneto Abbatis Ciſtercienſis oratio præambula reſponſionis Deputatorum Concilii Baſileenſis ad articulos Bohemorum.

De notis & Diſſertationibus, quas hujus Supplementi collector paſſim addit, nihil addimus.

XVI.

Digitized by Google

XVI. Ad Parisienses Patrum bibliothecas referenda etiam sunt Analecta Mabillonii, quorum primus tomus Parisiis A. C. 1675. hoc titulo prodiit.

Veterum Analectorum Tomus I. complectens varia fragmenta & epistolia Scriptorum ecclesiasticorum, tam prosa quam metro, hactenus inedita, cum adnotationibus & aliquot disquisitionibus Domni Johannis Mabillonii, Presbyteri ac Monachi Ord. S. Benedicti e Congr. S. Mauri.

PRIMO hoc TOMO continentur partim prosaica, partim metrica. Prosaica sunt:

I. *Concilii Carthaginensis fragmentum*, nempe Carthaginensis sub Reparato A. C. 534. habiti. Et observat quidem Mabillonius ex parte hoc fragmentum a Labbeo in conciliorum tomis editum fuisse, verbis nonnullis sub initium additis, & contra aliis sub finem omissis. Miror vero, doctissimum Virum non nisi postea, cum secundum tomum Analectorum ederet, observasse, quod jam ante Labbeum Dacherius tomo 6. sui Spicilegii hoc fragmentum vulgaverit, quale ex Vaticano codice ab Holstenio descriptum primum in Petri Marcæ, deinde in Stephani Baluzii, ac tandem in Lucæ Dacherii manus venerat, ex cujus Spicilegio dubio procul Lab-

Digitized by Google

Labbeus hoc fragmentum in Concilia ſua tranſtulit, etſi, unde illud hauſtum ſit, non indicaverit.

II. *Judicium de Chronico* DATII *Archiepiſcopi Mediolanenſis*, quod Mediolani MSCtum aſſervari vulgo perhibetur. Ita autem Mabillonius ex relatione Claudii Caſtellani, qui ab ipſo per literas rogatus codicem illum probe inſpexit, de hoc chronico judicat, ut illud a Miræo, Poſſevino, & Ughello perperam Datio Mediolanenſi tribui minime dubitet.

III. GREGORII *Turonenſis Epiſcopi fragmenta duo ex ejus Commentario in Pſalmos*, quæ nunc etiam inter opera Gregorii Turonenſis a Ruinarto edita legere licet.

IV. *Venerabilis* BEDÆ *epiſtola ad Albinum Abbatem.* Eſt autem hic Albinus Abbas non ille Albinus Flaccus, ſeu Alcuinus, ſed alius uno fere ſeculo ſuperior, & Abbas in Cantuarienſi Monaſterio S. Petri, qui Bedæ ad ſcribendam eccleſiaſticam Anglorum hiſtoriam autor & adjutor fuerat.

V. *Diſquiſitio de venerabilis* BEDÆ *&* FLORI *Diaconi Lugdunenſis commentariis in Paulum ex dictis S. Auguſtini.* Et antea quidem Mabillonius, cum in tertio ſeculo Benedictino Bedæ elogium texeret, commen-

Digitized by Google

mentarium in epiſtolas Paulinas ex Auguſtini ſententiis collectum, qui inter Bedæ opera legitur, genuinum Bedæ fœtum eſſe ſtatuerat. Nunc vero ſententia mutata commentarium illum, qui Bedæ vulgo adſcribitur, Floro Diacono tribuendum exiſtimat, genuinum autem Bedæ in Paulinas epiſtolas commentarium ex Auguſtini verbis tanquam centonibus conſutum, quem in duobus codicibus MSCtis vidit, nondum hactenus in lucem prodiiſſe, indicat.

VI. CAROLI MAGNI *epiſtola ad Odilbertum Archiepiſcopum*, quæ eſt exemplum literarum encyclicarum, quas Carolus M. ad univerſos Epiſcopos imperio ſuo ſubjectos direxit, ut quid de baptiſmo ejusque ritibus & cerimoniis ſentirent, ex eorum ſcriptis certior fieret, unde Theodulfi Aurelianenſis liber de ordine baptiſmi, & Alcuini epiſtola, ſeu liber de cerimoniis baptiſmi, a nonnullis Amalario tributus, nati ſunt.

VII. *Ejusdem præfatio in Homiliarium Pauli Diaconi, Monachi Caſinenſis.*

VIII. CLAUDII *Epiſcopi Taurinenſis præfatio in libros informationum litteræ & ſpiritus ſuper Leviticum, ad Theodemirum Abbatem.*

IX.

Digitized by Google

IX. *Ejusdem præfatio expositionis in epistolam ad Ephesios, ad Ludovicum Pium.*

X. *Ritus probationis per aquam frigidam ab Eugenio Papa II. institutæ.* Ubi Mabillonius, qui probationis hujus cerimonias ab Eugenio inventas ex membranis Remigianis pervetustis descripsit, observat anno proximo post obitum Eugenii II. qui judicium hoc aquæ frigidæ instituit, a Ludovico Augusto in Capitulari Aquisgranensi A. C. 828. ne ulterius talis probatio per aquam frigidam fieret, interdictum fuisse, neque tamen hunc purgationis ritum Ludovici decreto penitus sublatum fuisse, cum Hincmarus Remensis ab Hildegario Meldorum Episcopo ea de re interrogatus multis argumentis judicium aquæ frigitæ approbaverit.

XI. *Fragmentum historicum de concilio Aquisgranensi.*

XII. *Additamentum ad concilium Tusiacense.*

XIII. HINCMARI *Archiepiscopi epistola ad Karolum Imperatorem de auctoritate vitæ S. Dionysii ab Anastasio tralatæ.*

XIV. *Passio S. Demetrii Martyris per Anastasium S. R. E. Bibliothecarium.*

XV. *Forma excommunicationis a* THEUTBALDO *Viennensi, &* ISARNO *Gratianopolitano Episcopis prolatæ.*

XVI.

Digitized by Google

XVI. *Nomina Episcoporum S. Gratianopolitanæ Ecclesiæ, & series Archiepiscoporum Viennensium, & Episcoporum Gratianopolitanæ sedis.*

XVII. GERARDI *Monachi prologus ad Hugonem Rotomagensem Archiepiscopum in vitam S. Romani Episcopi.*

XVIII. *Præfatio* HELPERICI *Abbatis in librum de Computo.*

XIX. *G. Episcopi præfatio ad Ottonem Imperatorem in locum Porphyrii a se illustratum.* Autor autem hujus opusculi litera initiali tantum designatus Mabillonio fuisse videtur Gebehardus Augustensis Episcopus. Quam sententiam tamen postea mutavit in secundo analectorum tomo p. 215. ubi Gerberto Scholastico hunc tractatum tribuendum existimat, qua de re etiam in addendis ad tom. I. aliquid monuit.

XX. ROBERTI *Abbatis prologus in Cantica Canticorum.* Fuit vero autor hujus operis Robertus de Tumbalenia Monachus in monte S. Michaelis, qui Romam profectus, & a Gregorio VII. Papa honorifice ibi detentus usque ad mortem Romanæ ecclesiæ fideliter inservivit, ut Ordericus Vitalis memoriæ prodidit.

XXI. JOHANNIS *Abbatis prologus ad Im-*

Digitized by Google

Imperatricem viduam Henrici Imperatoris in opus precum variarum a se compositum ex Patribus. De quo opusculo ejusque autore prolixe Mabillonius disserit. Imperatricem, cui Johannes libellum suum dedicavit, non aliam esse, ait, quam Agnetem, Henrici III. Imperatoris conjugem, quæ post ejus obitum devotionis causa totam Italiam peragravit. Johannem autem hujus libelli autorem asserit fuisse Johannem, qui ob exiguam corporis staturam etiam diminutivo nomine *Johannelinus* dictus est, & ex Monacho Coenobii Benigniani Prior, ac postea Abbas Fiscamnensis constitutus, & A. 1052. ab Imperatore Henrico III. Abbatia Erbresteinensi donatus tandem A. C. 1078. vivis excessit. Postea de opusculis hujus Johannis agens Mabillonius inter alia observat, quod autor meditationum, quæ sub Augustini nomine vulgatæ sunt, Johannis hujus plagiarius fuerit, & ex variis Johannis opusculis unum meditationum suarum corpus compegerit.

XXII. *Disquisitio de confessione fidei sub Alcuini nomine nuper edita, id est, de ejus antiquitate & auctore*, Johanni Dallæo imprimis opposita. Cum enim Petrus Franciscus Chiffletius A. 1656. Divione Scriptorum veterum de fide catholica opuscula quinque,

& in his primo loco Alcuini confeſſionem fidei typis mandaſſet, & nonnulli opus hoc Alcuino abjudicandum cenſuiſſent, quos inter Dallæus peculiari diſſertatione poſt mortem ejus A. C. 1673. Rothomagi impreſſa probare contendit, hanc confeſſionem non ab Alcuino, ſed ab alio quodam autore recentiori poſt Anſelmi tempora compoſitam fuiſſe, Mabillonius facturum ſe operæ pretium duxit, ſi tractatus hujus antiquitatem vindicaret, & Alcuini patrocinium adverſus Dallæi objectiones in ſe ſuſciperet.

XXIII. WILHELMI *Anglorum Regis epiſtola ad Johannem Abbatem Fiſcamnenſem.*

XXIV. JOHANNIS *Abbatis epiſtolæ tres: 1. ad Willelmum Angliæ Regem. 2. ad Vitalem Abbatem Bernœcenſem. 3. ad Warinum Abbatem Mettenſis Monaſterii S. Arnulfi.*

XXV. WARINI *Abbatis epiſtola ſuperiori reſpondens.*

XXVI. WILLELMI *Abbatis Mettenſis epiſtolæ ſeptem: 1. Gregorio Papæ VII. de electione ejus gratulatur. 2. ad Manaſſem Remorum Archiepiſcopum, cui reſignat prælationem Monaſterii Remigiani. 3. ad eumdem de eodem argumento. 4. ad quendam Abbatem. 5. Monachum quendam, ad unum Deum quærendum, bor-*

Digitized by Google

hortatur. 6. Eidem Monacho a proposito fervore deficienti exponit arcana judicia Dei. 7. A. præceptorem suum ad sæculi contemtum hortatur. Et Oratio Domni Willelmi Abbatis in commemoratione S. Augustini ante consecrationem Missæ dicenda.

XXVII. OSMUNDI *Episcopi Astoricensis epistola ad Idam Comitissam Bononiensem.*

XXVIII. GALTERI *Episcopi Magalonensis epistola ad Robertum Præpositum Insulanum.*

XXIX. HILDEBERTI *Episcopi Cenomanensis epistola ad Reginoldum Monachum Cantuariensem. Ejusdem Hildeberti prologus in vitam S. Radegundis Reginæ.*

XXX. LUDOVICI PII *Capitulare de Monasterio S. Crucis Pictavensi.*

XXXI. ALGERI *Scholastici elogium, auctore.* NICOLAO *Leodiensi Canonico ejus æquali.*

XXXII. *Ejusdem* ALGERI præfatio in librum de misericordia & justitia.

XXXIII. ALULFI *Monachi prologus in librum, qui dicitur Gregorialis.*

XXXIV. *Vindiciæ vitæ Gregoriane* PAULUM *Diaconum auctorem præferentis.* In quibus vindiciis Mabillonius contra editorem

rem Gregorianum disputat. Intelligit autem per editorem Gregorianum Petrum Gussanvillæum, qui A. C. 1675. Parisiis Gregorii M. opera edidit, & in præfatione Mabillonium castigat, quod in seculis suis Benedictinis Paulum Diaconum pro certo vitæ Gregorianæ, quæ hodie sub ejus nomine circumfertur, autore habuerit. Hujus igitur editoris Gregoriani rationes Mabillonius excutit, & suam sententiam adversus illum vindicare satagit.

XXXV. HUGONIS a *S. Victore opusculi de studio legendi caput ultimum de ingenio.*

XXXVI. SUGERII Abbatis libelli de consecratione ecclesiæ suæ supplementum.

XXXVII. GUIGONIS *Cartusiæ Prioris epistola ad Durbonenses Fratres de suppositiciis B. Hieronymi epistolis.*

XXXVIII. ODDONIS *Abbatis S. Remigii epistola ad Thomam Comitem de quodam miraculo S. Thomæ Apostoli apud Indos.*

XXXIX. WASELINI *Abbatis epistola* ad Florinensem Abbatem de continentia conjugatorum ante communionem.

XL. ODONIS *Monachi Cantuariensis epistola ad Adam fratrem suum novitium Igniacensem.*

Se-

Digitized by Google

Sequuntur deinde analecta poëtica hoc ordine:

BELLESARII *Scholastici versus acrostichi de Sedulio Poëta.*

HONORII *Scholastici versus ad Fordanem Ravennensem Episcopum.*

VENANTII FORTUNATI *versus ad Childebertum Regem, Sigeberti Regis filium.*

Versus in velo, quod a CHINTILANE *Rege Romam directum est.*

ALCUINI *versus de Cuculo.*

Veronæ rythmica descriptio antiqua.

THEODULFI *Episcopi Aurelianensis carmina; 1. de adventu Ludovici Augusti Aurelianos. 2. de eadem re. 3. de Bilingue. 4. ad quemdam de muneribus. 5. de passione Domini. 6. in die resurrectionis. 7. de Tabella. 8. de Talamasca. 9. versus in altari. 10. in Xenodothio.*

FLORI *Diaconi Lugdunensis carmina varia; 1. Querela de divisione Imperii post mortem Ludovici Pii. 2. Epistola, seu carmen ad Moduinum Augustodunensem Episcopum, de injusta vexatione ecclesiæ Lugdunensis. 3. hymnus in natale Sanctorum Johannis & Pauli. 4. Titulus libelli ad altare S. Stephani oblati. 5. Versus ejusdem, ubi ossa S. Cypriani Lugduni condita habentur. 6. titulus Absidæ.*

Digitized by Google

HEIRICI *Monachi versus ad Hildebol-dum Autisiodorensem Episcopum in Collectanea sua.*

HALDOINI *Abbatis versus ad tumulum S. Remigii.*

ADEMARI *Monachi acrostichon ad Robonem Episcopum Etolismensem.*

ADELMANNI *Scholastici rythmi alphabetici de viris illustribus sui temporis.*

Epitaphia IX. Principum & illustrium personarum.

I. CHRODEGANGI *Episcopi Mettensis.*

II. TEUDULFI *seu Theodulfi Episcopi Aurelianensis.*

III. DROGONIS & PIPPINI *Caroli Calvi filiorum.*

IV. ETHGIVÆ *Reginæ Caroli Simplicis uxoris.*

V. GOTFREDI *Monachi Dionysiani.*

VI. FREDERICI *Comitis, Monachi in Cœnobio S. Vitoni.*

VII. GERBERDI *Abbatis Fontanellensis.*

VIII. WILLELMI *Abbatis Mettensis.*

IX. HARIULFI *Abbatis Aldemborgensis.*

Monemus autem primum inter hæc analecta

Digitized by Google

lecta metrica, nempe Belleſarii carmen de Sedulio duplici in hunc Poëtam acroſtichó conſtans perperam a Mabillonio inter ſcripta hactenus inedita referri. Nam jampridem Margarinus de la Bigne in ſua Patrum bibliotheca carmen hoc edidit, ita tamen ut carmen hoc, quod duplici acroſticho in Mabillonianis analectis conſtare diximus, in duo dividat, & prius quidem acroſtichon Beliſario, poſterius autem, quod priori loco poſuit, Liberio cuidam tribuat. Et duplex hoc acroſtichon etiam in aliis Patrum bibliothecis legitur.

TOMO II. Analectorum, qui Luteciæ Pariſiorum A. C. 1676. prodiit, iterum tam proſaica, quam poëtica continentur.

Proſaica ſunt:

DIONYSII *Exigui epiſtola ad Eugippium Presbyterum, in verſionem ab ſe factam libri Gregorii Nyſſeni de conditione ſeu opificio hominis.*

S. GREGORII *Nyſſeni Epiſcopi Præfatio ad fratrem ſuum Petrum Presbyterum, ex verſione Dionyſii, quæ deeſt in editis.*

S. LAURENTII *Epiſcopi, cognomento Melliflui, liber primus, ſeu homilia de muliere Chananæa.*

S. HIERONYMI *elogium auctore* GENNADIO *Presbytero Massilienſi.*

S. AUGUSTINI *elogium auctore eodem* GENNADIO *diverſum ab editis.*

S. AREDII *Abbatis Attanenſis teſtamentum.*

TAIONIS *Epiſcopi Cæraugustani Præfatio ad Quiricum Barcinonenſem Antiſtitem, in quinque libros ſententiarum a ſe collectos ex operibus S. Gregorii Papæ.*

QUIRICI *Epiſcopi reſponſio ad Taionem Epiſcopum.*

HAGANONIS *Epiſcopi epiſtola ad Rampertum Epiſcopum Brixienſem, de Maginardo Monacho in Abbatem ordinando.*

THEUDOINI *Præpoſiti Catalaunenſis epiſtola ad Almannum Monachum Altivillarenſem, de ſcribenda vita S. Memmii Epiſcopi Catalaunenſis primi.*

ALMANNI *reſcriptum ad Theudoinum Præpoſitum.*

AMALARII *ſupplementum ad librum IV. de officiis divinis, de regula S. Benedicti præcipui Abbatis.*

GERBERTI *Scholaſtici epiſtola ad Conſtantinum Monachum Floriacenſem, de ſphæræ conſtructione; Ejusdem ſermo de informatione Epiſcoporum.*

Bre-

Digitized by Google

Breve chronicon Aureliacensis Abbatiæ.

Canones Domni ABONIS *Abbatis, & Regis* HUGONIS & ROTBERTI *filii ejus, Francorum Regis, excerpti de aliis canonibus.*

HUGONIS *Archidiaconi Turonensis dialogus ad Fulbertum amicum suum, de quodam miraculo, quod contigit in translatione S. Martini.*

Chronicon Monasterii sancti Michaëlis in pago Virdunensi.

Acta Archiepiscoporum Rotomagensium.

Vetus formula celebrandi Concilii Provincialis in ecclesia Rotomagensi.

Ritus ordinandi Episcopi in metropoli Rotomagensi.

SIBERTI *Prioris epistola missa de Cœnobio sancti Pantaleonis ad Rodulfum Abbatem sancti Trudonis, in qua quæritur, an & quaratione liceat aliquid exigere pro susceptione puerorum in Monasteriis.*

RODULFI *Abbatis rescriptum ad epistolam missam ei de Cœnobio sancti Pantaleonis.*

HERUARDI *Leodicensis Archidiaconi epistola ad G. Canonicum Laudunensem, de Guiberto Abbate Gemblacensi, & de scribenda vita S. Martini.*

Quorumdam Episcoporum Carnutensium obitus & elogia.

Forma juramenti investiendi Canonici Carnutensis.

Willelmi Archiepiscopi Remensis elogium.

Ludovici Comitis Blesensis elogium.

Philippi Augusti Francorum Regis elogium.

Bartholomæi Episcopi Parisiensis elogium.

Simonis Episcopi Meldensis elogium.

Armandi Archiepiscopi Aquensis elogium.

Excerpta ex instrumento Visitationis, quam fecit SIMON *Archiepiscopus Bituricensis in provinciis Bituricensi & Burdegalensi.*

Poëtica.

ANGILBERTI *Abbatis Corbejensis versus ad Ludovicum Regem Francorum Carolomanni fratrem, in librum S. Augustini* de doctrina christiana *eidem Regi dono missum.*

Epitaphia.

I. ORIGENIS.

II. HILDINI & HATTONIS *Episcoporum Virdunensium.*

III. BERENGARII *Episcopi item Virdunensis.*

IV. RAIMBERTI *ejusdem sedis Episcopi.*

V. RICHERI *Episcopi ejusdem urbis.*

VI. MATHILDIS *Comitissæ Saxoniæ.*

VII. LUDOVICI *Comitis ac Monachi.*

VIII.

Digitized by Google

VIII. HERMANNI *ex Comite Monachi.*

IX. LICTARDI *Comitis, dein Monachi.*

X. GELDUINI *ex Comite Monachi.*

Litaniæ Anglicanæ veteres.

Litaniæ Carolinæ.

Hæc monumenta variis annotationibus Mabillonius illuſtrat. In notis ad Dionyſii Exigui epiſtolam inter alia Johannis Leunclavii errorem animadvertit, qui in nova verſione operis Nyſſeniani de opificio hominis ſcripſit, hunc Dionyſium non niſi ante quadringentos annos vixiſſe. Notat etiam nonnullos ipſius Gregorii Nyſſeni in libro illo de hominis opificio errores, qualis eſt, quod c. 18. verſionis Dionyſianæ ſtatuit, homines, ſi in ſtatu integræ naturæ perſtitiſſent, non uſuros fuiſſe conjugio ad propagationem ſui generis, ſed eo modo, quo Angelorum incrementum factum eſt, multiplicandos. Cum vero Dionyſius hanc Nyſſeni verſionem Eugippio dedicaverit, etiam de Eugippio diſſerendi occaſionem capit Mabillonius, & inter alia duplicem Sigeberti de Eugippio errorem caſtigat. Notat inſuper errorem Rosweidi, Bollandi & Miræi, qui duos Eugippios diſtinguunt, unum Lucullanenſem Abbatem in Italia, qui vitam S. Severini ſcripſit, & alterum

rum Abbatem Africanum, qui librum excerptorum ex Auguſtini Operibus conflavit. Unus enim eſt Eugippius, qui & geſta S. Severini tradidit, & collectaneum Auguſtinianum fecit, isque Lucullanenſis in Italia Abbas prope Neapolin Campaniæ, quam forte cum Neapoli Africæ confuderint, qui Eugippium Abbatem Africanum faciunt. In quo errore verſatus etiam fuit Johannes Heroldus Acropolita, qui Eugippii theſauros ex Auguſtini Operibus ſelectos Baſileæ A. C. 1542. publicavit. Cæterum hoc ipſum Eugippii opus MSCtum extat in bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis, ex qua hunc codicem ante aliquot annos Vir Nobiliſſimus Dn. Godofredus Grævius, Syndicus Reipbl. Lipſienſis meritiſſimus, humaniſſime mihi perluſtrandum communicavit. Num vero in hoc ſcripto Eugippii codice clauſula illa legatur, quam Labbeus & Mabillonius ex Germanenſi codice exſcripſerunt, non amplius recordor. De Laurentio Melliſluo Mabillonius annotat, quod in homiliis ſuis in id potiſſimum incumbat, ut peccatoribus fiduciam obtinendæ a Deo remiſſionis ingeneret, quod contra Pontificios dubitationem inculcantes obſervamus. Quod autem hic Laurentius, eodem Mabillonio annotante, de

de pœnitentia ita loquatur, quasi eam solis humani arbitrii viribus ascribere videatur, non probamus. Alias viri doctissimi annotationes de scriptis in secundum Analectorum veterum tomum congestis referre supersedeo, hoc tantum addens, quod his monumentis duas dissertationes proprio marte elaboratas interseruerit. Una, Hadriano Valesio Historiographo Regio dedicata, agit de monastica vita Gregorii Magni, de qua cum aliquando inter Valesium & Mabillonium sermo institueretur, & Valesius ex Gregorii Turonensis silentio eam negaret, Mabillonius autem Gregorio Turonensi ipsum Gregorium Papam opponeret, & Valesius exciperet, ex illis locis tantum confici, quod Gregorius in monasterio versatus fuerit, non item, quod monasticum habitum induerit, Mabillonius, qui tum opera Gregorii ad manus non habebat, in se recipiebat, se alio tempore ipsius Papæ verbis aliisque argumentis demonstraturum, quod Gregorius M. non solum in Monasterio versatus fuerit, sed etiam mutato habitu religiosam vitam amplexus fuerit. Hinc ergo nata hæc dissertatio, in qua non solum probat, Gregorium M. Monachum fuisse, qua de re ipsum inter & Valesium disceptatio fuerat, sed etiam contra

Digitized by Google

tra Baronium demonſtrandum ſuſcipit, quod Gregorius M. regulæ S. Benedicti addictus fuerit. Cum enim longo tempore perſuaſio de Benedictina Gregorii profeſſione obtinuiſſet, Baronius in ſuis annalibus eam in dubium revocavit, & Gregorium non Benedictini, ſed Æquitiani inſtituti fuiſſe cenſuit. Mabillonius igitur, ne inſigne hoc ornamentum Benedictino ordini eripiatur, Gregorium M. Benedictino ordini addictum fuiſſe demonſtrandum ſuſcipit, & ad ea, quæ Baronius pro contraria ſententia attulit, reſpondet. Altera Mabillonii diſſertatio huic tomo inſerta agit de Berengario, cujus multiplicem damnationem fidei, profeſſionem, relapſum & pœnitentiam breviter exponit.

TOMO III. Analectorum Mabillonii, qui Pariſiis A. C. 1682. prodiit, continentur

LEIDRADI *Epiſcopi Lugdunenſis liber de Baptiſmo ad Carolum M. Ejusdem epiſtola ad eumdem, it. reſponſio ad eumdem, de abrenuntiationibus in baptiſmo fieri ſolitis.*

Nomina Epiſcoporum Cenomannenſium & acta eorumdem, quibus varia diplomata & chartæ inſperguntur.

Kalendarium eccleſiæ Carthaginenſis.

Obſervationes in Kalendarium Carthaginenſe.

Acta

Acta S. Crispinæ Virginis & Martyris.

Catalogi duo veterrimi Romanorum Pontificum.

Dyptycha ecclesiæ Arelatensis.

ELIÆ *Episcopi Jerosolymitani epistola encyclica pro Malaceno Episcopo.*

BENEDICTI *Papæ IV. epistola item encyclica de eodem.*

MANTIONIS *Episcopi Catalaunensis epistola ad Fulconem Remensem Archiepiscopum.*

ALBERTI *Abbatis Miciacensis epistola ad Johannem Papam XVII. & Ejusdem diploma.*

ABBAUDI *Abbatis tractatus de fractione corporis Christi.*

EVERUINI *Steinteldensis Præpositi epistola ad S. Bernardum de hæreticis sui temporis.*

HUGONIS METELLI *Canonici regularis epistola ad Gerlandum de sanctissimo eucharistiæ sacramento.*

HERIBERTI *Monachi epistola de hæreticis Petragoricensibus.*

GUIDONIS *Comitis Pontivensis epistola ad Lambertum Episcopum Atrebatensem.*

Variæ formulæ oblationis puerorum in monasteriis.

Ob-

Digitized by Google

Observationes de eodem argumento.

GAUFREDI *Abbatis Vindocinensis epistola ad Cluniacenses, ad ineundam suffragiorum societatem.*

PETRI *Venerabilis, & aliorum aliæ item epistolæ ejusdem argumenti.*

Observationes de eadem.

JOHANNIS II. *Archiepiscopi Lugdunensis epistola ad G. Glascuensem Episcopum, de temporali regimine ecclesiæ Lugdunensis.*

Abbatis anonymi epistolæ duæ ad Monachos Pratellenses, de servanda in diebus solemnibus abstinentia.

GUILLELMI *Mutinensis Episcopi epistola ad Cartusienses de sua assumtione in Cardinalatum.*

HUMBERTI *Delphini Viennensis epistola ad finiendas Cartusiensium lites sine juris solemnitate.*

JOHANNIS *Archiepiscopi Arelatensis charta in gratiam S. Bonaventuræ ad condendam domum Fratrum Minorum.*

Benedictio Ludovici, filii Ludovici Ducis Andegavensis, post ejus baptismum facta a Johanne Patriarcha Alexandrino.

Fragmenta Visitationis Simonis de Sulliaco Archiepiscopi Bituricensis.

CAROLI VI. *Francorum Regis litteræ, qui-*

quibus Judæi converſi a ſpoliatione bonorum ſuorum vindicantur.

Index vetus Epiſcoporum Matiſcenſium.

Diſſertatio hiſtorica de anno mortis Dagoberti I. & Chlodovei junioris, ad eruditiſſimum Galeſium Abbatem.

Diſſertatio altera de anno & die ordinationis, itemque obitus Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis, ex quibus Dagobertina epocha denuo comprobatur.

Rythmus ſatyricus de temporibus Rotberti Regis.

GUDINI *planctus rythmicus de morte Conſtantii Monachi Luxovienſis.*

Additiones ad acta Epiſcoporum Cenomannenſium.

Maximam & plus quam dimidiam hujus tomi partem conſtituunt geſta Epiſcoporum Cenomannenſium, quorum primus Julianus a Clemente Petri diſcipulo in Gallias miſſus in Mariæ & Petri honorem eccleſiam conſtruxiſſe, reliquias Roma ſecum delatas in ſancto altari depoſuiſſe, & cenſus olei ac ceræ ad luminarium uſum à vicinis eccleſiis exegiſſe dicitur, quod ne ipſum quidem Mabillonium credidiſſe arbitror.

TOMO IV. horum Analectorum, qui

Lutetiæ Parisiorum A. C. 1685. lucem publicam aspexit, leguntur

Iter Germanicum.

Passio Mammarii Martyris in Africa.

Passio Marculi Presbyteri Donatistæ.

Fragmentum epistolæ MACROBII *Donatistæ de morte Maximiani & Isaac Donatistarum, ad plebem Carthaginensem.*

Passio Theodoriti Presbyteri Antiochiæ.

Passio S. Philippi Episcopi Hadrianopoleos in Thracia.

Initium passionis sanctorum Scillitanorum.

Fragmentum epistolæ CANDIDI *Arriani ad Marium Victorinum.*

Responsio MARII VICTORINI *Rhetoris urbis Romæ ad Candidum Arrianum.*

Diligentia beatorum Monachorum ARMENII & HONORII *de libris canonicis veteris atque novi Testamenti, & confessio fidei catholicæ, quam breviter viro inlustri Theophylo direxerunt.*

Epistola AVITI *Presbyteri ad Papam Palconium.*

Vita S. Hieronymi Presbyteri auctore (ut videtur) GENNADIO.

Vita S. Aridii Abbatis Atanensis, auctore GREGORIO *Episcopo Turonensi.*

Vete-

Digitized by Goo

Veteres formulæ Andegavenſes.

ALCUINI *epiſtolæ novæ XXVI.*

CAROLI MAGNI *epiſtola de gratia ſeptiformis Spiritus.*

ODILBERTI *Archiepiſcopi Mediolanenſis reſponſio ad Carolum M.*

SINDBERTI *Epiſcopi & Abbatis Murbacenſis epiſtola encyclica; Ejusdem indiculum ad Epiſcopum.*

PRUDENTII *Epiſcopi Trecenſis epiſtola ad quemdam Epiſcopum fratrem ſuum.*

RABANI *Archiepiſcopi Moguntini prologus ad Ratleicum Abbatem de Martyrologio ſuo; Verſus ejusdem ad Grimoldum Archicapellanum.*

ERMENRICI *Monachi Augienſis libellus ad Grimoldum Archicapellanum.*

CAROLI CRASSI *Imperatoris commemoratio apud Augienſes inſtituta a Cadoldo Novarienſi Epiſcopo.*

Epiſtolæ Tegernſenſes, numero XX.

Epitaphium Hartvici Abbatis Tegernſenſis.

Epitaphium Ellingeri Abbatis Tegernſenſis.

GOZECHINI *Scholaſtici Moguntini ad Valcherum Scholaſticum Leodicenſem, ſuum olim diſcipulum, ubi de Berengarii ejusque ſequacium perverſa doctrina.*

Digitized by Google

DEODUINI *Episcopi Leodicensis epistola ad Henricum Francorum Regem de eodem Berengario.*

Confessio S. Brunonis Cartusianorum auctoris.

ANSELMI *Episcopi Cantuariensis oratio dicenda ante perceptionem corporis & sanguinis Domini.*

Alia contra pervasores bonorum ecclesiæ.

Anonymi Monachi Ratisponensis libellus de ipsius tentationibus, varia fortuna & scriptis.

Brevis narratio de translatione corporis S. P. Benedicti in Galliam.

Ordo officii in domo seu ecclesia Frisingensi S. Benedicti ante Pascha.

Antiquæ consuetudines monasteriorum ordinis S. Benedicti.

Scriptum Fratrum de monte Casino ad Fratres ejusdem ordinis in Alemanniam & Franciam &c. de ritibus Casinensium & Cluniacensium.

WILLELMI *Abbatis Hirsaugiensis prologus in consuetudines monasterii sui.*

LUDOVICI PII *diploma pro cœnobio Campidonensi; aliud Ejusdem pro eodem loco.*

OTTONIS II. *diploma pro eodem cœnobio.*

OTTONIS III. *diploma pro eadem Abbatia.*

HEN-

HENRICI IV. *diploma pro eadem.*

Breves annales Ratisponenſes.

Annales Weingartenſes.

Annales Einſidlenſes ad cyclos paſchales.

Alii annales Einſidlenſes.

Dies menſis intrantis & exeuntis.

Antiqua collectio veterum inſcriptionum Romanarum.

Deſcriptio Regionum urbis Romæ.

Analecta Poëtica.

Beati Bedani Presbyteri epitaphium.

Alcuini verſus de Aquila Epiſcopo Saltzburgenſi.

Alii verſus de gallo.

Incerti Poëtæ verſus de ordine comprovincialium Epiſcoporum; & primo Epiſcopi & Archiepiſcopi Saltzburgenſes, Epiſcopi Ratisponenſes, Epiſcopi Friſingenſes, Epiſcopi Patavienſes, & Epiſcopi Sabionenſes.

Epitaphium Virgilii Epiſcopi Saltzburgenſis.

Epitaphium Arnonis Epiſcopi Saltzburgenſis.

Epitaphium Adalrammi Archiepiſcopi Saltzburgenſis.

Aliud ejusdem.

Epitaphium Liuphrammi Archiepiſcopi Saltzburgenſis.

De Ariete Epiſcopo.

HL. Regis Carmen ad Baldonem Episcopum.

Epitaphium Lantfridi primi Abbatis Benedictoburani.

Aliud ejusdem.

De tribus primis ejusdem loci Abbatibus.

Veteris Poëtæ carmen apologeticum, interlocutoribus Gaufrido & Aprile, adversus obtrectatores curiæ Romanæ.

Appendix.

Passio S. Maximiliani.

Libellus Abbatis PRIMINII *paræneticus, in quo multa adversus pravos sæculi octavi mores.*

VULFADI *Archiepiscopi Bituricensis epistola pastoralis ad parochos & parochianos suos.*

AUXILII *libellus de negotio Formosi Papæ.*

Variæ observationes ex mss. Germanicis.

Et iter quidem Germanicum, quod Mabillonius cum socio Michaele Germano A. C. 1683. per Helvetiam, Sueviam & Bavariam suscepit, ita describitur, ut imprimis præcipua, quæ in monasteriis illarum regionum inventa fuerunt, literaria monumenta recenseantur. Et ex his Germanicis bibliothecis etiam depromta sunt hujus tomi analecta, inter quæ occurrit passio Marculi, quem

Digitized by Go

quem Donatiſtæ inter Martyres retulerunt. Unde in Collatione Carthaginenſi cognit. l. c. 187. Dativus Epiſcopus Donatiſtarum Novapetrenſis Deum in die judicii de effuſo Marculi hujus ſanguine rationes exacturum eſſe dixit. Referunt autem illa Marculi acta a Mabillonio vulgata, quod poſt crudeliſſimam fuſtigationem, quæ non ſine miraculo nullas in corpore ejus notas reliquiſſe fingitur, ad caſtellum novæ petræ ductus, ibique de alta rupe præcipitatus placide occubuerit, Angelis ejus animam in cœlum transportantibus, corpus autem blandientibus auris molliter in terra illæſum deponentibus. Quomodo autem in nonnullis Martyrologiis hic Donatiſta in orthodoxum Martyrem transformatus fuerit, Mabillonius in notis ad hanc Maruli paſſionem obſervavit. Edidit etiam Mabillonius hoc tomo fragmentum Candidi Ariani ad Marium Victorinum, cum reſponſione Marii Victorini Rhetoris ad Candidum Arianum. Latuit enim Virum doctiſſimum, integram epiſtolam illam Candidi, cujus fragmentum tantum exhibet, una cum reſponſione Marii Victorini jam pridem editam fuiſſe. Et primus quidem illam Candidi epiſtolam cum Victorini reſponſione Baſileæ apud Johannem Oporinum vul-

ed by Google

gavit Jacobus Zieglerus cum ſuis ad Geneſin & Exodum conceptionibus p. 232. Et Candidi quidem epiſtola ita incipit: *omnis generatio, o mi dulcis ſenectus Victorine, mutatio quædam eſt. Immutabile autem eſt omne divinum ſcilicet Deus &c.* Hanc epiſtolam Candidi pag. 237. excipit Marii reſponſio, quæ hoc titulo gaudet: *Marii Victorini Afri Viri Conſularis Rhetoris urbis Romæ de generatione divini verbi confutatorium Candidi Ariani ad eundem.* Eandem Candidi Ariani epiſtolam cum eadem Victorini reſponſione poſt Zieglerum Gothæ A. 1656. edidit D. Andreas Rivinus Poëſeos quondam in hac Lipſienſi Academia Profeſſor Publicus inter ſanctas, ut vocat, reliquias ſeu ſcripta chriſtiana duûm Victorinorum Pictavienſis unius Epiſcopi Martyris, Afri alterius Caji Marii Rhetoris primum Romani & Conſularis Viri clariſſimi, converſi deinde diſputatoris ſubtiliſſimi. Et poſterioris quidem Victorini opera a Rivino edita, ſunt hymni tres de Trinitate, & tractatus de generatione Verbi ſeu confutatorium Candidi Ariani, cui Candidi epiſtola præmittitur. Tanto magis autem operæ pretium ſe facturum Vir doctiſſimus exiſtimavit, ſi hanc Candidi epiſtolam cum Victorini reſponſione poſt Zieglerum denuo

denuo ederet, quod utrumque ſcriptum in tot bibliothecis Patrum neglectum & omiſſum deprehenderet. Etſi enim Victorini libri 4. adverſus Arium in pluribus Patrum collectionibus & bibliothecis legantur, neſcio támen, qua oſcitantia factum fuerit, ut his quatuor Victorini libris tractatus de generatione Verbi a Zieglero vulgatus non præmitteretur. Mirandum etiam eſt, inter tot Patrum Collectores neminem advertiſſe, quod epiſtola quatuor Victorini libris adverſus Arium præmiſſa etiam a Candido Ariano ſcripta fuerit. Cum enim Candidus reſponſionem Victorini de verbi generatione accepiſſet, iterum ad Victorinum ſcripſit, eique ſimul Arii ad Euſebium, & Euſebii ad Paulinum literas communicavit. Atque hinc Victorino occaſio nata libros quatuor adverſus Arium elucubrandi. Hos autem Victorini libros ad Candidum directos eſſe, ſtatim ex initio libri primi apparet, ubi Victorinus his verbis utitur: *in primo quidem ſermone hujus operis & multa & fortiora etiam quædam horum, o amice candide, propoſita atque tractata abs te ſunt, &c.* In quibus verbis vox *candidi* non appellativum nomen eſt, quaſi Victorinus amicum quendam ſincerum & candidum incerti nominis compellaſſet,

Digitized by Google

ſed nomen proprium Candidi Ariani, quod cum non animadverterint viri docti, qui Patrum bibliothecas & collectiones ediderunt, epiſtolam quatuor illis libris præmiſſam nulli certo autori aſcripſerunt, & ſine titulo reliquerunt, cum epiſtolam illam Candido Ariano adſcribere debuiſſent. Duæ ergo Candidi Ariani epiſtolæ extant, una præmiſſa Victorini tractatui de generatione Verbi, à Zieglero & Rivino & ex parte a Mabillonio edita, altera quæ ab Heroldo in hæreſiologia, Margarino Bignæo in bibliotheca Patrum Pariſienſi, aliisque cum quatuor Victorini libris adverſus Arium edita, etſi poſteriori huic epiſtolæ nomen Candidi non præfigatur, ipſique editores eam a Candido ſcriptam ignoraverint.

XVII. Analectis Mabillonianis addimus *Muſeum Italicum, ſeu Collectionem veterum Scriptorum ex Bibliothecis Italicis erutam a D. Johanne Mabillon, & D. Michaele Germain, Presbyteris & Monachis Benedictinæ Congreg. S. Mauri*, cujus Tomus I. Lutetiæ Pariſiorum A. MDCLXXXVII. in 4to. editus, & in duas partes diſtinctus eſt. Prima pars complectitur Mabillonii & Germani iter Italicum literarium; altera vero parte varia Patrum opuſcula & vetera monumenta continentur, nempe: S. MA-

S. MAXIMI *Episcopi Taurinensis homiliæ XII.*

Libri diurni Romanorum Pontificum supplementum.

Hadriani Papæ vita, auctore anonymo Monacho Nonantulensi.

Capitularia quædam.

Præceptum Luponis Ducis Spoletani.

Placitum ejusdem.

ADALHARDI *Abbatis, Missi dominici in Italia, placitum.*

Contentio de cella S. Mariæ in Minione.

Index Ducum Spoletanorum & Abbatum Farfensium.

JOHANNIS *Diaconi epistola ad Senarium Virum illustr.*

GAUDERICI *Episcopi Veliterni epistola.*

ANASTASII *Bibliothecarii variæ epistolæ.*

Concilium Romanum in causa Formosi.

GEZONIS *Abbatis epistola de corpore & sanguine Domini.*

PAULI & GEBEHARDI *Canonicorum Ratisponensium epistolæ tres de ritu Ambrosiano.*

Martini Thesaurarii Ambrosiani de eodem argumento.

Obser-

Digitized by Google

Observationes ejusdem argumenti.

Index vetustissimus Episcoporum Mediolanensium.

MANASSÆ *Archiepiscopi Remensis apologia.*

Noviomensium clericorum epistola de filiis Clericorum.

Historia belli sacri sub Urbano II. auctore anonymo æquali.

STEPHANI *Comitis Carnotensis epistola ejusdem argumenti.*

Epistolæ formatæ.

Synodus Verulanensis sub Paschale II.

Græcorum confessio de eucharistia edita in Concilio Florentino.

Acta sanctorum Martyrum Nicandri & Marciani.

Fabiani Bencii vita auctore AUGUSTINO PATRICIO *Episcopo Pientino.*

Descriptio adventus Friderici III. in Urbem ex eodem auctore.

Hæc monumenta excipit Sacramentarium Gallicanum, cum Editoris præfatione, & liber pœnitentialis ecclesiæ Gallicanæ.

Quæ in itinere Italico referuntur de evangelio Matthæi & Marci, quod Eusebii Vercellensis manu scriptum perhibetur, de serpente æneo, cui Matronæ Mediolanenses infan-

fantes ſuos ægrotos ſecunda paſchatos feria admovere ſolent, de Guillelmina Boëma, quæ poſt mortem aliquandiu pro Sancta habita, ſed poſtea exhumata & combuſta eſt, ejusque erroribus, quos non in ſpurcitiis corporis, ſed mentis deliriis conſtitiſſe Johannes Petrus Puricellus in diſſertatione inedita contra Donatum Boſſium probare contendit, de autographo S. Marci evangelio, quod Venetiis non niſi obſignatum oſtendi ſolet, de ſella ſtercoraria, & duabus aliis, in quibus olim Pontifices recens electi usque ad tempora Leonis X. collocari ſolebant, de calamo Leonis Allatii, quo ad græce ſcribendum per 40. annos uſus eſt, de cauſa captivitatis Michaëlis Molini, de manuſcripto græco Hippolyti in ſomnium Nabuchadonoſoris commentario, de more novorum Conjugum Puteolanorum, qui per annum vel biennium, aut etiam triennium ante ſolennem benedictionem congredi conſueverunt, de equis Romæ in feſto Antonii a Patre quodam aqua luſtrali conſpergi ſolitis, ne quid adverſi illis contingat, de novo Sancto fictitio S. Viar, de ſtatua Johannæ Papiſſæ Senis in virilem formam ſub Clementis IIX. pontificatu transmutata, aliaque memorabilia in actis erudit. Menſ. Novembr. 1687. p. 593. & ſeqq. retuli.

Inter

Inter vetera monumenta primo hoc Muſei Italici tomo contenta primum locum tenent nonnullæ *Maximi Taurinenſis* homiliæ numero duodecim, quas genuinas & huic Maximo aſcribendas eſſe Mabillonius probat, obſervans de cætero multas Maximi homilias Ambroſio adſcribi, & inter ejus opera legi, alias autem nec Ambroſium nec Maximum autorem habere, ut 2. & 3. de Adventu, item ſermonem 22. & 23. de Septuageſima & Sexageſima, cum nomina Septuageſimæ & Sexageſimæ, ut & Adventus nomen pro certo dierum numero, quos ante Natale Domini celebrari mos eſt, & Maximo & multo magis Ambroſio ignota fuerint. Has homilias excipit libri diurni Romanorum Pontificum ſupplementum, qui liber etſi magnæ olim apud Pontificios autoritatis fuerit, hodie tamen pro obſoleto habeatur. Hunc librum Hilarion Rancatus Ciſtercienſis Monachus Leoni Allatio (ut Mabillonius in itinere Italico p. 77. refert, qui tamen poſtea in ipſo Diurni ſupplemento p. 36. potius Holſtenium pro Allatio nominat) commodaverat, qui una nocte exſcripſit & publica luce donare voluit. Sed impreſſio illa prohibita fuit. Editus tamen fuit poſtea liber hic Diurnus a Jeſuita Garnerio, quam editionem hoc loco

loco Mabillonius ſupplendam cenſuit. Subjicitur huic ſupplemento vita Hadriani I. Pontificis Romani ab Anonymo quodam Monacho ſcripta, in qua formulæ quædam in Diurno libro præſcriptæ, prout a Pontifice hoc uſurpatæ ſunt, referuntur. In Johannis Diaconi epiſtola fit mentio de ſeptem altaribus ſabbatho ſancto erigi ſolitis, ut & de immiſtione lactis & mellis in calicem eodem die, quorum rituum mentio apud alios Scriptores non occurrit. De aliis hujus Johannis ſcriptis editis pariter ac ineditis in obſervationibus ad hanc epiſtolam agit Mabillonius, ubi etiam refert, quæ ſcripta Anaſtaſius Bibliothecarius in gratiam hujus Johannis hiſtoriam eccleſiaſticam univerſalem meditantis ex græco ſermone in latinum verterit. Etiam ad vitam Clementis Romani Papæ deſcribendam Johannes ſe accinxit, ſed morte præventus opus hoc abſolvere non potuit, ut patet ex Gauderici Veliterni Epiſcopi præfatione in vitam S. Clementis Papæ, quam Mabillonius itidem exhibet. Apparet autem ex hac præfatione, quod Johannis Diaconi cognomen fuerit Hymonides, & quod ſuperſtite Johanne VIII. vitam cum morte commutaverit. De Gezone Monacho Mabillonius obſervat, quod in doctrina de S. cœna

Digitized by Google

cœna Paſchaſii Ratberti doctrinam pro catholica habuerit, & librum Paſchaſii fere integrum in ſuum transtulerit, unde operæ pretium viſum non eſt, integrum Gezonis opus exhibere. Sufficere putavit Mabillonius, ſi Gezonis prologum de corpore & ſanguine Domini, & indicem capitum exhiberet. Occaſione epiſtolarum Pauli Sacerdotis & Gebhardi de ritu Ambroſiano agentium de ortu & progreſſu illius ritus Vir doctiſſimus in obſervationibus additis prolixe diſſerit. De reliquis obſervationibus ad monumenta hoc tomo contenta nihil addimus, pauca hæc ſpeciminis loco adduxiſſe contenti.

Secutus eſt A. C. MDCLXXXIX. hujus Muſei Italici Tomus II. complectens antiquos libros rituales ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cum Commentario prævio in ordinem Romanum, cujus Commentarii contenta ſunt:

I. *Rituum Romanorum cognitio neceſſaria: Amalarii in eos commentarii vexati. Prima Romani ritualis editio improbata: electi Corcyrenſis plagium retectum.*

II. *De ordine Romano, deque variis auctoribus ac libris, qui de ritibus S. R. E. agunt.*

III. *De antiquis baſilicis ac titulis Urbis, de Diaconis, & de ſeptem regionibus eccleſiaſticis: ubi de forma veterum baſilicarum.*

IV.

Digitized by Google

IV. *De clero Romano, & de prisco ritu celebrandi officia divina in ecclesia Romana.*

V. *De collectis & stationibus deque litaniis Romanis.*

VI. *Singulares ritus Missæ pontificalis secundum ordinem Romanum; & primo ab initio Missæ ad canonem.*

VII. *Continuatio rituum in Missa pontificali singularium a Canone ad communionem.*

VIII. *Singularia sacræ communionis in Missa pontificali.*

IX. *Quando, & quomodo desierit communio sub utraque specie in ecclesia Romana.*

X. *Ritus peculiares in sabbato ante Palmas, & in ipsa Dominica Palmarum.*

XI. *Singulares ritus in triduo ante paschæ; & primo quidem in cœna Domini & in parasceve.*

XII. *De Sanctificatione calicis non consecrati ex contactu particulæ consecratæ.*

XIII. *Quid de hac commistione aliæ ecclesiæ senserint, aliique auctores.*

XIV. *De Sanctificatione calicis ex commistione sanguinis consecrati.*

XV. *De nonnullis ritibus Sabbati sancti.*

XVI. *De ordinationibus sacris ecclesiæ Romanæ.*

XVII. *De varia creatione Romani Pontificis.*

XVIII. *Ritus in consecratione Pontificis olim servati.*

XIX. *Expenditur locus Socratis Scholastici de prætermissis sacris mysteriis in sabbatis apud Romanos: ubi de hebdomada & Dominica* mediana, *atque de variis ritibus, qui strictim exponuntur.*

XX. *De confessione B. Petri in Vaticana. Quid* rugæ, regiæ & regulares *apud Scriptores ecclesiasticos. De variis modis asservandi eucharistiam apud Romanos. Quid* Capsa *in Concilio Arausicano? Quid* turris *Gregorio & Venantio Fortunato?*

XXI. *An antiqui ritus semper novis præferendi? an omnes ad unum modum revocandi? Recentiores ceremoniarum arbitri notati. Quid censendum de Missa Illyriciana?*

Commentarium hunc prævium in Ordinem Romanum excipiunt antiqui libri rituales S. R. E. nimirum:

I. *Ordo Romanus de Missa pontificali. Et appendix de officiis a Cœna Domini usque ad pascha.*

II. *Ordo Romanus alius de Missa pontificali.*

III. *Alius adhuc ordo Romanus de Missa item pontificali.*

IV. *Fragmentum veteris ordinis Romani de Missa pontificali.*

V.

V. *Ordo Romanus, de Missa episcopali primus.*

VI. *Ordo Romanus, de Missa episcopali secundus.*

VII. *Ordo scrutinii ad electos &c. seu de Baptismo.*

VIII. *Ordo Romanus de Ordinationibus sacris.*

IX. *Ordo Romanus ejusdem argumenti.*

X. *Ordo Romanus de triduo ante pascha.*

XI. *Ordo Romanus auctore Benedicto Canonico S. Petri. Item Johannis Papæ XIX. diploma de basilica S. Petri. Atque Excerpta ex libro Petri Mallii de eadem basilica.*

XII. *Ordo Romanus auctore Cencio Cardinale. Breve recordationis de consuetudinibus altaris S. Salvatoris Lateranensis.*

XIII. *Cæremoniale Romanum editum jussu Gregorii X.*

XIV. *Ordinarium S. R. E. auctore, ut videtur, Jacobo Cajetano Cardinale, præmissa capitulatione.*

XV. *Liber Petri Amelii Episcopi Senogalliensis, præmissa item capitulatione.*

XVI. *Index solemnium collectarum & stationum S. R. E.*

Accedit demum huic Tomo appendix, in qua apparent

Digitized by Google

I. *Egloga Amalarii Abbatis in ordinem Romanum.*

II. JOHANNIS *Diaconi liber de ecclesia Lateranensi ad Alexandrum III.*

III. *Constitutiones Lateranenses jussu Gregorii XI. editæ.*

IV. AUGUSTINI *Patricii epistola ad Innocentium VIII. in librum sacrarum cæremoniarum, quibus Romani Pontifices uti consueverunt.*

V. *Excerpta ex Diario Paridis de Crassis contra electum Corcyrensem, qui prædictum Augustini librum sub suo nomine vulgavit.*

VI. *Addenda, seu corrigenda in Itinere Italico.*

Ex variis, quibus hunc tomum illustravit doctissimus editor observationibus tantum repetimus, quæ in commentario prævio ad ordinem Romanum de communione sub utraque annotavit, nempe ante annum 1020. communionem sub utraque specie ab ecclesia immutabiliter fuisse retentam, postea vero paulatim ob varias causas nullo decreto prævio contrarium usum invaluisse, nonnullas tamen ecclesias communionem sub utraque diutius servasse. Refert quoque ex epistola de Urbani VI. electione, quam Dacherius tomo IV. sui Spicilegii vulgavit, Urbanum

num hunc poſt ſuam in Vaticana baſilica coronationem omnes Diaconos Cardinales ſua manu pretioſo Corpore & Sanguine Chriſti communicaſſe, quod A. C. 1378. factum eſt. Refert item, juxta ordinarium Jacobi Gajetani, qui circa confinia ſeculi decimi tertii & decimi quarti floruit, ne Presbyteris quidem in eorum ordinatione a Pontifice alteram ſpeciem conceſſam fuiſſe, attamen Regi & Imperatori ante ortam Huſſitarum hæreſin communionem ſub utraque a Pontifice præbitam fuiſſe. Poſtea ex Odorico Raynaldo narrat, quod Clemens VI. Johanni Northanniæ Duci ejusque conjugi utriusque ſpeciei communionem, modo privatim fieret, conceſſerit, ut & Burgundiæ Duci, quemadmodum eandem etiam Regi & Reginæ Francorum indulſerat. Addit ex Auguſtini Patricii libro de Imperatoris Friderici III. adventu in urbem Romam, quod Paulus II. cum Imperatore, Diacono & Subdiacono communicaverit, ſed ſolus Pontifex de calice biberit. Non gravatur etiam Mabillonius ex Diario Paridis de Craſſis ceremoniarum Magiſtri repetere, quo ritu Carolo V. paulo ante ejus coronationem communio a Clemente VII. data fuerit. Tandem etiam ſubjungit, nonnullis ex ſingulari privilegio commu-

Digitized by Google

nionem ſub utraque conceſſam eſſe, ut Regibus Francorum in ſua coronatione, Diacono & Subdiacono eccleſiæ S. Dionyſii prope Pariſios in Dominicis & diebus ſolennibus, ut & miniſtris altaris apud Cluniacum in ſingulis Dominicis & feſtis. Plura de hoc ſecundo Muſei Italici tomo videantur, in Ephemeridibus Gallorum eph. 8. & 9. Menſ. Mart. 1689. in hiſtoria operum eruditorum Baſnagii menſ. Mart. 1689. & in actis Eruditorum A. C. 1690. Menſ. Junio p. 291.

XVIII. Neque inter Pariſienſes Patrum bibliothecas tacenda ſunt Viri de re literaria optime meriti Stephani Baluzii miſcellanea, quorum primus liber hac inſcriptione gaudet:

STEPHANI BALUZII *Miſcellaneorum liber primus, hoc eſt, Collectio veterum monumentorum, quæ hactenus latuerant in variis codicibus ac bibliothecis. Pariſiis excudebat Franciſcus Muguet, Regis & illuſtriſſimi Archiepiſcopi Pariſienſis Typographus. 1678.*

Continentur autem primo hoc miſcellaneorum libro

Rhabani Mauri Abbatis Fuldenſis & deinde Moguntini Archiepiſcopi liber ſive dialogus de computo ad Macharium.

Geſta Baldewini de Luxemburgo Archiepiſco-

Digitized by Google

piſcopi Trevirenſis, qui Henrici VII. Imperatoris frater fuit, ab autore ignoto, ſed coætaneo compoſita.

Johannis Bohemiæ Regis epiſtola, qua negat Henricum VII. Patrem ſuum a Monacho quodam Dominicano Bernhardo de Montepeluciano per poculum euchariſticum veneno infectum fuiſſe e vivis ſublatum.

Acta inquiſitionis a Johanne XXII. inſtitutæ adverſus Petrum de Palude ordinis Prædicatorum, cum reſponſionibus ejusdem.

Literæ *Johannis XXII.* Papæ, quibus fratri Michaeli Monachi ordinis Minorum committit cauſam quorundam fratrum Minorum non bene de fide ſentientium.

Inquiſitoris ſententia contra combuſtos in Maſſilia.

Executio ſententiæ contra quosdam hæreticos latæ ab Archiepiſcopo Narbonenſi & Johanne de Belna Inquiſitore hæreticæ pravitatis.

Littera Magiſtrorum in theologia, qui articulos extractos de poſtilla Petri Johannis Olivi quondam ordinis Minorum facta ſuper Apocalypſi diligenter examinaverunt, & ipſos tam temerarios quam hæreticos judicaverunt.

Digitized by Google

Judicium 12. Magiſtrorum in theologia, & in decretis de iisdem articulis.

Item aliud ſcriptum contra doctrinam in articulis illis traditam.

Tractatus contra Beguinos & fratres Minores, qui dicuntur ſpirituales.

Item alius tractatus adverſus eosdem auctore, ut videtur, *Johanne de Belna* Inquiſitore Carcaſſonenſi.

Articuli probationum contra fratrem Ubertinum de Caſali inductarum a fratre Bonagratia.

Reſponſio fratris *Ubertini de Caſali* ordinis Minorum circa quæſtionem de paupertate Chriſti & Apoſtolorum facta coram Johanne XXII. apud Avinionem in Conſiſtorio.

Examen judiciale Franciſci Veneti aſſeclæ Maſſilii de Padua.

Examen judiciale fratris Franciſci de Eſculo ordinis Minorum.

Epiſtolæ duæ *Sulpitii Severi* Presbyteri Aquitani ad Claudiam ſororem ſuam, quarum prior de ultimo judicio, poſterior de Virginitate agit.

S. Aviti Epiſcopi Viennenſis epiſtolæ quatuor, quas Johannes Ferrandus 1661. Cabillone corruptas ediderat, & quarum primam etiam jam olim Baluzius in appendice Agobardi

bardi vulgaverat, ſed recudendam cenſuit, ne a cæteris divideretur.

Fragmenta ex ejusdem *Aviti* libro de divinitate Spiritus Sancti.

Fragmenta epiſtolarum *Paulini* Aquilejenſis, cujus epiſtolam de rebus geſtis in concilio Altinenſi etiam hoc loco Baluzius edidiſſet, niſi eam majori operi, nempe novæ conciliorum collectioni reſervandam ſtatuiſſet.

Alcuini epiſtola ad Karolum M. de pretio redemptionis humanæ.

Ejusdem Capitulare admonitionis ad eundem Karolum.

Ejusdem epiſtola ad Abbates & monachos Gothiæ in cauſa Felicis Epiſcopi Urgellenſis.

Ejusdem ſermo in Hypapanti dictus coram Karolo M. qui alias inter Ambroſii opera legitur, ſed Ambroſio perperam adſcribitur, cum feſtum Hypapantis Ambroſii tempore ignotum fuerit.

Fredegiſi Abbatis S. Martini Turonenſis, & Cancellarii Ludovici Pii Imperatoris, epiſtola de nihilo & tenebris ad proceres palatii, quam non ſerio, ſed quaſi per ludum & exercendi ingenii cauſa ſcriptam Baluzius arbitratur.

Abbonis Floriacenſis Abbatis epiſtola ad L.

Digitized by Google

batem Fuldenſem, in qua inter alia refert, quod cum Romam adiiſſet, Romanam eccleſiam digno viduatam paſtore offenderit. Quod Baluzius non ita intelligendam obſervat, ac ſi illo tempore cathedram Romanam Pontifice vacantem invenerit, ſed quod illius temporis Pontificem Johannem XV. tanto titulo indignum cenſuerit.

Epiſtola encyclica Monachorum Floriacenſium de cæde Abbonis Abbatis.

Epiſtola *Widi* Monachi ad Heribertum Archiepiſcopum.

Epiſtola *Boamundi* Principis Antiochiæ, *Raymundi* Comitis S. Ægidii, *Godefridi* Ducis Lotharingiæ ad Urbanum II. Papam.

Epiſtola *Stephani* Epiſcopi Tornacenſis ad Willelmum Archiepiſcopum Remenſem.

Ingeburgis Reginæ Francorum epiſtola ad Cæleſtinum III. Papam.

Adæ Abbatis Perſeniæ epiſtolæ quinque ad Oſmundum Monachum Mortuimaris in Normannia.

Frederici II. Imperatoris & Regis Siciliæ epiſtolæ novem ad diverſos.

Henrici Regis Hieroſolymitani, qui Frederici II. Imper. & Iſabellæ Anglicæ filius fuit, epiſtola ad Henricum Regem Anglorum patruum ſuum.

Acta

Digitized by Google

Acta electionis Conradi IV. Regis Romanorum.

Manfredi Siculi epistolæ duæ de morte Frederici II. Imper. ad Conradum IV. Regem Romanorum.

Conradi Romanorum & Siciliæ Regis epistolæ quatuor.

Manfredi Regis Siciliæ epistolæ tres.

Leonis Allatii epistola ad Johannem Morinum.

Catalogus Abbatum monasterii Floriacensis.

Chronicon brevissimum monasterii S. Galli in Helvetia.

Chronicon Augiensis monasterii.

Chronicon Wirziburgense.

Chronicon Kemperlegiense.

Secundo miscellaneorum Baluzii libro, qui A. C. 1679. lucem publicam adspexit, sequentia vetera monumenta, quæ hactenus in variis bibliothecis latuerunt, protrahuntur:

Lucii Cæcilii Firmiani Lactantii liber de persecutione, sive de mortibus persecutorum.

Ejusdem fragmentum de extremo judicio.

Passio S. Savini Episcopi Assisinatis.

Pas-

Paſſiones ſanctorum Saturnini, Dativi, & ſociorum.

Paſſio S. Felicis Epiſcopi Tubyzacenſis.

Geſta purgationis Felicis Epiſcopi Aptungitani. Quibus ſubjuncta eſt epiſtola *Conſtantini* Imperatoris ad Probianum Proconſulem Africæ.

Geſta purgationis Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis.

Paſſio Sanctarum Seraphiæ & Sabinæ.

Paſſio S. Mariæ Martyris ancillæ Tertulli.

Paſſio S. Pontii, martyris auctore *Valerio* ejus contubernali.

Vita S. Euſebii Presbyteri Romani.

Veteres litaniæ Eccleſiæ Bellovacenſis.

Gregorii Papæ IV. epiſtola ad Epiſcopos & alios Dei fideles per Galliam conſtitutos, de dignitate & privilegiis monaſterii Floriacenſis.

Præceptum *Lotharii* Regis fratris Karoli, quod fecit Eccleſiæ S. Stephani Lugdunenſis.

Karoli III. Imp. præceptum pro Eccleſia Lugdunenſi, datum ad deprecationem Liutardi Epiſcopi Vercellenſis & Bernardi Marchionis.

Præceptum *Ludovici* Regis quod fecit Eccleſiæ S. Stephani Lugdunenſis.

Præceptum *Ludovici* Regis, quod facit Iſaac

Isaac Gratianopolitano Episcopo & successoribus ejus.

Brevis de consuetudine S. Donati.

Formosi Papæ epistola ad Bernonem Abbatem Gigniacensem.

Rodulfi Regis Burgundiæ præceptum pro monasterio Gigniacensi.

Concordia de Ecclesia S. Clementis Credonensis inter Monachos S. Albini Andegavensis & Vindocinenses, facta apud Carnotum anno Christi MLXXII.

Narratio quomodo, cum eadem controversia postea recruduisset inter eosdem Monachos, Urbanus II. Papa novæ inter eos concordiæ auctor fuit.

Alia narratio de eadem controversia, & de judicio Amati Archiepiscopi Burdegalensis apostolicæ sedis Legati.

Paschalis II. Papæ epistola ad Archembaldum Abbatem S. Albini Andegavensis, qua confirmat judicium Urbani II. de concordia inita inter Monachos S. Albini & Vindocinenses.

Charta de controversia & de bello, quod fuit inter monasterium S. Albini Andegavensis & Giraudum de Blancofurno pro terra Crojaci prope Peregrinam.

Privilegium *Urbani Papæ* II. de ecclesia Gratianopolitana. Ejus-

Digitized by Google

Ejusdem epiſtola ad Petrum Præpoſitum & Canonicos eccleſiæ Ruthenenſes.

Paſchalis II. Papæ epiſtola ad Clericos Eccleſiæ Pariſienſis, qua eis commendat eorum Epiſcopum Galonem.

Ejusdem epiſtolæ de monaſterio Semichenſi in Hungaria, ad Hugonem Abbatem monaſterii S. Ægidii in Septimania.

Ludovici VI. Francorum præceptum de libertate teſtandi & bellandi pro ſervis Eccleſiæ Pariſienſis.

Paſchalis II. Papæ epiſtola, qua pondus Apoſtolicæ auctoritatis addit ſuperioribus Ludovici litteris.

Ejusdem *Paſchalis* epiſtola ad Joannem Priorem eccleſiæ beati Petri de Valeriis in Septimania.

Calliſti II. Papæ epiſtola ad Berengarium Abbatem monaſterii Craſſenſis in Septimania.

Ejusdem epiſtola ad illuſtrem feminam Juſſolinam & filios ejus, ejusdem argumenti cum ſuperiore.

Ejusdem bulla de privilegiis monaſterii S. Mariæ Joſaphat in dioœceſi Carnotenſi.

Ejusdem epiſtola ad Marbodum Epiſcopum Redonenſem.

Ejus-

Digitized by

Ejusdem epiſtola ad Girbertum Epiſcopum & Canonicos Pariſienſes.

Ollegarii Archiepiſcopi Tarraconenſis epiſtola ad Raimundum Epiſcopum Auſonenſem ſuffraganeum ſuum, qua ejus conſultationi reſpondet.

Innocentii II. Papæ epiſtola ad Ulgerium Epiſcopum Andegavenſem.

Ulgerii Epiſcopi Andegavenſis relatio ad Innocentium II. Papam pro monaſterio Rotenſi adverſus Monachos Vindocinenſes.

Innocentii II. Papæ epiſtola ad Robertum Abbatem S. Mariæ de Rota.

De primo dono Eccleſiæ S. Nicolai de Credone.

Paſchalis II. privilegium de eodem dono S. Nicolai.

Fundatio Eccleſiæ S. Mariæ de Rota.

Acta concordiæ initæ inter Canonicos Ruthenenſes & Monachos Maſſilienſes, ſuper Eccleſia S. Amantii & ſepultura civium Ruthenenſium.

Bulla *Lucii II.* Papæ confirmantis ſuperiorem tranſactionem.

Alphonſi Regis Portugalliæ epiſtola ad Lucium II. Papam, qua regnum ſuum Romanæ Eccleſiæ tributarium conſtituit.

Lucii II. Papæ reſponſoria.

Eu-

Eugenii III. epiſtola ad Petrum Regenſem & Bertrandum Forojulienſem Epiſcopos.

Bulla *Adriani IV.* qua confirmat ordinationem factam de Eccleſiis S. Genovefæ.

Ejusdem epiſtola adverſus Gaufredum Comitem Ruſcinonenſem.

Litteræ *Ermengaudi* Comitis Urgellenſis, quibus abdicat conſuetudinem capiendi bona Epiſcoporum defunctorum.

Epiſtolæ duæ *Alexandri III.* pro Guinardo Comite Ruſcinonenſi.

Henrici Archiepiſcopi Remenſis epiſtola increpatoria ad Cardinales Romanæ Eccleſiæ in cauſa Drogonis Cancellarii Noviomenſis.

Ejusdem epiſtola ad Alexandrum III. de eodem argumento.

Reſponſoria *Alexandri III.* Papæ ad ſuperiorem epiſtolam.

Ejusdem *Alexandri* epiſtola ad Decanum & Capitulum Eccleſiæ Pariſienſis, de reſidentia Canonicorum forinſecorum.

Nicolai Monachi Clarevallenſis epiſtola ad Henricum Comitem Campaniæ.

Ejusdem epiſtola ad Willelmum Archiepiſcopum Remenſem.

Acta concordiæ initæ inter Auſcitanam & Cæſarauguſtanam Eccleſias occaſione Eccleſiæ Alagonenſis. *Ca-*

Digitized by Google

Cæleſtini III. epiſtola de translatione Berengarii Epiſcopi Ilerdenſis ad metropolim Narbonenſem.

Epiſtola I. Epiſcopi Lyddenſis ad magiſtrum Michaelem Decanum Eccleſiæ Pariſienſis & electum Patriarcham Hieroſolymitanum.

Litteræ Capituli Remenſis ad Abbatem Clarevallenſem, qui eſt in Epiſcopum electus.

Mandata Velletrenſibus, Coranis & Sarminitanis data ab *Hugolino* Epiſcopo Oſtienſi pro conſervanda pace cum Nimphanis & Sitinis.

Alphonſi Regis Caſtellæ epiſtola ad Philippum Auguſtum Francorum Regem, qua ab eo petit auxilium adverſus Sarracenos.

Honorii III. epiſtola ad Raimundum Rogerium Comitem Fuxenſem.

Ejusdem epiſtola ad Amalricum Comitem Toloſanum.

Ejusdem epiſtola ad Ludovicum VIII. Francorum Regem.

Epiſtola cujusdam hiſtorica de victoriis Regis Davidis in oriente.

Litteræ *Philippi Pulchri* Francorum Regis de ſublevanda inopia Matthæi Epiſcopi Dunxeldenſis in Scotia.

Digitized by Google

Litteræ *Benedicti XII.* de pravis moribus Clericorum Eccleſiæ Narbonenſis.

Arnaldi Ceſcomitis Archiepiſcopi Tarraconenſis epiſtolæ duæ de Sarracenis ab Hiſpania pellendis.

Balduini de Luxemburgo Archiepiſcopi Treverenſis litteræ de confœderatione facta cum Philippo VI. Francorum Rege.

Ludovici IV. Bavari Imp. ſubmiſſio facta Clementi VI. anno MCCCXLIV.

Errores ſectæ hominum intelligentiæ, & proceſſus factus contra fratrem Willelmum de Hildeniſſem Carmelitam per Petrum de Alliaco Epiſcopum Cameracenſem A. C. MCCCCXI.

Hiſtoria monaſterii Figiacenſis in diœceſi Cadurcenſi,

Chronicon Floriacenſe.

Chronicon Cremonenſe.

De Majori-monaſterio & Abbatibus ejus.

Chronicon breve monaſterii Canigonenſis in diœceſi Helenenſi.

Chronicon Savigniacenſe.

Collectio locorum quorundam inſignium conſilio omiſſorum in libro ſexto Rerum Sicanicarum Maurolyci Abbatis.

Stephani Baluzii notæ ad Lactantium.

Ejusdem notæ ad Acta Martyrum.

Pri-

Digitized by Google

Primum inter vetera Monumenta, quæ hoc tomo Baluzius collegit, locum merito obtinet insignis Lactantii liber de mortibus persecutorum, quem per tot secula abditum Vir doctissimus in lucem produxit, & eruditis suis notis illustriorem reddidit. Dignus vero hic libellus visus est, quem post Baluzium alii quoque viri docti certatim exornarent. Cum igitur Thomas Sparckius Lactantii opera Oxonii A. C. 1684. ederet, reliquis Lactantii Operibus, quæ hactenus per Xystum Betulejum, in indice Hispanico expurgationi traditum, Michaelem Thomasium, Josephum Isæum, Antonium Thysium, Servatium Gallæum, aliosque vulgata fuerant, etiam hunc de mortibus persecutorum libellum adjecit, & notis Baluzii omissis alias breviores substituit, ac simul Henrici Dodwelli dissertationem de Ripa Striga, cujus Lactantius in hoc libello meminit, vulgavit. Deinde cum anno sequenti 1685. Lactantii opera iterum Cantabrigiæ prelo subjicerentur, doctissimus editor, quisquis ille fuerit, omittere non potuit, quin denuo Lactantii libellum de mortibus persecutorum hac occasione luci exponeret, eundemque notis suis illustraret. Seorsim hic Lactantii libellus prodiit Aboæ in Finlandia cum notis

Digitized by Google

Johannis Columbi & Gisberti Cuperi A. C. 1684. & Oxonii 1680. additis ad calcem actis Perpetuæ & Felicitatis, quam editionem Johanni Fell Oxonienſi Epiſcopo debemus. In eundem libellum Lactantii omiſſo textu notas edidit Pariſiis A. C. 1690. Nicolaus Toinardus. Tandem etiam Paulus Bauldri A. C. 1692. Trajecti ad Rhenum cum ſuis & aliorum notis hunc Lactantii librum vulgavit. Præmittit Jacobi Tollii epiſtolam ad Immanuelem Schelſtratenum, qua ipſi ſuas in hunc Lactantii librum notas conſecrat. Sequitur ipſe Lactantii libellus, cui Bauldrus & ſuas ipſius, & Virorum doctiſſimorum J. Georgii Grævii, Thomæ Gale, Eliæ Boherelli, Petri Allixii, Jacobi Tollii, Pauli Colomeſii aliorumque editas pariter ac ineditas notas ſubjicit. Sequuntur deinde integræ Stephani Baluzii in hunc libellum notæ, & duæ ejusdem epiſtolæ, in quibus duo hujus libelli loca illuſtrantur, quibus Petri Valerii Diazii de quodam Lactantii loco corrupto conjectura præmittitur, item Gisberti Cuperi notæ in hunc Lactantii libellum eæque longe auctiores, quam antea in Columbi editione vulgatæ fuerant, ejusdemque ad Paulum Voet van Winſen epiſtola, nec minus Johannis Columbi notæ ad hunc libellum, quibus alia Cu-

pe

peri ad Voëtium epiſtola ſubjungitur, Henrici Dodwelli diſſertatio de Ripa Striga, Nicolai Toinardi notæ ad hunc Lactantii librum, Theoderici Ruinarti præfatio generalis ad acta Martyrum a ſe edita, & tandem chronologia perſecutionum & rerum ad perſecutiones pertinentium, cum variis indicibus nempe addendorum, locorum Scripturæ, Autorum, & rerum memorabilium. Neque hic tacendum, in alias quoque linguas hunc Lactantii librum translatum eſſe. Gallice enim illum vertit Dn. Maucroix Canonicus Remenſis, Anglice autem Gisbertus Burnetus.

Tertius liber collectionis veterum monumentorum, quæ hactenus in variis codicibus ac bibliothecis latuerunt, ſeu miſcellaneorum a Stephano Baluzio collectorum imprimis deſtinatus eſt memoriæ virorum quorundam illuſtrium, quorum geſta ex fide Scriptorum coætaneorum recenſentur. Leguntur enim hoc tomo:

Geſta Domni Aldrici Epiſcopi Cenomanenſis a diſcipulis ejus ſcripta.

Vita beati Geraldi Archiepiſcopi Bracarenſis auctore ejus diſcipulo *Bernaldo* Archidiacono Bracarenſi.

Tractatus de converſione Pontii de Lara-

Digitized by Google

zio, & exordii Salvanienſis monaſterii vera narratio, auctore *Hugone Francigena* Monacho ejusdem monaſterii.

Leonardi Aretini oratio in funere Nannis Strozæ Equitis Florentini.

Poggii Florentini oratio in funere Leonardi Aretini.

Vita Dominici Capranicæ Cardinalis, auctore *Bæptiſta Poggio.*

Narratio vetus de morte Juliani Cæſarini Cardinalis, auctore *Ægidio Carlerii* Decano Cameracenſi.

Tractatus *Jordani Bricii* adverſus Cardinalem de Capranica.

Itinerarium Adriani VI. auctore *Blaſio Ortizio* Canonico Toletano.

Vita Mauritii Burdini Archiepiſcopi Bracarenſis ſcriptore *Stephano Baluzio* Tutelenſi.

Ex his monumentis Adriani VI. itinerarium jampridem quidem fuit editum Toleti A. C. 1546. per Johannem ab Ayala Typographum, curante Blaſio Garajo. Verum cum iſta editio ſit rariſſima & paucis literatis viſa, operæ pretium facturum ſe putavit Baluzius, ſi illud itinerarium multa notatu digna continens recudi procuraret. Inter vitas hoc tomo comprehenſas occurrit vita Dominici Ca-

Capranicæ Cardinalis autore Baptista Poggio, Poggii Florentini filio, ac nisi Baluzium conjectura sua fallit, Augustinianorum Discalceatorum autore ac fundatore, qui Cardinali huic Capranicensi vitam exemplarem, integritatem, fidem & doctrinam singularem tribuit. At longe aliter de isto Cardinali sentit Jordanus Bricius Jureconsultus Aquisexiensis in tractatu pro Eugenio IV. adversus Cardinalem Capranicensem scripto, quem Baluzius itidem tertio Miscellaneorum suorum tomo inseruit.

Quarto libro miscellaneorum Baluzii, qui A.C.1683. lucem publicam adspexit, sequentia exhibentur monumenta:

Fragmentum *Theodoriti* de Trinitate.

Aliud ejusdem contra Sabellium.

Hugonis Floriacensis tractatus de regia potestate & sacerdotali dignitate.

Vita B. Stephani Abbatis Obazinensis in diœcesi Lemovicensi.

Acta visitationis provinciarum Burdegalensis & Bituricensis a Simone Archiepiscopo Bituricensi ab anno Christi 1284. usque ad annum 1291.

Epistola *Taionis* Episcopi Cæsaraugustani ad Eugenium Episcopum Toletanum.

Digitized by Google

Teſtamentum *Volfaudi* Comitis fundatoris Abbatiæ S. Michaëlis ad Moſam.

Item teſtamentum Volfaudi de villa Marſupia.

Item ejusdem de villa Condato.

Ex epiſtola *Paulini* ad Leonem Patriarcham fragmentum.

Epiſtola *Alcuini* ad Carolum M. quum ad eum mitteret libros 7. adverſus Felicem.

Præfatio *Alcuini* in libros 7. adverſus Felicem ad Carolum M.

Epiſtola cujusdam: *quid ſit ceroma.*

Ludovici Pii præceptum pro eccleſia Nemauſenſi.

Ejusdem *Ludovici* præceptum ut nonas & decimas dent, qui beneficia tenent de Abbate S. Michaëlis ad Moſam.

Deſtructio capellæ Maſiriaci, quæ ſtructa erat in injuriam eccleſiæ Aciaci.

Ludovicus Rex concedit Uncrino Monacho S. Michaelis Fraxinum ad reſtaurationem veteris monaſterii.

Caroli ſimplicis præceptum de eodem.

Epiſtola *Leonis VIII.* de privilegiis abbatiæ Montis-majoris.

Litteræ *Vuigfridi* Epiſcopi Virdunenſis de Eccleſia Alieri.

Gregorii V. epiſtola de privilegiis abbatiæ Montis-majoris. *Ar-*

Arnoldi Episcopi Halberstatensis epistola ad Henricum Episcopum Herbipolensem de institutione Episcopatus Bambergensis.

Epistola *Uvalonis* ad Uvidonem Episcopum.

Charta *Landulphi* Episcopi Ecclesiæ Taurinensis de parte capitis S. Johannis.

Narratio electionis Abbatis Soricinensis.

Litteræ *Pibonis* Episcopi Tullensis de cella Asmantiæ.

Sophia Comitissa de eadem cella.

Litteræ quibus Domnus Abbas *Odelricus* S. Michaelis ad Mosam apud Apostolicum Urbanum II. impetravit, ut sepultura circa hanc Ecclesiam constitueretur.

Auctoritatis apostolicæ rescriptum.

Placitatio inter Abbatem Lanzonem S. Michaelis, & Abbatissam Joviniaci.

Privilegium *Innocentii II.* de Ecclesia Tyriaci.

Epistola *Thomæ* quondam Abbatis Maurigniacensis ad S. Bernardum Abbatem Clarevallensem.

Litteræ *Manegaudi* Abbatis S. Michaelis de renovanda memoria Ducis Volfaudi.

Monachorum S. Michaelis querimonia ad Archiepiscopum Trevirensem de injuriis Comitis Rainaldi Barrensis.

by Google

Litteræ *Victoris* Antipapæ ad Albertum Epiſcopum Virdunenſem.

Alexandri III. epiſtolæ duæ pro Eccleſia Albienſi.

Innocentii III. epiſtola pro eadem Ecclesia.

Pelagii Cardinalis S. Cæciliæ epiſtola ad Guillelmum Epiſcopum Albienſem.

Generatio Guillelmi Baſtardi & quorundam aliorum magnorum.

Epiſtolæ ſeptem *S. Anſelmi* Archiepiſcopi Cantuarienſis.

Avesgoti Monachi Cenomanenſis epiſtola ad S. Anſelmum.

Epiſtola *Johannis* ad Anſelmum.

Hugonis de Cleeriis commentarius de majoratu & ſeneſcalcia Franciæ.

Epiſtola *Henrici II.* Regis Angliæ de cuſtodia Abbatiæ S. Juliani Turonenſis.

Notitia de electione Abbatis Voſienſis.

Teſtimonia de indulgentia conceſſa Eccleſiæ S. Mariæ de Portiuncula.

Litteræ *Ludovici IX.* de fundatione Eccleſiæ Damiatæ.

Ejusdem *Ludovici* litteræ de penſione conceſſa Epiſcopo Damiatano.

Quoddam ſcriptum de vacatione Eccleſiæ Sueſſionenſis, & de collatione præbendarum tempore regalium.

Lit-

Litteræ Decani & Capituli Cenomanenſis de petenda licentia eligendi.

Epiſtola Capituli Valentini ad Archiepiſcopos Narbonenſem & Arelatenſem.

Teſtamentum *Raymundi de Cornilio* Epiſcopi Cadurcenſis.

Litteræ *Clementis VI.* de epiſcopatu Oſtienſi collato Stephano Cardinali ſanctorum Johannis & Pauli.

Epiſtola *Lucii Colucii Salutati* ad Nicolaum de Auximo.

Ejusd. epiſtola ad Franciſcum Bruni.

Ejusdem ad Carolum VI. Regem Francorum, nomine civitatis Florentiæ.

Philippi Archiepiſcopi Arelatenſis epiſtola ad Capitulum ejusdem Eccleſiæ.

Sigismundi Pandulfi Malateſtæ Principis Ariminenſis epiſtola ad Mahometum II. Turcarum Imperatorem.

Epiſtola *Sixti IV.* ad Carolum Ducem Burgundiæ de Cardinalibus noviter factis, & de legatione Beſſarionis in Franciam.

Articuli Nominalium oblati Ludovico XI. Regi A. 1473.

Opiniones ſive ſignaturæ Doctorum Pariſienſium, quarum fit mentio in ſuperioribus artieulis.

Car-

Digitized by Google

Carmina.

Alcuini carmina ponenda in quodam codice ſacræ ſcripturæ.

Walafridi Strabi de baſilica condita à Bugge filia Regis Angliæ.

Rhabani Mauri ad Heiſtulfum Archiepiſcopum.

Epitaphia.

Flodoardi Presbyteri Remenſis.

Theodorici I. Epiſcopi Metenſis.

Adalberonis II. Epiſcopi Metenſis.

Gauzlini Archiepiſcopi Bituricenſis & Abbatis Floriacenſis.

Vitalis Abbatis Savigniacenſis.

Cononis Epiſcopi incertæ ætatis.

Carmen in laudem S. Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis.

Epicedion in obitum ejus.

Breviter quartus hic miſcellaneorum tomus recenſetur in actis Eruditorum 1684. Menſ. Aprili, ubi imprimis ex articulis qui Ludovico XI. a Nominalibus oblati ſunt, perſecutiones Nominalium recenſentur, quarum ſecunda fundationi Academiæ Lipſienſis occaſionem dedit, quæ in his articulis ſolenniſſimæ Univerſitatis titulo condecoratur.

Qua-

Digitized by Google

Quatuor hos miſcellaneorum tomos A.C. 1700. quintus excepit, quo exhibentur:

Opuſcula *S. Benedicti* Abbatis Anianenſis.

Gerohi Præpoſiti Reicherſpergenſis liber de corrupto Eccleſiæ ſtatu.

Geſta de reſtitutione epiſcopatus Atrebatenſis.

Epiſtolæ *Lamberti* Epiſcopi Atrebatenſis 144.

Privilegia conceſſa ab eodem *Lamberto.*

Varia de rebus Atrebatenſibus.

Diſpoſitio rei familiaris facta a *Petro* Venerabili Abbate Cluniacenſi.

Gaufredi Clarevallenſis epiſtola ad Eskilum Archiepiſcopum Lundenſem.

Conſtitutiones monaſterii Jottenſis editæ anno MCCXXV. a Romano Cardinale.

Fragmenta epiſtolarum *Gelaſii I.* Papæ.

Epiſtola *Vigilii* Papæ.

Epiſtola *Johannis III.* Papæ ad Petrum Epiſcopum Ravennatem.

Fragmenta epiſtolarum *Pelagii I.* Papæ.

Fragmenta epiſtolarum *Pelagii II.* Papæ.

S. Gregorii Papæ epiſtolæ ad diverſos.

Ejusdem epiſtola ad Petrum Subdiaconum.

Recharedi Regis Gothorum epiſtola ad S. Gregorium.

No-

Notitia de ordinatione Martini Presbyteri & Gaudioſi Diaconi.

Epiſtola *Johannis VII.* Papæ ad Anglos.

Capitula reſponſionum *Nicolai I.* Papæ ad legationem Salomonis Epiſcopi.

Ejusdem epiſtola ad Ludovicum Imperatorem.

Ejusdem epiſtola ad Carolum Calvum Regem Francorum.

Ejusdem fragmentum ex epiſtola ad Bernardum filium Bernardi Comitis.

Ejusdem decretum de pœnitentia matricidæ.

Adriani II. Papæ epiſtola ad B. Epiſcopum, ut videtur, Cathalanenſem.

Fragmenta epiſtolarum *Johannis VIII.* Papæ.

Et Benedicti Anianenſis quidem opuſcula quantum attinet, ſunt illa: teſtimoniorum nubecula de incarnatione Domini, & ſancta & individua Trinitate, & iteratione baptiſmatis devitanda, item diſputatio adverſus Felicianam impietatem, epiſtola ad Guarnarium, & confeſſio fidei, qua ſe peccatorem agnoſcit, inexhauſto tamen fidei fœdere confidit. Gerohi liber de corrupto eccleſiæ ſtatu eſt commentarius myſticus in Pſalmum LXIV. Hebræis LXV. in cujus præfatio-

Digitized by Google

fatione improbat, quod ecclesia Romana cœpisset Curia Romana appellari. De reliquis hujus tomi scriptis nihil addimus.

XIX. Pergimus ad Philippi Labbei Jesuitæ novam bibliothecam manuscriptorum librorum duobus tomis in Folio comprehensam. PRIMI TOMI titulus ita se habet:

Novæ bibliothecæ manuscriptorum librorum tomus primus: Historias, Chronica, Sanctorum Sanctarumque vitas, translationes, miracula, stemmata genealogica, ac similia antiquitatis præsertim Francicæ, monumenta, nunc primum ex MSS. variarum bibliothecarum codicibus eruta copiose ac plena manu repræsentans. Opera ac studio Philippi Labbe, Biturici, Societ. Jesu Presbyteri. D. D. D. Illustrissimo Viro Nicolao Fucquetio, Regio in Parisiensi Senatu Procuratori & summo Gallici ærarii Præfecto. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, Regis & Reginæ Architypographum, & Gabrielem Cramoisy, via Jacobæa, sub Ciconiis A. C. 1657.

Divisus est hic primus tomus in 5. sectiones: Et *prima* quidem sectio continet antiquorum Scriptorum aliquot selecta monumenta, qualia sunt:

I. *Fasti Consulares Idatiani*, quos Sirmondus mutilos vulgaverat, nunc integri editi.

II.

Digitized by Google

II. *Tironis Prosperi* chronicon integrum, ab Adamo ad Romam captam a Genserico Vandalorum Rege A. C. 455. seu urbis conditæ 1208. Monet enim Labbeus falli viros quosdam eruditos, qui arbitrati sunt Prosperum tantum Hieronymiano Chronico appendicem attexuisse. Exhibet ergo duas hujus Chronici partes, quarum prima a rerum ortu ad mortem usque Valentis procedit, & nunc primum ex codicibus manu exaratis prodit, posterior ab A. C. 379. usque ad A. C. 455. progreditur, & a Labbeo in pluribus auctior atque emendatior exhibetur. Priori parti chronici subjicitur auctarium de variis hæresibus, nec non diversæ lectiones ex aliis codicibus MSCtis collectæ. Posteriori parti subjicitur vel ejusdem vel alterius Prosperi chronicon ex editione Pithœi multis in locis per MSCtorum codicum collationem emendatum.

III. *Isidori Hispalensis* historiæ Regum Gothorum, Vandalorum & Suevorum longe auctiores & emendatiores hactenus editis, quæ etiam, dum Labbei opus adhuc sub prelo sudaret, apud Belgas in Hugonis Grotii collectione rerum Gothicarum ex Sirmondi apographo in lucem emissæ sunt.

IV. *Hugonis* primum Monachi abbatiæ S. Vitoni

Digitized by Goog

Vitoni Virdunenſis, ac poſtea Abbatis S. Petri Flaviniacenſis chronicon, quod Labbeus hiſtoriæ eccleſiaſticæ undecimi præſertim ſeculi incomparabilem theſaurum appellat. Dividitur in duas partes, quarum prima ab anno primo æræ chriſtianæ ad A. C. 1002. ſecunda ab A. C. 1002. usque ad A. C. 1102. pertingit. Non diſſimulat autem Labbeus, ſe in prima hujus chronici parte multas inutiles lacinias omiſiſſe, quas nullum induſtrium hiſtoriæ eccleſiaſticæ indagatorem merito unquam jure deſideraturum ſcribit. Subjiciuntur autem huic chronico analecta quædam monumentorum Cœnobii Flaviniacenſis deſcripta ex ſchedis Jacobi Sirmondi.

Secunda ſectio tomi primi exhibet Anonymorum chronica brevia duodetriginta nunquam antea typis commiſſa cum aliquot aliis auctioribus & emendatioribus. Sunt autem illa chronica:

I. Chronicon duplex Monaſterii S. Albini Andegavenſis; primum ab A. 929. ad 1200. alterum ab A. 768. ad A. 1106.

II. Aliud chronicon Andegavenſe, quod a quibusdam Vindocinenſe dicitur, ab A. C. 678. ad 1251.

III. Chronicon Aquitanicum, quod a

Digitized by Google

nonnullis dicitur fragmentum chronici Lemovicenſis, ab A. 834. ad A. C. 1025.

IV. Chronicon breve Autiſiodorenſe cum appendice.

V. Excerpta aliquot ex chronico MSCto Abbatiæ Benigni Divionenſis.

VI. Chronicon Cœnobii S. Petri Catalaunenſis, ab A. C. 1009. ad A. 1223.

VII. Chronologi Anonymi, qui ſub Alexandro Severo floruiſſe perhibetur, chronicon de diviſionibus & generationibus gentium, cujus partem etiam Caniſius in antiquis ſuis lectionibus vulgavit.

VIII. *Claudii Taurinenſis* brevis chronica juxta hebraicam ſacrorum codicum veritatem, nunquam antea in lucem edita.

IX. Chronicon Dolenſis cœnobii ſive Abbatiæ B. Mariæ Burgi Dolenſis ad Angerem fluvium: ab A. C. 918. ad A. 1345. cum appendice recentiori ab A. 1459. ad A. C. 1550. item excerpta ex codice de miraculis B. Mariæ Dolenſis.

X. Catalogus Præſulum Eboracenſium.

XI. Chronicon Engoliſmenſe, ab A. C. 814. ad A. C. 991.

XII. Chronicon l anenſis Monaſterii, ab anno primo Chriſti A. 1220. cum appendice Brennacenſi, & Catalogo Abbatum Fiſcanenſium.

XIII.

Digitized by Google

XIII. Chronica Regum Francorum breviter digesta & sub Rege Carolo Calvo scripta.

XIV. Breve chronicon Lemovicense siue Aquitanicum ab A. C. 538. ad A. 1037.

XV. Chronicon Leodiense ab A. C. 400. ad A. C. 1132.

XVI. Excerpta ex chronico *Victoris Massiliensis* ab A. C. 539. ad A. C. 1481.

XVII. Chronicon breve Vincentii Metensis ab A. C. 511. ad A. C. 1279.

XVIII. Duplex chronicon Cœnobii S. Michaelis de Monte sive Tumba dicti in Periculo Maris; prius ab A. C. 494. ad A. C. 1154. posterius ab A. C. 421. ad A. C. 1056. Additur series chronologica Abbatum celeberrimi Monasterii de Monte S. Michaelis in Periculo Maris.

XIX. Brevis historia Comitum Provinciæ ex familia Comitum Barcinonensium, a morte Gilberti usque ad Carolum Andegavorum Comitem & utriusque Siciliæ Regem.

XX. Iter Romanum Petri de Columbario Cardinalis.

XXI. Chronicon breve Remense a C. N. usque ad A. C. 1120. & aliud Remense ab A. C. 830. usque ad A. C. 999. cum auctario Flodoardi.

Digitized by Google

XXII. Chronicon Rotomagenſe a N. C. usque ad A. C. 1344.

XXIII. Appendix ad chronicon Sigeberti ab A. C. 1113. usque ad A. C. 1162.

XXIV. De Ordine Vallis ſcholarium in dioecesi Lingonenſi, qui ſub regula S. Auguſtini habitum ſumſit.

XXV. Chronicon Vezeliacenſe ab A. C. 660. usque ad A. C. 1316.

XXVI. Hiſtoria brevis Nivernenſium Comitum autore, ut quidam putant, *Hugone Pictavino*, quam Labbeus in miſcellaneis ſuis Curioſis Tom. II. p. 558. jam ediderat, & hoc loco denuo collatam cum variis apographis edere voluit.

XXVII. Chronicon Abbatiæ S. Vitoni Virdunenſis ab A. C. 852. ad A. C. 1598.

XXVIII. Brevis annorum ſumma ab O. C. usque ad annum Caroli M. 22.

Subjiciuntur appendices chronicorum Autiſſiodorenſis & Leodienſis.

Tertia primi tomi ſectione continentur Autiſſiodorenſium antiquitatum illuſtria quædam monumenta, nempe:

I. Geſta Autiſſiodorenſium Epiſcoporum ab Anonymis Scriptoribus diverſis conſignata.

II. Paſſio S. Peregrini Autiſſiodorenſium primi Epiſcopi & Martyris.

III.

III. Vita S. Annarii ſive Aunacharii Autiſſiodorenſis Epiſcopi & Confeſſoris.

IV. De Eccleſia S. Germani Autiſſiodorenſis Epiſcopi ejusque dedicationibus.

V. De vita & miraculis S. Germani libri duo hactenus a pluribus deſiderati, autore *Herico* ſive *Errico*, qui etiam Germani vitam heroico carmine in 6. libros diſtributo deſcripſit, jam olim a Simone Colinæo Pariſiis excuſam.

VI. De geſtis Abbatum monaſterii Germani Autiſſiodorenſis ab A. C. 989. usque ad A. C. 1277. autore Frat. *Guidone* ejusdem monaſterii Abbate.

VII. Hiſtoria Selebienſis Monaſterii, quod in honorem S. Germani A. C. 1069. ædificatum eſt.

Quarta ſectione exhibentur miſcellanea opuſcula ad variam hiſtoriam ſpectantia, ſcilicet:

I. *Bernhardi Guidonis* tractatus de Sanctis, quorum corpora Lemovicenſem diœceſin ornant: Item de Sanctis extra Lemovicenſem diœceſin ſepultis, ſeu nomina Sanctorum, qui de Lemovicenſi ſede orti ſunt: Item nomina Virorum, qui humiliter jacent, licet clari ſint multis miraculis in diœceſi Lemovicenſi.

Digitized by Google

II. De inſtitutionibus Ordinis Carthuſienſis, ſeu primis Carthuſiæ Prioribus.

III. Origines Ciſtercienſis Ordinis incertis Autoribus ſcriptæ.

IV. Proceſſus Canonizationis S. Roberti Abbatis Moliſmenſis ac primi Ciſtercienſis Ordinis Fundatoris.

V. De miraculis B. Virginis Mariæ autore *Gautterio* Monacho Cluniacenſi.

VI. Charta privilegii Odonis Majoris de Chalo propre Stampas conceſſi a *Philippo I.* Rege Francorum.

VII. De S. Baboleno Foſſatenſi Abbate ejusque corporis variis translationibus.

VIII. Elogia aliquot Lingonenſium Epiſcoporum, unius Bajocenſis Antiſtitis, & Jarentonis Abbatis S. Benigni.

IX. Elogia Philippi Pulchri Francorum Regis ejusque filiorum.

X. Genealogia brevis Dominorum Belliſmenſium.

XI. Origo Comitum Vindocinenſium.

XII. Tractatus brevis de proceſſione reliquiarum S. Genovefæ Patronæ Pariſienſis facta A. 1207.

XIII. De miraculo hoſtiæ a Judæo Pariſiis A. C. 1290. multis ignominiis affectæ.

XIV. Epiſtola *Eucherii* Epiſcopi ad Fauſtum

ſtum ſeu Fauſtinum Presbyterum Inſulanum de ſitu urbis Hieroſolymitanæ atque ipſius Judææ.

XV. Prologus librorum trium *Adamanni* de locis ſanctis.

XVI. De oblatione & recitatione verſuum Aratoris R. E. Subdiaconi.

XVII. *Fabii Placiadis Fulgentii* præfatio in expoſitiones ſermonum cum teſtimoniis.

XVIII. *Servii* Centimetro præfixa epiſtola.

XIX. *Januarii* epiſtola ſeu proœmium epitomes Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium.

Quinta denique primi tomi ſectione continentur vitæ, translationes, miracula Sanctorum Sanctarumque hactenus inedita, nempe:

I. Vita Adalberonis II. Epiſcopi Metenſis.

II. *Hildiwardi* Epiſcopi Halberſtadienſis epiſtola ad Adalberonem.

III. Vita S. Adelphi Confeſſoris Abbatis Montis Romarici.

IV. Paſſio & miracula B. Antonini Martyris.

V. Vita S. Apollinaris Valentiæ ad Rhodanum Epiſcopi & Confeſſoris.

Digitized by Google

VI. Vita S. Aviti Viennenſis Archiepiſcopi.

VII. Vita S. Arigii Epiſcopi Vapincenſis & Confeſſoris.

VIII. Vita & miracula S. Deſiderii Cadurcenſis Epiſcopi & Confeſſoris.

IX. Vita S. Germani de Rota Epiſcopi & Martyris.

X. Vita S. Glodeſindis Virginis autore *Johanne* Monaſterii Gorzienſis Abbate.

XI. Vita Johannis Gorziæ Abbatis, & aliorum plurimorum, qui cum eo in eodem Monaſterio & vicinis locis vixerunt.

XII. *Leodegarii* Heduorum Epiſcopi epiſtola conſolatoria ad Sigradam genitricem ſuam.

XIII. Vita S. Manuæi Bajocenſis, ut volunt, Epiſcopi.

XIV. Vita S. Pipionis Levitæ & Confeſſoris.

XV. Vita S. Romarici Abbatis.

XVI. Vita Wandregiſili Fontanellenſis Abbatis Confeſſoris.

XVII. Series Abbatum Flaviniacenſium.

XVIII. *Arnaldi de Verdala* Magalonenſis Antiſtitis ſeries chronologica Epiſcoporum Magalonenſium.

XIX. *Stephani* Papæ privilegium pro Archie-

chiepiſcopatu de Terraconâ, nec non ejusdem privilegium Arnulfo Narbonenſi Antiſtiti datum.

XX. Exemplar teſtamenti Remigii Remenſis Archiepiſcopi emendatius quam in nova diſquiſitione de ampulla Remenſi prodiit.

SECUNDUS hujus bibliothecæ Labbeanæ tomus, qui eodem anno 1657. Pariſiis prodiit, hoc gaudet titulo:

Novæ bibliothecæ manuſcriptorum librorum tomus ſecundus: Rerum Aquitanicarum præſertim Bituricenſium uberrima collectio. Hiſtorias, Chronica, vitas Sanctorum, ac ſimilia antiquitatis monumenta nunc primum ex MSS. Codicibus eruta, copioſe repræſentans. Opera & ſtudio Philippi Labbe, Biturici, Soc. Jeſu Presbyteri.

Hic ſecundus tomus iterum diviſus eſt in quinque ſectiones: Atque *prima* quidem ſectione continentur hiſtoriæ aliquot & Chronica paulo majoris momenti, nempe:

I. Hiſtoria Archiepiſcoporum Bituricenſium, a S. Urſino ad Jacobum Regium XCV. Archiepiſcopum.

II. *Ademari* Cabannenſis Chronicon, a principio Monarchiæ Franciæ ab A. C. 829. usque ad 1029.

Digitized by Google

III. Conventio inter Willelmum Ducem Aquitaniæ & Hugonem Chiliarchum de Liziniaco, incerto Autore.

IV. Chronicon Abbatiæ S. Maxentii in Pictavenſi diœceſi, vulgo chronicon Malleacenſe dictum, ab O. C. ad A. C. 1141. cum Julii Flori prologo de hiſtoriis ſive de ætatibus ſeculi.

V. *Petri* Malleacenſis Monachi ad Goderannum Abbatem Malleacenſem libri 2. de antiquitate & commutatione in melius Malleacenſis inſulæ, & translatione corporis S. Rigomeri.

VI. Narratio de Monaſterii Malleacenſis devaſtatione facta a Gaufrido de Leziniano, ab Anonymo ejusdem loci Monacho circa annum 1230. ſcripta; cum diplomate Gregorii IX. Papæ de compoſitione litis illius inter Malleacenſem Abbatem & Gaufredum Leziniacenſem.

VII. Hiſtoria Pontificum & Comitum Engoliſmenſium.

VIII. Nomina ac geſta Lemovicenſium Epiſcoporum a Protopræſule Martiale usque ad annum 1273. autore F. *Bernardo Guidonis* Epiſcopo Lodouenſi,

IX. Commemoratio Abbatum Lemovicenſium Baſilicæ S. Martialis Apoſtoli, autore

re *Ademaro* Cabannenſi Monacho S. Eparchii Engoliſmenſis, cui Monachus alter *Helias de Roſſiaco* continuationem adtexuit.

X. De ordinibus Grandimontenſi atque Artigiæ, & monaſterio S. Auguſtini Lemovicenſis, autore *Bernardo Guidonis* Lemovicenſi.

XI. Chronica *Gaufredi* Cœnobitæ monaſterii D. Martialis Lemovicenſis ac deinde Prioris Voſienſis, a tempore Roberti Pii Regis Francorum usque ad A. C. 1184.

Secunda ſectio tomi ſecundi exhibet vitas, elogia, translationes, miracula plurimorum Sanctorum Sanctarumque ad Bituricenſem dioeceſin ſpectantium. Sunt autem:

I. S. Amandi Trajectenſis Epiſcopi vitæ ſummarium ſive elogium.

II. S. Ambroſii Caturcenſis Epiſcopi in pago Bituricenſi ad Ernonem fluvium defuncti vita. Ejusdem vita prolixiori ac ſimpliciori ſtylo.

III. Aventini breve elogium.

IV. S. Auſtregiſili Bituricenſis Archiepiſcopi res geſtæ ac miracula.

V. De S. Bertoara ſeu Bertrada.

VI. Elogium hiſtoricum S. Deodati Abbatis.

VII. S. Deſiderati XXII. Bituricenſis Archiep. elogium hiſtoricum. VIII.

VIII. Vita S. Desiderii Abbatis & Confessoris.

IX. S. Dulcardi Monachi & Eremitæ elogium historicum.

X. S. Eusitii sive Eusicii Cellensis ad Carum fluvium Abbatis I. elogium ex variis collectum, ac deinde vita integra; cum ejusdem Eusicii miraculis.

XI. S. Eustadiolæ sive Stadiolæ Abbatissæ vita.

XII. Vita & miracula S. Guillelmi Archiepiscopi Bituricensis, autore quodam Canonico Bituricensi Anonymo: Ejusdem Guillelmi vitæ ac rerum gestarum summa capita, nec non diplomata Sum. Pont. Innocentii III. & Honorii III. circa Canonizationem ejusdem.

XIII. Translatio & miracula S. Gundulphi Præsulis, ut volunt, Mediolanensis.

XIV. S. Jacobi Eremitæ elogium historicum, cui præcedit S. Honorii Martyris elogium.

XV. Elogium breve B. Johannæ Reginæ Francorum Biturigum Ducis, cum duobus diplomatibus Leonis Papæ X. an. 1515. & 1517. concessis in confirmationem Ordinis decem Beneplacitorum S. Virginis s. annunciatarum Virginum, ab ea fundati.

XVI.

Digitized by Google

XVI. B. Josberti Monachi in Ecclesia S. Mariæ, quæ est Dolo Monasterio, elogium historicum.

XVII. S. Justi Confessoris elogium historicum.

XVIII. Passio S. Lauriani Hispalensis Archiepiscopi prope Vastinum diœceseos Bituricensis oppidum interfecti, autore anonymo, qui circa annum 860. vixisse videtur.

XIX. Passio S. Leopardini Monachi fratris S. Portiani Abbatis; Et altera ejusdem vita priore contractior.

XX. Beatorum Leocadii Senatoris, ejusque filii Lusoris elogia historica.

XXI. Passio prolixior S. Marcelli Martyris ejusque socii S. Anastasii, prope castrum Argantomagense; Eadem acta ex prolixioribus contracta, cum duobus hymnis & fragmento ex vita S. Genulfi.

XXII. Vita S. Mariani Eremitæ, cum elogio historico B. Maurini Monachi.

XXIII. Vita S. Menulphi Episcopi.

XXIV. Vita S. Phaletri Confessoris.

XXV. Elogium historicum S. Principini Martyris.

XXVI. S. Sigiranni Abbatis elogium & vita prolixior.

XXVII. SS. Silvani (seu Silvini) Silvestri ac Ro-

Digitized by Google

ac Rodenæ, qui d. 22. Septemb. in Leprosiensi Biturigum oppido coluntur, elogium historicum. Adjunctum est miraculum a B. Martino Turorensi Archiepiscopo editum in illo vico, cui ex eventu Leprosi nomen impositum est.

XXVIII. S. Solongiæ Virginis & Martyris elogium historicum, hymnus, & lectiones novem d. 10. Maji in vico Bituricensi recitari solitæ.

XXIX. Miracula S. Sulpitii Pii Archiepiscopi Bituricensis.

XXX. Elogium historicum S. Sulpitii cognomento Severi Archiepiscopi Bituricensis.

XXXI. Vita S. Ursini sive Ursicini, primi Biturigum Antistitis, autore recentiore, qui multa parum probabilia collegit. Sequuntur novem lectiones, antiphonæ ad Psalmos, prosa, hymni tres & nonnulla alia.

Tertia tomi secundi sectione continentur selectæ vitæ, elogia, translationes, & miracula aliquot, Sanctorum Sanctarumque ad Aquitaniam spectantium, nempe:

I. Vita S. Almiri Monachi & Confessoris, incerto sed antiquo Scriptore.

II. Vita S. Alpiniani Confessoris discipuli S. Martialis Aquitanorum Apostoli.

III. Vita S. Amantii Rutenensis Episcopi & Con-

& Confeſſoris, autore, ut volunt, *Venantio Fortunato* Pictavorum Epiſcopo.

IV. Vita imperfecta ac magna ſui parte truncata S. Amandi Confeſſoris diſcipuli S. Sori.

V. Geſta & paſſio S. Auſtremonii, primi Arvernorum Epiſcopi ſoluta ſtrictaque Oratione deſcripta. Acceſſit additamentum quod S. Auſtremonii oſſa Mauſiacum a Pippino Rege translata ibidem ſerventur.

VI. Vita S. Baomiri ſive Baumiri, Monachi & Confeſſoris.

VII. S. Balſemii Martyris vita ſeu paſſio integra, cujus fragmenta quædam exhibuit Nicolaus Camuzatius in promptuario Antiquitatum Tricaſſinarum.

VIII. Brevis chronica de vita & moribus, ſcriptis & operibus F. Bernardi Guidonis ex ordine Prædicatorum Epiſcopi Luteuenſis in Narbonenſi prima, Autore anonymo coætaneo. Ejusdem *Bernardi Guidonis* præfatio Speculi Sanctoralis, cum tribus epiſtolis, prima ejusdem Bernardi ad Johannem Papam XXII. data Avenione A. C. 1324. altera *Johannis XXII.* Papæ ad Bernardum Lodovenſem Epiſcopum A. C. 1329. tertia P. Arvernorum Epiſcopi ad Archiepiſcopum & Capitulum Cantuarienſis in Anglia Eccleſiæ.

IX.

IX. Vita & miracula S. Conſtantiani Abbatis & Confeſſoris.

X. In vitam S. Eligii Noviomenſis Epiſcopi prologus S. Audoeni Rotomagenſis Archiepiſcopi, a Laur. Surio aliisque omiſſus.

XI. Vita & miracula S. Eparchii Confeſſoris Engoliſmenſium patroni.

XII. Narratio de miraculis in translatione reliquiarum S. Fauſtæ Virginis & Martyris, & aliorum SS. patratis; cujus partem aliquam Andreas Ducheſnius Tomo II. Hiſtoricorum coætaneorum Franciæ, integram vero illam narrationem Bollandus & Henſchenius in appendice ad Januarium menſem ediderunt.

XIII. Vita S. Ferreoli Lemovicenſis Epiſcopi & Confeſſoris.

XIV. Acta S. Fidei ſeu Fidis Virginis & Martyris Agennenſis. Sequitur liber de miraculis ejusdem S. Fidis.

XV. Vita S. Fidoli Confeſſoris, in qua Autoris inſcitia confunduntur tempora, quod non inutile erit iis, qui prolato ab Andr. Ducheſnio hujus vitæ fragmento in graviſſimum errorem prolapſi ſunt. Additum eſt miraculum, quod deerat in promptuario Tricaſſino Nicolai Camuzati, qui primus Anonymi ſermonem de vita & miraculis S. Fidolis Abbatis vulgavit. XVI.

Digitized by Google

XVI. Excerpta quædam de S. Floregio Epiſcopo.

XVII. Elogium S. Frambaldi Abbatis. Accedit diploma ſeu teſtimonium authenticum de relevatione Reliquiarum Eccleſiæ S. Frambaldi Silvanectenſis, juſſu Ludovici VII. Regis Francorum A. C. 1177. peracta.

XVIII. B. Gaucherii Confeſſoris, Fundatoris ac primi Prioris Aurelienſis in Lemovicino cœnobii S. Johanni Evangeliſtæ dicati.

XIX. Tranſitus S. Geni ſive Hyginii, aut Eugenii Confeſſoris Chriſti, cujus corpus requieſcit in Lactora civitate.

XX. Vita B. Iſraelis Canonici Doratenſis in Comitatu Marchiæ.

XXI. Paſſio S. Juliani Martyris & Patroni Brivatenſis in Arvernia.

XXII. Vita S. Juniani Sacerdotis & Confeſſoris, cum prologo Boëtii Vulfini Epiſcopi e Getica Sarmatum gente originem trahentis.

XXIII. Vita S. Juſtini Confeſſoris.

XXIV. Vita S. Leobini Carnotenſis Epiſcopi & Confeſſoris, Autore anonymo ſed antiquo.

XXV. Vita S. Licerii Conſerannicæ civitatis, quæ Pyrenæis Alpibus Galliam ab Iberia

Digitized by Google

ria terminantibus affinis est, Episcopi & Confessoris.

XXVI. Vita B. Menelei Abbatis Menatensis in Arvernia.

XXVII. Vita S. Montanæ Virginis.

XXVIII. Actus S. Orentii Episcopi & Confessoris, & nonnulli versus de sanctis Archiepiscopis Auxitanensibus Taurino Martyre & Austindo Confessore.

XXIX. Vita S. Pardulfi Confessoris, & Garactensium in Marchiano Comitatu Patroni.

XXX. Acta, translationes, & miracula S. Prudentii Martyris libris 4. comprehensa quibusdam Carminibus identidem interjectis, Autore *Theobaudo* Bezuensi Monacho.

XXXI. Liber tripertitus de vita, conversatione ac miraculis B. Roberti Abbatis primique fundatoris Casæ-Dei in montibus Arvernicis, autore *Bernardo* Monacho. Sequitur prologus in vitam B. Roberti Casæ-Dei Abbatis incerto Autore, ejusdemque vitæ collatio cum ea, quam Laur. Surius ad diem XXIV. Aprilis edidit pro more mutilatam, & in aliam plerumque formam brevitatis aut concinnitatis prætextu conversam. Item de ejusdem Roberti virtutibus & miraculis narratio ad Stephanum Abbatem, Autore

Digitized by Google

tore incerto, qui se M. Peccatorem nominat. Denique accesserunt ejusdem Roberti breve elogium, & catalogus Abbatum Casæ-Dei anonymo Autore Monacho ejusdem Cœnobii.

XXXII. Vita S. Sacerdotis Episcopi Lemovicensis, edita Tutellæ Lemouicum ad calcem eruditæ Disquisitionis Stephani Baluzii Tutelensis de seculo, quo vixit idem S. Episcopus.

XXXIII. Passio Sanctorum Savini & Cypriani Martyrum in agro Pictavensi.

XXXIV. Vita S. Savini Eremitæ & Confessoris, qui sepultus est in Abbatia S. Savini.

XXXV. Vita S. Sori Eremitæ & Confessoris in pago Petracoricensi.

XXXVI. Vita S. Stephani Thiernensis de Mureto dicti, primi Patris Ordinis Grandimontensis in tractu Lemovicensi. Subjiciuntur nonnulla de translatione, Canonizatione a Clemente III. Papa facta, & relevatione corporis ejusdem Stephani Confessoris.

XXXVII. Vita S. Theobaldi Confessoris & Canonici Doratensis in Marchiano Comitatu.

XXXVIII. Elogium S. Theofredi Martyris. Alia passio adnectitur uberior quidem,

Digitized by Google

ſed a recentiore quodam Declamatore conſcripta mendisque infecta. Subjiciuntur quoque nonnulla ex chronicis ejusdem Cœnobii, licet quamplurimis parachroniſmis fœdata.

XXXIX. S. Verani Cavallicenſis in Provincia Epiſcopi & Confeſſoris vita.

XL. Vita S. Victurniani Confeſſoris. Denique occurrunt prologus in vitam S. Urſi Confeſſoris, ejusque vitæ a Gregorio Turonenſi ſcriptæ principium.

Sectione *quarta* tomi hujus ſecundi exhibentur miſcellanea opuſcula ad hiſtoriam Aquitaniæ ſacram prophanamque ſpectantia, ſcilicet:

I. Hagiologion Franco-Galliæ ac præſertim Aquitaniæ & Bituricenſis diœceſeos, quod A. C. 1643. ab ipſo Labbeo ad calcem Martyrologii Romani in lucem editum & variis acceſſionibus locupletatum eſt.

II. De ſanctis Eccleſiis & Monaſteriis Claromontanis libelli duo Autoris anonymi, qui vixit circa A. 950. cum notis & obſervationibus Joannis Savaronis Præſidis Arverniæ, qui primus edidit.

II. *Henrici Ludovici Caſtanæi* Pictavorum Epiſcopi Notæ ad Litanias Pictonicas, quas ipſe concinnavit, diſpoſuit, vulgavitque.

IV.

IV. De Aquitania breve opuſculum innominati Autoris.

V. Breve chronicon S. *Martini Maſciacenſis* in Biturigibus ad Cyclorum Paſchalium margines inſperſum.

VI. Annales Francorum ab A. C. 726. usque ad A. 796.

VII. Virzionenſe chronicon breviſſimum ab A. C. 843. ad A. 1221.

VIII. Fragmentum de Petracoricenſibus Epiſcopis, ſive epitome geſtorum quorundam Eccleſiæ Petragoricenſis Præſulum ab A. C. 976. usque ad A. C. 1182.

IX. Series genealogica Dominorum Dolenſium, & Caſtri-Radulfi cum nominibus Abbatum monaſterii B. Mariæ Burgi-Dolenſis.

X. Brevis narratio de Archidiacono Claromontenſi, qui factus eſt Monachus S. Martini in Majori-Monaſterio prope Turonas.

XI. Charta reſtaurationis, conſuetudines, & jura Monaſterii Regulæ Ordinis Bened. ad Garumnam in diœceſi Vaſatenſi.

XII. Charta & memoria, quod Bernardus Comes Bigorræ, conſentiente Clementia Uxore, dedit ſeipſum S. Mariæ de Podio & conceſſit ferre terram Bigorræ uno quoque anno LX. ſolidos.

XIII. Diploma fundationis Eccleſiæ S. Petri Monaſterienſis in urbe Anicienſi, ſeu Podienſi.

XIV. Bulla Clementis Papæ III. data in confirmationem jurium & privilegiorum Abbatiæ S. Gilberti de Novemfontibus Ordinis Præmonſtratenſis.

XV. Fundatio Capituli S. Martini Artonenſis in Arvernia.

XVI. Excerpta quædam de Karrofenſis Cœnobii privilegiis.

XVII. Ordinationes factæ per Abbates S. Jovini Nantolii, S. Auguſtini, S. Maxentii Præſidentes in Capitulo Provinciali Lemovicenſis celebrato ab Abbatibus & Prioribus Clauſtralibus Provinciarum Bituricenſium & Burdegalenſium A. 1368.

XVIII. Excerpta quædam ex Calendariis Eccleſiæ Lemovicenſis, & Monaſterii S. Andreæ Claromontenſis Ordinis Præmonſtratenſis.

Quinta denique ſecundi tomi ſectione Aquitanica aliquot concilia & conſtitutiones ſynodales continentur, nempe:

I. Karrofenſe Concilium celebratum Kalendis Junii Anno circiter 988.

II. Pictavenſe Concilium Idibus Januarii celebratum Præſide Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo. III.

Digitized by Google

III. Romani Concilii ſub Gregorio V. Papa & Othone III. Imperatore A. C. 998. celebrati canones IV. ad res Aquitanicas ſpectantes.

IV. & V. Concilia duo Bituricenſe & Lemovicenſe; illud celebratum Kalend. Novembris A. 1031. hoc vero XIV. Kalend. Decembris ejusdem anni, eodem utrique præſidente *Aymone* Archiepiſcopo Bituricenſi. Subiicitur corroboratio multorum Epiſcoporum de S. Martiali Apoſtolo in Bituricenſi concilio.

VI. Conſtitutiones Synodales *Antonii Bohierii* Archiepiſcopi Patriarchæ Bituricenſis Aquitaniæ Primatis, editæ Pariſiis A. D. 1515.

Patet ex utriusque tomi Syllabo Labbeum hac bibliotheca colligere imprimis voluiſſe varia Chronica, vitas Sanctorum, illuſtrium virorum elogia, Pontificum, Epiſcoporum, & Abbatum geſta & catalogos, nec non Necrologiorum excerpta, aliaque hujusmodi vetera monumenta nondum hactenus edita, ſed velut in tenebris ſepulta, ac cum blattis & pulvere luctata, quibus tamen nonnulla jampridem vulgata immiſcentur, eaque vel breviſſima, vel admodum rara, vel magnis & ſumtuoſis operibus immerſa, ideoque pau-

Digitized by Google

III. Conventio inter Willelmum Ducem Aquitaniæ & Hugonem Chiliarchum de Liziniaco, incerto Autore.

IV. Chronicon Abbatiæ S. Maxentii in Pictavenſi diœceſi, vulgo chronicon Malleacenſe dictum, ab O. C. ad A. C. 1141. cum Julii Flori prologo de hiſtoriis ſive de ætatibus ſeculi.

V. *Petri* Malleacenſis Monachi ad Goderannum Abbatem Malleacenſem libri 2. de antiquitate & commutatione in melius Malleacenſis inſulæ, & translatione corporis S. Rigomeri.

VI. Narratio de Monaſterii Malleacenſis devaſtatione facta a Gaufrido de Leziniano, ab Anonymo ejusdem loci Monacho circa annum 1230. ſcripta; cum diplomate Gregorii IX. Papæ de compoſitione litis illius inter Malleacenſem Abbatem & Gaufredum Leziniacenſem.

VII. Hiſtoria Pontificum & Comitum Engoliſmenſium.

VIII. Nomina ac geſta Lemovicenſium Epiſcoporum a Protopræſule Martiale usque ad annum 1273. autore F. *Bernardo Guidonis* Epiſcopo Lodouenſi.

IX. Commemoratio Abbatum Lemovicenſium Baſilicæ S. Martialis Apoſtoli, autore

re *Ademaro* Cabannenſi Monacho S. Eparchii Engoliſmenſis, cui Monachus alter *Helias de Roffiaco* continuationem adtexuit.

X. De ordinibus Grandimontenſi atque Artigiæ, & monaſterio S. Auguſtini Lemovicenſis, autore *Bernardo Guidonis* Lemovicenſi.

XI. Chronica *Gaufredi* Cœnobitæ monaſterii D. Martialis Lemovicenſis ac deinde Prioris Voſienſis, a tempore Roberti Pii Regis Francorum usque ad A. C. 1184.

Secunda ſectio tomi ſecundi exhibet vitas, elogia, translationes, miracula plurimorum Sanctorum Sanctarumque ad Bituricenſem diœceſin ſpectantium. Sunt autem:

I. S. Amandi Trajectenſis Epiſcopi vitæ ſummarium ſive elogium.

II. S. Ambroſii Caturcenſis Epiſcopi in pago Bituricenſi ad Ernonem fluvium defuncti vita. Ejusdem vita prolixiori ac ſimpliciori ſtylo.

III. Aventini breve elogium.

IV. S. Auſtregiſili Bituricenſis Archiepiſcopi res geſtæ ac miracula.

V. De S. Bertoara ſeu Bertrada.

VI. Elogium hiſtoricum S. Deodati Abbatis.

VII. S. Deſiderati XXII. Bituricenſis Archiep. elogium hiſtoricum. VIII.

VIII. Vita S. Desiderii Abbatis & Confessoris.

IX. S. Dulcardi Monachi & Eremitæ elogium historicum.

X. S. Eusitii sive Eusicii Cellensis ad Carum fluvium Abbatis I. elogium ex variis collectum, ac deinde vita integra; cum ejusdem Eusicii miraculis.

XI. S. Eustadiolæ sive Stadiolæ Abbatissæ vita.

XII. Vita & miracula S. Guillelmi Archiepiscopi Bituricensis, autore quodam Canonico Bituricensi Anonymo: Ejusdem Guillelmi vitæ ac rerum gestarum summa capita, nec non diplomata Sum. Pont. Innocentii III. & Honorii III. circa Canonizationem ejusdem.

XIII. Translatio & miracula S. Gundulphi Præsulis, ut volunt, Mediolanensis.

XIV. S. Jacobi Eremitæ elogium historicum, cui præcedit S. Honorii Martyris elogium.

XV. Elogium breve B. Johannæ Reginæ Francorum Biturigum Ducis, cum duobus diplomatibus Leonis Papæ X. an. 1515. & 1517. concessis in confirmationem Ordinis decem Beneplacitorum S. Virginis s. annunciatarum Virginum, ab ea fundati.

XVI.

Digitized by Google

XVI. B. Josberti Monachi in Ecclesia S. Mariæ, quæ est Dolo Monasterio, elogium historicum.

XVII. S. Justi Confessoris elogium historicum.

XVIII. Passio S. Lauriani Hispalensis Archiepiscopi prope Vastinum diœceseos Bituricensis oppidum interfecti, autore anonymo, qui circa annum 860. vixisse videtur.

XIX. Passio S. Leopardini Monachi fratris S. Portiani Abbatis; Et altera ejusdem vita priore contractior.

XX. Beatorum Leocadii Senatoris, ejusque filii Lusoris elogia historica.

XXI. Passio prolixior S. Marcelli Martyris ejusque socii S. Anastasii, prope castrum Argantomagense; Eadem acta ex prolixioribus contracta, cum duobus hymnis & fragmento ex vita S. Genulfi.

XXII. Vita S. Mariani Eremitæ, cum elogio historico B. Maurini Monachi.

XXIII. Vita S. Menulphi Episcopi.

XXIV. Vita S. Phaletri Confessoris.

XXV. Elogium historicum S. Principini Martyris.

XXVI. S. Sigiranni Abbatis elogium & vita prolixior.

XXVII. SS. Silvani (seu Silvini) Silvestri ac Ro-

ac Rodenæ, qui d. 22. Septemb. in Leprosiensi Biturigum oppido coluntur, elogium historicum. Adjunctum est miraculum a B. Martino Turorensi Archiepiscopo editum in illo vico, cui ex eventu Leprosi nomen impositum est.

XXVIII. S. Solongiæ Virginis & Martyris elogium historicum, hymnus, & lectiones novem d. 10. Maji in vico Bituricensi recitari solitæ.

XXIX. Miracula S. Sulpitii Pii Archiepiscopi Bituricensis.

XXX. Elogium historicum S. Sulpitii cognomento Severi Archiepiscopi Bituricensis.

XXXI. Vita S. Ursini sive Ursicini, primi Biturigum Antistitis, autore recentiore, qui multa parum probabilia collegit. Sequuntur novem lectiones, antiphonæ ad Psalmos, prosa, hymni tres & nonnulla alia.

Tertia tomi secundi sectione continentur selectæ vitæ, elogia, translationes, & miracula aliquot, Sanctorum Sanctarumque ad Aquitaniam spectantium, nempe:

I. Vita S. Almiri Monachi & Confessoris, incerto sed antiquo Scriptore.

II. Vita S. Alpiniani Confessoris discipuli S. Martialis Aquitanorum Apostoli.

III. Vita S. Amantii Rutenensis Episcopi & Con-

Digitized by Google

& Confeſſoris, autore, ut volunt, *Venantio Fortunato* Pictavorum Epiſcopo.

IV. Vita imperfecta ac magna ſui parte truncata S. Amandi Confeſſoris diſcipuli S. Sori.

V. Geſta & paſſio S. Auſtremonii, primi Arvernorum Epiſcopi ſoluta ſtrictaque Oratione deſcripta. Acceſſit additamentum quod S. Auſtremonii oſſa Mauſiacum a Pippino Rege translata ibidem ſerventur.

VI. Vita S. Baomiri ſive Baumiri, Monachi & Confeſſoris.

VII. S. Balſemii Martyris vita ſeu paſſio integra, cujus fragmenta quædam exhibuit Nicolaus Camuzatius in promptuario Antiquitatum Tricaſſinarum.

VIII. Brevis chronica de vita & moribus, ſcriptis & operibus F. Bernardi Guidonis ex ordine Prædicatorum Epiſcopi Luteuenſis in Narbonenſi prima, Autore anonymo coætaneo. Ejusdem *Bernardi Guidonis* præfatio Speculi Sanctoralis, cum tribus epiſtolis, prima ejusdem Bernardi ad Johannem Papam XXII. data Avenione A. C. 1324. altera *Johannis XXII.* Papæ ad Bernardum Lodovenſem Epiſcopum A. C. 1329. tertia P. Arvernorum Epiſcopi ad Archiepiſcopum & Capitulum Cantuarienſis in Anglia Eccleſiæ.

IX.

Digitized by Google

IX. Vita & miracula S. Conſtantiani Abbatis & Confeſſoris.

X. In vitam S. Eligii Noviomenſis Epiſcopi prologus S. Audoeni Rotomagenſis Archiepiſcopi, a Laur. Surio aliisque omiſſus.

XI. Vita & miracula S. Eparchii Confeſſoris Engoliſmenſium patroni.

XII. Narratio de miraculis in translatione reliquiarum S. Fauſtæ Virginis & Martyris, & aliorum SS. patratis; cujus partem aliquam Andreas Ducheſnius Tomo II. Hiſtoricorum coætaneorum Franciæ, integram vero illam narrationem Bollandus & Henſchenius in appendice ad Januarium menſem ediderunt.

XIII. Vita S. Ferreoli Lemovicenſis Epiſcopi & Confeſſoris.

XIV. Acta S. Fidei ſeu Fidis Virginis & Martyris Agennenſis. Sequitur liber de miraculis ejusdem S. Fidis.

XV. Vita S. Fidoli Confeſſoris, in qua Autoris inſcitia confunduntur tempora, quod non inutile erit iis, qui prolato ab Andr. Ducheſnio hujus vitæ fragmento in graviſſimum errorem prolapſi ſunt. Additum eſt miraculum, quod deerat in promptuario Tricaſſino Nicolai Camuzati, qui primus Anonymi ſermonem de vita & miraculis S. Fidolis Abbatis vulgavit. XVI.

Digitized by Google

XVI. Excerpta quædam de S. Floregio Epiſcopo.

XVII. Elogium S. Frambaldi Abbatis. Accedit diploma ſeu teſtimonium authenticum de relevatione Reliquiarum Eccleſiæ S. Frambaldi Silvanectenſis, juſſu Ludovici VII. Regis Francorum A. C. 1177. peracta.

XVIII. B. Gaucherii Confeſſoris, Fundatoris ac primi Prioris Aurelienſis in Lemovicino cœnobii S. Johanni Evangeliſtæ dicati.

XIX. Tranſitus S. Geni ſive Hyginii, aut Eugenii Confeſſoris Chriſti, cujus corpus requieſcit in Lactora civitate.

XX. Vita B. Iſraelis Canonici Doratenſis in Comitatu Marchiæ.

XXI. Paſſio S. Juliani Martyris & Patroni Brivatenſis in Arvernia.

XXII. Vita S. Juniani Sacerdotis & Confeſſoris, cum prologo Boëtii Vulfini Epiſcopi e Getica Sarmatum gente originem trahentis.

XXIII. Vita S. Juſtini Confeſſoris.

XXIV. Vita S. Leobini Carnotenſis Epiſcopi & Confeſſoris, Autore anonymo ſed antiquo.

XXV. Vita S. Licerii Conſerannicæ civitatis, quæ Pyrenæis Alpibus Galliam ab Ibe-

Digitized by Google

ria terminantibus affinis est, Episcopi & Confessoris.

XXVI. Vita B. Menelei Abbatis Menatensis in Arvernia.

XXVII. Vita S. Montanæ Virginis.

XXVIII. Actus S. Orentii Episcopi & Confessoris, & nonnulli versus de sanctis Archiepiscopis Auxitanensibus Taurino Martyre & Austindo Confessore.

XXIX. Vita S. Pardulfi Confessoris, & Garactensium in Marchiano Comitatu Patroni.

XXX. Acta, translationes, & miracula S. Prudentii Martyris libris 4. comprehensa quibusdam Carminibus identidem interjectis, Autore *Theobaudo* Bezuensi Monacho.

XXXI. Liber tripertitus de vita, conversatione ac miraculis B. Roberti Abbatis primique fundatoris Casæ-Dei in montibus Arvernicis, autore *Bernardo* Monacho. Sequitur prologus in vitam B. Roberti Casæ-Dei Abbatis incerto Autore, ejusdemque vitæ collatio cum ea, quam Laur. Surius ad diem XXIV. Aprilis edidit pro more mutilatam, & in aliam plerumque formam brevitatis aut concinnitatis prætextu conversam. Item de ejusdem Roberti virtutibus & miraculis narratio ad Stephanum Abbatem, Autore

tore incerto, qui se M. Peccatorem nominat. Denique accesserunt ejusdem Roberti breve elogium, & catalogus Abbatum Casæ-Dei anonymo Autore Monacho ejusdem Cœnobii.

XXXII. Vita S. Sacerdotis Episcopi Lemovicensis, edita Tutellæ Lemouicum ad calcem eruditæ Disquisitionis Stephani Baluzii Tutelensis de seculo, quo vixit idem S. Episcopus.

XXXIII. Passio Sanctorum Savini & Cypriani Martyrum in agro Pictavensi.

XXXIV. Vita S. Savini Eremitæ & Confessoris, qui sepultus est in Abbatia S. Savini.

XXXV. Vita S. Sori Eremitæ & Confessoris in pago Petracoricensi.

XXXVI. Vita S. Stephani Thiernensis de Mureto dicti, primi Patris Ordinis Grandimontensis in tractu Lemovicensi. Subjiciuntur nonnulla de translatione, Canonizatione a Clemente III. Papa facta, & relevatione corporis ejusdem Stephani Confessoris.

XXXVII. Vita S. Theobaldi Confessoris & Canonici Doratensis in Marchiano Comitatu.

XXXVIII. Elogium S. Theofredi Martyris. Alia passio adnectitur uberior quidem,

Digitized by Google

ſed a recentiore quodam Declamatore conſcripta mendisque infecta. Subjiciuntur quoque nonnulla ex chronicis ejusdem Cœnobii, licet quamplurimis parachroniſmis fœdata.

XXXIX. S. Verani Cavallicenſis in Provincia Epiſcopi & Confeſſoris vita.

XL. Vita S. Victurniani Confeſſoris. Denique occurrunt prologus in vitam S. Urſi Confeſſoris, ejusque vitæ a Gregorio Turonenſi ſcriptæ principium.

Sectione *quarta* tomi hujus ſecundi exhibentur miſcellanea opuſcula ad hiſtoriam Aquitaniæ ſacram prophanamque ſpectantia, ſcilicet:

I. Hagiologion Franco-Galliæ ac præſertim Aquitaniæ & Bituricenſis diœceſeos, quod A. C. 1643. ab ipſo Labbeo ad calcem Martyrologii Romani in lucem editum & variis acceſſionibus locupletatum eſt.

II. De ſanctis Eccleſiis & Monaſteriis Claromontanis libelli duo Autoris anonymi, qui vixit circa A. 950. cum notis & obſervationibus Joannis Savaronis Præſidis Arverniæ, qui primus edidit.

II. *Henrici Ludovici Caſtanæi* Pictavorum Epiſcopi Notæ ad Litanias Pictonicas, quas ipſe concinnavit, diſpoſuit, vulgavitque.

IV.

IV. De Aquitania breve opuſculum innominati Autoris.

V. Breve chronicon S. *Martini Maſciacenſis* in Biturigibus ad Cyclorum Paſchalium margines inſperſum.

VI. Annales Francorum ab A. C. 726. usque ad A. 796.

VII. Virzionenſe chronicon breviſſimum ab A. C. 843. ad A. 1221.

VIII. Fragmentum de Petracoricenſibus Epiſcopis, ſive epitome geſtorum quorundam Eccleſiæ Petragoricenſis Præſulum ab A. C. 976. usque ad A. C. 1182.

IX. Series genealogica Dominorum Dolenſium, & Caſtri-Radulfi cum nominibus Abbatum monaſterii B. Mariæ Burgi-Dolenſis.

X. Brevis narratio de Archidiacono Claromontenſi, qui factus eſt Monachus S. Martini in Majori-Monaſterio prope Turonas.

XI. Charta reſtaurationis, conſuetudines, & jura Monaſterii Regulæ Ordinis Bened. ad Garumnam in diœceſi Vaſatenſi.

XII. Charta & memoria, quod Bernardus Comes Bigorræ, conſentiente Clementia Uxore, dedit ſeipſum S. Mariæ de Podio & conceſſit ferre terram Bigorræ uno quoque anno LX. ſolidos.

XIII. Diploma fundationis Ecclesiæ S. Petri Monasterienſis in urbe Anicienſi, ſeu Podienſi.

XIV. Bulla Clementis Papæ III. data in confirmationem jurium & privilegiorum Abbatiæ S. Gilberti de Novemfontibus Ordinis Præmonſtratenſis.

XV. Fundatio Capituli S. Martini Artonenſis in Arvernia.

XVI. Excerpta quædam de Karrofenſis Cœnobii privilegiis.

XVII. Ordinationes factæ per Abbates S. Jovini Nantolii, S. Auguſtini, S. Maxentii Præſidentes in Capitulo Provinciali Lemovicenſis celebrato ab Abbatibus & Prioribus Clauſtralibus Provinciarum Bituricenſium & Burdegalenſium A. 1368.

XVIII. Excerpta quædam ex Calendariis Eccleſiæ Lemovicenſis, & Monaſterii S. Andreæ Claromontenſis Ordinis Præmonſtratenſis.

Quinta denique ſecundi tomi ſectione Aquitanica aliquot concilia & conſtitutiones ſynodales continentur, nempe:

I. Karrofenſe Concilium celebratum Kalendis Junii Anno circiter 988.

II. Pictavenſe Concilium Idibus Januarii celebratum Præſide Siguino Burdegalenſi Archiepiſcopo. III.

Digitized by Goo

III. Romani Concilii ſub Gregorio V. Papa & Othone III. Imperatore A. C. 998. celebrati canones IV. ad res Aquitanicas ſpectantes.

IV. & V. Concilia duo Bituricenſe & Lemovicenſe; illud celebratum Kalend. Novembris A. 1031. hoc vero XIV. Kalend. Decembris ejusdem anni, eodem utrique præſidente *Aymone* Archiepiſcopo Bituricenſi. Subiicitur corroboratio multorum Epiſcoporum de S. Martiali Apoſtolo in Bituricenſi concilio.

VI. Conſtitutiones Synodales *Antonii Bohierii* Archiepiſcopi Patriarchæ Bituricenſis Aquitaniæ Primatis, editæ Pariſiis A. D. 1515.

Patet ex utriusque tomi Syllabo Labbeum hac bibliotheca colligere imprimis voluiſſe varia Chronica, vitas Sanctorum, illuſtrium virorum elogia, Pontificum, Epiſcoporum, & Abbatum geſta & catalogos, nec non Necrologiorum excerpta, aliaque hujusmodi vetera monumenta nondum hactenus edita, ſed velut in tenebris ſepulta, ac cum blattis & pulvere luctata, quibus tamen nonnulla jampridem vulgata immiſcentur, eaque vel breviſſima, vel admodum rara, vel magnis & ſumtuoſis operibus immerſa, ideoque pau-

Digitized by Google

cis visa & cognita, quemadmodum Concilium Lemovicense, quod in vastis Conciliorum Regiæ editionis voluminibus legitur, Labbeus cum MSC. Thuanæ bibliothecæ codice conferendum & ad illustrandas res Aquitanicas aliis quibusdam Conciliis conjungendum censuit. Cæterum Labbeus non dissimulat, se in chronico Virdunensi, Malleacensi, Vezelianensi, Rotomagensi, & aliis inepta quædam, vulgaria & inutilia expunxisse & resecuisse. ● Fatendum tamen satis adhuc nugarum ab eo relictum fuisse. Nam si omnia inepta & inutilia resecare voluisset, unus isque exiguus tomus huic veterum MSCtorum bibliothecæ sufficere potuisset.

XX. Suppeditat mihi præterea bibliotheca mea aliquot Patrum bibliothecas Parisienses, quæ Patristica certi generis scripta continent. Nam ascetica quædam Patrum scripta collegit Petrus Possinus, cui operi hunc præfixit titulum:

Thesaurus asceticus, sive syntagma opusculorum octodecim a Græcis olim Patribus de re ascetica scriptorum. Ea nunc primum prodeunt e vetustissimis MSS. Codicibus eruta, Collectore atque interprete Petro Possino Societatis Jesu. Parisiis, apud Antonium Dezallier, in Vico San-Jacobæo ad Coronam auream, 1684.

Con-

Digitized by Google

Continentur hoc ſyntagmate, quod in 4to prodiit, ſequentia octodecim opuſcula:

I. *S. Johannis Chryſoſtomi* epiſtola ad Monachos.

II. *S. Macarii Magni* de cuſtodia cordis liber.

III. Ejusdem de perfectione in ſpiritu liber.

IV. Ejusdem de oratione liber.

V. Ejusdem de patientia & diſcretione liber.

VI. Ejusdem de elevatione mentis liber.

VII. Ejusdem de caritate liber.

VIII. Ejusdem de libertate mentis liber.

IX. Apophtegmata Patrum.

X. *S. Amphilochii* de non deſperando liber.

XI. B. Abbatis *Zoſimæ* alloquia.

XII. *Iſaac* Syri de cogitationibus libellus.

XIII. *S. Theodori Studitæ* Capitula.

XIV. Abbatis *Iſaiæ* capitula.

XV. *S. Philothei* de mandatis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſermo.

XVI. *S. Theodori* Archiepiſc. Edeſſæ capitula centum.

XVII. *Nicephori* Monachi de cuſtodia cordis liber.

XVIII. Vita S. Bartholomæi Abbatis Cryptoferratenſis.

Digitized by Google

Ex his opuſculis numero decimum tertium deſcripſit ex codice Vaticano, & decimum octavum ex bibliotheca Cryptoferratenſi, cætera omnia deſumpta ſunt ex volumine, quod Franciſcus Turrianus, cum Jeſuitico ordini ſe adjungeret, in domo profeſſa Romana A. C. 1566. depoſuit.

XXI. Huic græco-latinæ bibliothecæ Patrum aſceticæ latinam adjungimus itidem in 4to editam, ſed in VI. volumina diſtributam. Primi tomi titulus talis eſt:

Bibliotheca Patrum Aſcetica, ſive ſelecta veterum Patrum de Chriſtiana & religioſa perfectione opuſcula. Tomus primus. Pariſiis, apud Fredericum Leonard, via Jacobæa ad inſigne Scuti Veneti. 1661.

Continentur autem TOMO PRIMO:

Juſtini Martyris epiſtola ad Zenam & Serenum.

Tertulliani tractatus de oratione,
de patientia,
ad Martyras.

Cypriani epiſtolæ ad Donatum de gratia Dei, ad Martyres & Confeſſores de Mappalico, ad Moyſem & Maximum & cæteros Confeſſores Romanos de eorum confeſſione, ad Thibaritanos exhortatoria ad martyrium, ad Nemeſianum & cæteros Martyres

in

Digitized by Google

in metallo conſtitutos, ad Rogatianum Juniorem & cæteros Confeſſores in carcere conſtitutos, ad Rogatianum & cæteros Confeſſores de obſervanda diſciplina, ad Clerum de deprecando Deo pro peccatis, ad Moyſen & Maximum & cæteros Confeſſores de confeſſione eorum & Lapſis. Accedunt

Moyſis & Maximi & cæterorum ad Cyprianum reſcriptum, nec non

Cleri Romani ad Cyprianum reſcriptum de Lapſis, qui ſibi pacem a Paulo Martyre datam vindicabant.

Ejusdem *Cypriani* tractatus
de oratione Dominica,
de bono patientiæ,
de mortalitate,
de zelo & livore,
de unitate Eccleſiæ catholicæ,
de diſciplina & bono pudicitiæ.

Pachomii Regula.

Oreſieſis doctrina ſeu regulæ de inſtitutis Monaſticis.

SECUNDUS TOMUS bibliothecæ hujus aſceticæ continet aliqua *Ephræmi Syri* opuſcula, quorum indicem hic apponimus:

De virtute adhortationes IV.

De Virtute tractatus.

Parænefes 50. ad Monachos.

In

In illud: *attende tibi ipſi.*

Ad Joannem Monachum epiſtola.

Monita ad fratrem quendam, al. Hypomniſticon.

De Monachis ac Turture.

De perfectione Monachi.

De panoplia ſive armatura ſpirituali.

De agone ſpirituali.

Sermo I. aſceticus ad Fratres.

Sermo II. aſceticus de perfecta vita Monachi.

Sermo III. aſceticus adinſtar Proverbiorum.

Apophtegmata.

Tractatus minores.

I. Beatitudines.
II. de recta vivendi ratione.
III. Conſilium de vita ſpirituali.
IV. Exhortatio I. ad pietatem.
V. Exhortatio II. ad pietatem.
VI. De vera renuntiatione.
VII. De animæ recurſu ad Deum.
VIII. De timore animi.
IX. Reprehenſio ſui ipſius.
X. De non ſcandalizando proximo.
XI. Ad everſionem ſuperbiæ.
XII. In Monachos vitioſos & ambitioſos.
XIII. De linguæ malo.

XIV.

XIV. Non esse ridendum sed lugendum.
XV. De fide seu fiducia in Deum.
TERTIO TOMO continentur:
Ephræmi ejusdem tractatus de virtutibus & vitiis.
De sacerdotio.
Encomium in Psalmos.
De Oratione.
De amore pauperum.
De jejunio.
Cohibendas esse cupiditates carnales.
Antirrheticon de Virginitate & continentia.
De castitate.
De Virginitate.
Contra improbas mulieres.
De compunctione sermones V.
In eos, qui quotidie peccant & quotidie pœnitentiam agunt.
Sermones IV. de pœnitentia.
De pœnitentia, & patientia.
De Patientia.
De patientia & compunctione.
De patientia & consummatione hujus seculi.
In SS. Patres, qui tempore illo defuncti in sancta pace requieverunt.
In eos, qui in Christo obdormierunt, & de vanitate hujus vitæ & de morte. De

Digitized by Google

De recordatione mortis & de virtute ac de divitiis.

Liber de vita, doctrina & perfectione SS. Patrum conſtans capitibus 21. ex latina interpretatione *Pelagii* Rom. Eccl. Diaconi, & *Johannis* ejusdem eccleſiæ Subdiaconi, cum appendice ex variis autoribus collecta, & XII. Anachoretarum de meditationibus ſuis collatione.

S. Ammonis Abbatis monita ſpiritualiá ex latina interpretatione Gerardi Voſſii Tungrenſis Præpoſiti.

TOMO QUARTO exhibentur ſcripta quædam Ambroſii & Hieronymi, nempe

Ambroſii libri 3. de officiis, &

Ejusdem tractatus de bono mortis, nec non

Hieronymi epiſtolæ aliquot aſceticæ, ſcilicet ad Heliodorum, ad Ruſticum, ad Paulinum, ad Caſtrutium, ad Antonium, ad Lætam, ad Euſtochium de virginitatis cuſtodia, ad Demetriadem, ad Principiam, ad Euſtochium de vita Paulæ, item vita Pauli Eremitæ, vita Hilarionis, vita Malchi, & epiſtola ad Rufinum, ad Nepotianum, ad Heliodorum, ad Marcellam de Leæ exitu, ad Marcellam de laudibus Aſellæ, ad Paulinum de legendis S. Scripturæ libris, & ad Magnum Oratorem Romanum.

Ad

Digitized b

Ad calcem hujus tomi accedunt notæ ad Hieronymi epiſtolas aſceticas ex Mariano Victorino, Henrico Gravio & aliis.

QUINTO TOMO exhibentur aſcetica quædam *Auguſtini* opuſcula, nempe

De doctrina chriſtiana libri 4.
De vera religione liber unus.
De moribus eccleſiæ catholicæ liber.
Enchiridion de fide, ſpe & caritate.
De ſermone Domini in monte ſecundum Matthæum libri 2.
De decem Chordis liber.
De diſciplina Chriſtiana, vel de domo diſciplinæ ſermo.
De Cantico novo & de reditu ad cœleſtem patriam ac vitæ periculis.
De Cataclyſmo ſermo.
De tempore barbarico ſermo.

Præmiſſa ſunt huic tomo Hieronymi, Paulini aliorumque illuſtrium virorum de Auguſtino teſtimonia.

TOMO SEXTO aliquot *S. Bernhardi* opuſcula & tractatus continentur præmiſſa ejusdem vita deſcripta per *Alanum* Epiſcopum Autiſiodorenſem ex codice MSCto bibliothecæ S. Victoris Pariſienſis. Hanc Bernardi vitam excipiunt ejus ſermones de tempore & de Sanctis, quos hic recenſere ſingillatim

Digitized by Google

tim ſuperſedemus. Notamus tantum Collectorem hujus bibliothecæ Patrum aſceticæ ſermones quosdam Bernardi expungere. Obſervat enim ſermonem de Jeſu puero duodecenni eſſe *Ælredi* Rievallenſis, ſermonem IV. Dominica Palmarum ab Horſtio additum inter dubios rejiciendū eſſe, quod Bernardi ſtylum non ſapiat & in plerisque MSCtis omiſſus deprehendatur, ſermonem de cœna, qui incipit: *panem angelorum manducavit homo*, qui in editione Baſileenſi extat, & alium a Gillotio additum, & ab Horſtio repetitum ad verba: *ſediſti ad menſam divitis*, qui incipit: *in verbis illis*, item ſermones 15. de cœna, qui incipiunt: *Paſchalibus dapibus* expungendos eſſe. Notat autem hos 15. ſermones poſtremo loco memoratos eſſe *Ogerii* Abbatis Lucedii, Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Vercellenſi, idque probare codicem MSCtum Abbatiæ Stafardæ in diœceſi Salutienſi, qui nunc in bibliotheca Ducis Sabaudiæ Taurinenſi aſſervatur. Monuit ea de re Johannes Bona Jeſuitam Theophilum Raynaudum, qui rem protinus vulgavit, ſed quia Bona characteres non ſatis clare pinxerat, pro *Lucedii* legit: *Cucedii*, qui error etiam ad alios, & inter hos ad Labbeum in diſſertatione ad Bellarmini librum de Scriptoribus eccleſiaſticis

Digitized by Google

ſticis irrepſit, ut ipſe Bona in epiſtola quadam ad Dacherium retulit. Repudiat etiam bibliothecæ hujus autor Bernardo aſcriptam meditationem de paſſione Domini, quæ incipit: *Jeſum Nazarenum*, item Lamentationem B. Virginis tanquam næniam Bernardo plane indignam, nec non homiliam de duobus Diſcipulis euntibus in Emaus, ut & ſermonem de pugna David contra Goliath, qui eſt *Nicolai* Monachi, ſermonem de Maria Magdalena, qui incipit: *hodie miſericordia*, & itidem Nicolao Monacho debetur, ſermonem quintum in aſſumtionem B. Virginis a Bernardi ſtylo alienum, & quosdam alios. Cum autem indici rerum & verborum, qui ſexto huic tomo ſubjectus legitur, hic titulus præfigatur: *index rerum, verborum, & locorum communium in ſermones S. Bernardi parte prima contentos*, ſuſpicor etiam ſecundam ſexti tomi partem in lucem prodiiſſe, eaque alios Bernardi ſermones & tractatus contineri. Sed illam hactenus videre mihi non licuit. Eſt autem Collector hujus bibliothecæ Claudius de Chautelou, quod ex bibliotheca Sluſiana p. 20. didici. Nec privata autoritate hic labor ſuſceptus eſt, ſed ex decreto Comitiorum generalium Congregationis Benedict. S. Mauri A. 1657. & 1660.

Digitized by Google

habitorum. Cum enim Superiores hujus Congregationis cuperent, aſcetica Patrum ſcripta Monachis ſuis familiariora reddi, viderentque immenſa Patrum volumina non a quolibet commode percurri poſſe, neque in ſingulis Monaſteriis tantam librorum congeriem coacervari, quanta opus eſſet, ut ſuus de quolibet autore codex ſubminiſtraretur, decreverunt in illis generalibus Comitiis, ut libri religioſo propoſito magis accommodi in unum ſyntagma colligerentur, & minori forma prelo ſubjicerentur, quo unius cujusque profectui melius hac ratione conſuli poſſet.

XXII. Aliud genus bibliothecæ Patrum præbent bibliothecæ Patrum concionatoriæ. Talis bibliotheca Lugduni 1588. quatuor voluminibus diſtincta prodiit, a Laurentio Cundio inchoata, & poſt ejus mortem a Gerardo Moſano ad finem perducta. Sed opus illud, quod inſcribitur: *bibliotheca homiliarum & ſermonum priſcorum eccleſiæ Patrum* nunc omitto, cum neque ad Pariſienſes Patrum bibliothecas, quibus hoc caput deſtinatum eſt, pertineat, neque inter libros meos conſpiciatur. Refero potius inpræſentiarum Franciſci Combefilii bibliothecam Patrum concionatoriam Pariſiis A. C. 1662. in

octo

octo volumina digestam. Et *primus* quidem tomus a prima Dominica Adventus ad feriam quartam Cinerum, *secundus* a feria quarta Cinerum usque ad Dominicam quartam Quadragesimæ, *tertius* a Dominica quarta Quadragesimæ ad vesperam Sabbati sancti, *quartus* a Paschali feria usque ad Dominicam Trinitatis, *quintus* a Dominica Trinitatis ad anni finem progreditur. Reliqui tomi ad evangelia festorum spectant, & *sextus* quidem a festo Andreæ usque ad festum Barnabæ, *septimus* a festo Barnabæ usque ad festum Nativitatis Mariæ Virginis, & *octavus* denique a festo Nativitatis Virginis ad reliqua anni festa pergunt, cui postremo tomo mantissæ instar subjiciuntur *Niceta* homilia in B. Virginis natalem, & *Theophylacti* oratio in solennitatem B. Virginis, cum a parentibus suis in templo oblata est. Titulus generalis primo tomo præfixus ita se habet:

Bibliotheca Patrum Concionatoria, hoc est, anni totius Evangelia, festa dominica, sanctissimæ Deiparæ illustriorumque Sanctorum solennia. Patrum symbolis, tractatibus, panegyricis, iisque qua novum ex vetustis MSS. Codicibus productis; qua recensitis, emendatis, auctis, ad fontes compositis, e Græco castigatius elegantiusque reddi-

Digitized by Google

tis, illustrata at exornata. Opera & studio F. Francisci Combefis, Ordinis FF. Prædicatorum Congregationis S. Ludovici. Omnia octo voluminibus comprehensa. Parisiis, sumptibus Antonii Bertier, via Jacobæa, sub signo Fortunæ, 1662.

Post præfationem Patres, quorum homilias & tractatus in hac concionatoria bibliotheca collegit, ordine alphabetico recenset. Sunt autem Acacius Melitinæ Episcopus, S. Adelmus, Ælredus, Alcuinus sive Albinus, Alcimus Avitus, Alexander Monachus, Ambrosius Autpertus, S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, D. Amedeus Lausanensis Episcopus, Ammonius, S. Amphilochius, Anastasius Bibliothecarius, Anastasius Sinaita, S. Andreas Cretensis, S. Anselmus, Antipater Bostrensis Episcopus, S. Antonius Abbas, Apollinaris, Arnoldus Abbas Bonævallis, S. Asterius Amaseæ Episcopus, S. Athanasius Archiepiscopus Alexandrinus, S. Augustinus, S. Basilius Magnus, S. Basilius Seleucienſis, Beda Venerabilis, S. Bernardus Abbas, S. Bruno Astensis, S. Cæsarius Arelatensis, Choniates Athenarum Metropolita, S. Chromatius, Chrysippus Presbyter Hierosolymitanus, Clemens Alexandrinus, S. Cyprianus Episcopus & Martyr, S. Cyrillus Ar-

Archiepiſcopus Alexandrinus, S. Cyrillus Hieroſolymitanus, Didymus Alexandrinus, S. Dionyſius Alexandrinus, S. Dionyſius Areopagita S. Eligius, S. Ephræmius Diaconus, S. Ephræmius Theopolitanus Archiepiſcopus, S. Epiphanius, Eradius, Ericus, Evagrius, S. Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, S. Eulogius Archiepiſcopus Alexandrinus, Euſebius Cæſarienſis, Euſebius Emiſſenus, Eutychius Patriarcha, Euthymyus Zigabonus, Euſtratius Presbyter Conſtantinopolitanus, Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus, S. Fulgentius, Galfridus Abbas, S. Gaudentius Brixianus Epiſcopus, Georgius Nicomedienſis, S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Gofridus Abbas Vindocinenſis, S. Gregorius Archiepiſcopus Antiochenus, Gregorius Cerameus Tauromenitanus Epiſcopus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Gregorius Neocesareæ Epiſcopus, S. Gregorius Nyſſenus, S. Gregorius Papa, Guerricus Abbas, Haymo Halberſtatenſis, Heſichius Presbyter Hieroſolymitanus, S. Hieronymus, S. Hilarius Arelatenſis Epiſcopus, S. Hilarius Epiſcopus Pictavienſis, Hildebertus ex Epiſcopo Cenomanenſi Turonenſis Archiepiſcopus, S. Hippolytus Martyr & Epiſcopus, Jacobus Monachus, S. Ignatius Antiochenus Epiſcopus

& Martyr, S. Ildefonſus Toletanus Epiſcopus, Incerti Autores ſeu Anepigraphi, S. Johannes Chryſoſtomus, Auctor Imperfecti, S. Johannes Damaſcenus, Joannes Geometra, Jobius Monachus, Joſephus Judæus, Joſephus Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus & Martyr, Iſaac Monachus, Iſaias Monachus, S. Iſidorus Peluſiotes, Iſidorus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, Julianus Pomerius, B. Ivo Carnotenſis Epiſcopus, S. Juſtinus Philoſophus & Martyr, S. Laurentius Juſtinianus, S. Laurentius Novarienſis Epiſcopus, Leo Baſilii Macedonis filius, Leo Papa, Leontius Presbyter Conſtantinopolitanus, Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus, Macarius Senior, Manuel Calecas, Marcus Eremita ſive Aſceta & Monachus, S. Maximus Confeſſor, S. Maximus Taurinenſis Epiſcopus, Melito Sardenſis, S. Methodius Epiſcopus & Martyr, S. Methodius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Michael Syngellus, Modeſtus Archiepiſcopus Hieroſolymitanus, Nicephorus Callixtus, Nicetas Paphlago, qui & David, S. Nilus Monachus, Odo Abbas Morismundi, Origenes, S. Pacianus, Pantaleon Presbyter monaſterii Byzantinorum, & Pantaleon Diaconus magnæ Eccleſiæ, S. Paulinus Nolanus Epi-

Episcopus, Petrus Blesensis, Petrus Cellensis, S. Petrus Chrysologus, Petrus Abbas Cluniacensis, Philo Carpathius, Philo Judæus, Photius Patriarcha CP. Procopius Diaconus & Chartophylax, S. Proclus Archiepiscopus CPtanus, Severianus Gabalorum Episcopus, Severus, Severus Sulpitius, S. Silvester, Sidonius, Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, Sozomenus, Symeon Metaphrastes, Tertullianus, Theodoretus, Theodorus Antiochenus, Theodorus Daphnopata, Theodorus Heracleota, Theodorus Mopsuestenus, Theodorus Studites, Theodotus Ancyræ Episcopus, Theophanes, Theophanes Cerameus Tauromenitanus Episcopus, Theophylactus, S. Thomas Aquinas, Timotheus Presbyter Hierosolymitanus, Titus Bostrensis, Victor Presbyter Antiochenus, & S. Zeno Veronensis Episcopus. Ita autem Patres hos recenset, ut varias observationes adjiciat, & nonnunquam aliorum errores perstringat. Aliqua tantum ex hoc Autorum indice speciminis loco afferre placet. *Ambrosii* homiliam de divite cujus ager multos fructus tulerat, observat totam esse S. Basilii a capite ad calcem sine ulla mutatione, nisi quod paucorum verborum præ-

Digitized by Google

fatio præmissa fuerit. *Amedei* Lausanensis ex Cistercienſi Monacho Episcopi orationes octo de laudibus B. Virginis nonnullos Seraphici ordinis suo Amedeo vindicare scribit, sed litem illam ex stylo optime dijudicari posse censet, cum nox diei non sit dissimilior, quam utriusque Amedei stylus. Dum de *Anastasio Sinaita* differit, notat Lucam Holstenium plura illius autoris scripta habuisse, eorumque productionem ambivisse, sed magnam Viri illius doctissimi & in suis vulgandis, & in aliis ad vulgandum concedendis morositatem obstitisse, ideoque ejus mortem magnas spes secum abstulisse. De *Andrea Cretensi* agens animadvertit, eum nonnunquam Hierosolymitanum cognominari, idque fraudi fuisse Marco Hoppero, qui cognomentum illud ita interpretatus est, quasi Episcopus Hierosolymitanus fuerit, qui error etiam in bibliothecam S. Sixti Senensis, & bibliothecas Patrum irrepsit, cum tamen hic Andreas Cretensis nunquam Episcopus Hierosolymitanus fuerit, sed tantum Hierosolymis diu Monachum egerit, antequam in Clerum CPtanum coeptaretur, & tandem Cretæ Episcopus crearetur. De *Athanasio* agens digreditur ad vindicias Cosmæ Morelles, quem Theophilus Raynaudus semel ite-

iterumque adulterationis ſcriptorum Thomæ Aquinatis accuſavit, negans in Antverpienſi operum Aquinatis editione A. 1613. per Coſmam Morelles procurata pro immaculata B. Virginis conceptione contra codicum fidem maculatam poſitum fuiſſe, cum & ipſe & alii Pariſiis, Madriti ac aliis locis verba Morellianæ editionis integerrima fide repræſentari deprehenderit. Literas quibus Theodoſius Imperator *Auguſtinum* ad Synodum Epheſinam invitavit, fabulam olere judicat. Claudium Dauſqueium Jeſuitam, qui *Baſilii* Seleucienſis orationes interpretatus eſt, nec ſatis Græcum, nec probe Theologum, & juvenili quadam affectatione non illepidum eſſe ſcribit. Venerabilem *Bedam* negat a ſe hominem triobolarem unquam appellatum, quod ipſi à Raynaudo in tractatu de immunitate Cyriacorum diatrib. 3. impactum fuerat. *Brunoni Aſtenſi* homilias ſub Euſebii Emiſeni nomine vulgatas competere cum Mauro Marcheſio ſtatuit, cujus diſſertatio de Brunone & ejus ſcriptis editioni operum ejus Venetiis 1651. præfixa eſt. Circa *Brunonem Herbipolenſem* notat, quod ejus commentarius in Pentateuchum A. 1648. Duaci editus Philippum Labbe latuerit. *Cyrilli Alexandrini* commentarium in Marci evan-

gelium a Raphaele du Freſne cum aliis libris græcis ex Italia advectum narrat, ſed addit ſibi non licuiſſe librum illum molis ſatis ſpiſſæ ſatis verſare ac perlegere, ut, num vere Cyrilli ſit, judicare potuerit. *Cyrilli Hieroſolymitani* catecheſes illuminatorum in codice MSCto Auguſtano Johanni Hieroſolymitano tribui obſervat. Ejusdem Cyrilli orationem in occurſum Domini a Sifanio & Pontano antea editam ex diverſis codicibus a ſe auctam, & nitori ſuo reſtitutam aſſerit. *Dionyſii Areopagitæ* ſcripta ante annum 532. ignota fuiſſe fatetur, quo tempore Severiani aliqua teſtimonia ex illis produxerunt, & Catholici nulla Areopagitæ opera ſe agnoſcere exceperunt. Ad *Ephræmum Syrum* progreſſus dolet ejus opera latine tantum hactenus prodiiſſe, & refert dudum a Clero Galliæ ad Comitia generalia congregato decretum, ut Johannes Aubertus Collegii Laudunenſis Præpoſitus Ephræmi opera latine & græce ederet, & cœptam quidem fuiſſe Vitrejanis typis hanc editionem, ſed ultra 60. folia productam non fuiſſe, cum Auberto ſegnius agenti mors inciderit, illiusque conatum irritum fecerit. De *Eucherio* Lugdunenſi diſſerens Labbei errorem arguit, ſcribentis, illas Eucherii homilias, quas Livineius Antver-

verpiæ A. 1602. poſt Theodori Studitæ cate-cheſes vulgavit, illas ipſas eſſe, quæ toties ſub Euſebii Emiſſeni, vel etiam Euſebii Gallica-ni nomine prodierunt, cum tamen illæ ho-miliæ a Livinejo editæ cum Pſeudo-Euſebia-nis nihil commune habeant, & a Livinejo primum in lucem protractæ fuerint. De *Eutychio* Patriarcha obſervat, quod a Corde-rio in indice præmiſſo catenæ in Lucam cum Eutyche hæreſiarcha turpiter confundatur. Graviter eos errare judicat, qui *Gregorium Cerameum* cum Theophane Cerameo con-fundunt, & obiter indignatur in Triodio Ve-netiis edito *Gregorium Palamam* orthodoxis Doctoribus accenſeri, & inde Græcos homi-nis hæretici venerationem haurire, cum Ma-giſtratus Venetus nebulonis Græculi, qui prælo præfuit, temeritatem caſtigare debuiſ-ſet. *Gregorii Thaumaturgi* ſermonem pa-negyricum ad Origenem non a Gerardo Voſ-ſio, qui reliqua ejus opera latine reddidit, ſed a Jacobo Sirmondo verſum eſſe cum Labbeo obſervat. De *Gregorii M.* dialogis ſcripſe-rat Melchior Canus, quod in iis Gregorius miracula quædam referat vulgo jactata & credita, quæ ſeculi hujus Ariſtarchi incerta eſſe cenſebunt. Notaverat item Canus in Gregorio memoriæ lapſum, cum in epiſtolis

ſuis

ſuis pro Theodoreto Sozomenum allegaverit. Contra quod Cani judicium cum poſt Baronium graviter invectus fuerit Raynaudus, ejus defenſionem Combefiſius hoc loco ſuſcipit, & vanam Baronii exceptionem eſſe probat ſtatuentis Sozomeni hiſtoriam hodie non amplius integram, qualem Gregorius habuerat, extare, cum tamen præfatio Sozomeni, ſi cum fine hiſtoriarum ejus conferatur, aliud oſtendat. *Hildebertum* ex Cenomanenſi Turonenſem Antiſtitem dum commemorat, laudat Andream noſtrum Rivinum Poëſeos quondam in hac Academia Profeſſorem, ejusque ſtudium in colligendis Hildeberti ſcriptis commendat, ſed concoquere non poteſt, quod Sorboniſtas & qui Pariſiis bibliothecam Patrum concinnarunt, aculeata præfatione laceraverit. *Hippolyti* tractatum de Antichriſto & conſummatione mundi inani opera a Labbeo tanquam γνήσιον vindicari judicat. Ad *Ignatii* epiſtolas pergens, obiter perſtringit Labbei errorem, qui Barnabæ epiſtolam tantum latine ab Hugone Menardo editam ſcripſerat, quem errorem ipſi indulgendum eſſe cenſet, quod animo multis diſtento facile aliquid humani accidat. Qualem indulgentiam utinam & ipſe Labbeus erga Gerardum aliosque viros optime meri-

meritos & plurimis laboribus occupatos adhibuiſſet, quorum ſphalmata etiam leviſſima mordaciſſimo ſtylo exagitare ſolet. Poſtquam de *Johanne Chryſoſtomo* egit, de autore operis imperfecti in Matthæum nonnulla ſubjicit, & miratur, qua negligentia Poſſevinus ſcripſerit operis hujus imperfecti homilias 54. græce latineque non ſemel prodiiſſe, cum nusquam ullum græcum exemplar compareat, nec græce ſcriptum fuerit. Votum Thomæ Aquinatis a Dionyſio Carthuſiano relatum: mallem habere opus imperfectum Johannis Chryſoſtomi ſuper Matthæum, quam eſſe Dominus civitatis Pariſienſis, forte ita exprimendum arbitratur; mallem Chryſoſtomi opus imperfectum habere perfectum, quam eſſe Dominus civitatis Pariſienſis. *Johannis Damaſceni* libros de fide Johannis Clichthovei commentariis onerari potius quam illuſtrari judicat, & dolet tot Allatiana Auberto novam operum Damaſceni editionem pollicenti miſſa periiſſe. Refert quoque Geraſimum Blachum Cretenſem Damaſceni parallela Græca & cæteram Græcorum, qua inſtructus fuit, codicum ſupellectilem non aſpernandam Chriſtianiſſimi Regis bibliothecæ addere voluiſſe, ſi honorarium aliquod Regiæ Munificentiæ congru-

Digitized by Google

gruum impetraret, ſed ſpe illa decollante ad Magnum Ducem liberaliter remunerantem codices illos tranſiiſſe. Johannis Mariæ Braſichellani cenſuram de *Macario* adverſus Raynaudi objectiones vindicat. *Marcum Eremitam* a Corderio in Lucam perperam Archiepiſcopi titulo condecorari obſervat. *Nicephori Calliſti* hiſtoriam eccleſiaſticam quantum attinet, majorem a Frontone Ducæo in recognoſcenda latina Johannis Langi verſione diligentiam adhibitam mallet, niſi forte, quod addit, Typographi præfixo ejus nomine libri pretium augere voluerunt. Notat præterea hunc Nicephorum de Græcorum Triodio peſſime meruiſſe, dum illud Synaxariis auxit, ſuosque & Græciæ ſequioris errores intruſit. *Philonis Carpathii* commentarium in Canticum vel Pſeudepigraphum, vel ſaltem interpolatum eſſe judicat. *Photii* epiſtolam 49. quæ in editione Montacutii inſcribitur: *Johanni Patricio & Sacellano per Anguræos*, cum Baronio ita inſcribendam exiſtimat: *Johannes Patricius & Sacellanus Anguræorum Photio.* Qua occaſione ea, quæ Montacutius ad illam epiſtolam annotavit, refellere & Baronium tueri nititur. Poſt hanc cum Montacutio concertationem, cum Raynaudo congreditur, qui in tractatu de im-

Digitized by Google

immunitate Cyriacorum ſcripſerat, primum Martinum Polonum fabulam de Johanna Papiſſa attuliſſe, idque Trithemium in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis teſtari. Hæc Raynaudum Jeſuitam ſtudio Prædicatorum ordinem, in quo Martinus Polonus fuit, calumniandi protuliſſe arguit, Trithemium nihil tale de Martino Polono ſcripſiſſe probat, ea autem quæ in Heroldiana Martini Poloni editione de Johanna Papiſſa extant, ab aliena manu inſerta eſſe ſuſpicatur. Præter Procopium Hiſtoricum, & Procopium Gazæum *Procopium* quendam *Diaconum* incertæ ætatis fuiſſe notat, qui laudationem Marci, item laudationem Michaelis & Gabrielis Angelorum, & alia quædam ſcripſit. *Servium* qui in catena Patrum ad Luc. 7. allegatur, librariorum vitio non pro Sergio, ut Corderius conjecit, ſed pro Severo poſitum eſſe judicat. *Sophronii* Patriarchæ Hieroſolymitani ſynodicam, quæ in actis Synodi VI. generalis extat, non ad Honorium Imperatorem, ut Schottus latinus Photii interpres perperam exiſtimavit, ſed ad Honorium Papam Romanum directam eſſe obſervat. *Theophanem Confeſſorem* cum Theophane Cerameo Tauromeniæ in Sicilia Epiſcopo turpiter a Corderio confundi animadvertit. Miratur

ratur *Theophylacti* institutioni regiæ hunc titulum præfigi: *Ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Θεοφυλάκτου* &c. cum tamen ipsum male erga Latinos affectum prodant ejus epistolæ, & commentarius ejus in Johannem processionem Spiritus S. a solo Patre tueatur. *Titi Bostrensis* commentarios in Lucam a Peltano editos negat esse Titi illius Bostrensis, qui sub imperio Juliani & Joviani floruit. Verum hæc ex Combefisiano illo autorum indice adduxisse sufficiant.

XXIII. Bibliothecam Scriptorum ab Abbatibus Cluniacensibus adornatorum ediderunt Parisiis Martinus Marrier & Andreas Quercetanus. Titulus operis est:

BIBLIOTHECA CLUNIACENSIS, *in qua SS. Patrum Abbatum Cluniacensium vitæ, scripta, miracula, statuta, privilegia chronologiaque duplex, item catalogus Abbatiarum, Prioratuum, Decanatuum, Cellarum & Ecclesiarum à Clun. Cœnobio dependentium, unà cum chartis & diplomatibus donationum earundem. Omnia nunc primum ex MS. Codd. collegerunt Domnus* MARTINUS MARRIER *Monast. S. Martini a Campis Paris. Monachus Professus, &* ANDREAS QUERCETANUS *Turon. qui eadem disposuit ac notis*

Digitized by Google

notis illustravit. Lutetiæ Parisiorum ex officina Nivelliana, sumptibus Sebastiani Cramoisy, via Jacobæa sub Ciconiis. 1614.

Index operum, librorum & tractatuum hac bibliotheca contentorum ita se habet:

S. Berno Abbas I.

Testamentum *Willelmi* cognomento Pii Arvernorum Comitis & Ducis Aquitanorum, de constructione Cluniacensis loci.

Veterum de fundatione Monasterii Cluniacensis & ejus Abbate primo Bernone testimonia.

Testamentum Domni *Bernonis* Abbatis, cui primo commissum regimen Monasterii Clun. per Guillelmum Pium fundatorem.

S. Odo Abbas Clun. II.

Vita S. Odonis Abb. Clun. edita a Johanne Monacho Cluniacensi Italo, ipsius Discipulo.

In natali S. Odonis Abb. Clun. sermo.

Veterum de S. Odone Clun. Abb. II. & ejus operibus testimonia.

S. Odonis de vita S. Geraldi Auriliacensis Comitis libri 4.

Epistola *Fulconis* cognomento *Boni* Andegavorum Comitis ad Odonem Clun. Abbatem.

Digitized by Google

Epiſtola *Odonis* ad eundem Fulconem.

De reverſione corporis B. Martini a Burgundia tractatus, &

Quod B. Martinus par dicitur Apoſtolis, alter tractatus *Odonis*.

Ejusdem *Odonis* in Cathedra S. Petri, in veneratione S. Mariæ Magdalenæ, de S. Benedicto Abbate, & de combuſtione Baſilicæ B. Martini ſermones 4.

Odonis Collationum ſeu occupationum libri 3.

De B. Martino Antiphonæ XII.

De Sacramento corporis & ſanguinis Domini verſus.

De B. Maria Magdalena hymnus.

De S. Martino Turonorum Archiepiſcopo hymnus.

Præcepta duo de quibusdam Eccleſiis & locis Cluniac. Cœnobio conceſſis tempore S. Odonis Abb.

S. Aymardus Abbas Clun. III.

Veterum de S. Aymardo Abb. Cluniacenſi teſtimonia.

Privilegium *Agapiti* Papæ Domno Aymardo Abbati conceſſum.

Præcepta quatuor de quibusdam Eccleſiis & lo-

& locis Cluniacenſi Cœnobio conceſſis tempore Aymardi Abb.

S. Majolus Abbas Clun. IV.

De vita B. Majoli Abb. Clun. libellus a *S. Odilone* Abbate Clun. V. editus.

De B. Majolo hymni quatuor autore eodem *Odilone*.

Alia S. Majoli Abbatis vita, autore Monacho quodam Silviniacenſi.

Item alia ejusdem S. Majoli vita.

Miraculorum S. Majoli libri 2.

Appendix ad vitam S. Majoli.

Veterum de S. Majolo teſtimonia.

Diplomata ſummorum Pontificum de translatione corporum SS. Majoli & Odilonis.

Præcepta duo de locis Clun. Cœnobio conceſſis tempore S. Majoli.

S. Odilo Abbas Clun. V.

Vita B. Odilonis Abb. a *Petro Damiano* S. R. E. Cardinali ſcripta.

Jotſaldi Monachi planctus de tranſitu S. Odilonis.

Alia S. Odilonis Abbatis Clun. vita.

In relevatione B. Odilonis, & in translatione ejusdem.

Appendix ad vitam S. Odilonis Abb.

Digitized by Google

Statutum S. Odilonis de defunctis.

Veterum de S. Odilone Abb. & ejus Operibus teſtimonia.

Epiſtolæ aliquot *Odilonis* Abb. ad Fulbertum Carnot. Epiſcopum, & *Fulberti* ac aliorum ad Odilonem.

Vita S. Adalheidis Imperatricis à B. *Odilone* Abb. deſcripta.

De miraculis ejusdem Adalheidis liber.

S. Odilonis Abbatis credulitas.

Ejusdem de nativitate Domini Salvatoris ſermo I.

De Epiphania Domini ſermo II.

De purificatione S. Dei Genitricis Mariæ ſermo III.

De incarnatione Dominica ſermo IV.

De reſurrectione Domini ſermo V.

De eadem reſurrectione ſermo VI.

De eadem reſurrectione ſermo VII.

De aſcenſione Domini Salvatoris ſermo VIII.

In die Pentecoſtes ſermo IX.

De admirabili Præcurſoris Chriſti Johannis Baptiſtæ nativitate ſermo X.

In vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli ſermo XI.

De aſſumptione Dei Genitricis Mariæ ſermo XII.

De

Digitized by Google

De eadem assumptione hymnus.

In nativitate B. Mariæ Virginis sermo XIII.

De inventione s. crucis sermo XIV.

Præcepta de nonnullis Ecclesiis Cœnobio Clun. concessis tempore S. Odilonis.

S. Hugo Abbas Clun. VI.

Vita S. Hugonis Abb. Clun. autore *Hildeberto* Episcopo Cenomanensi.

Alia ejusdem S. Hugonis vita ab *Hugone Monacho* ejus coætaneo scripta.

Miraculorum quorundam S. Hugonis relatio.

Memoranda quædam de S. Hugone.

De quibusdam quæ statuta sunt à S. Hugone.

De S. Hugone prosa & hymnus.

Veterum de S. Hugone testimonia.

Epistolæ diversorum ad S. Hugonem.

Epistola S. Hugonis transmissa Sanctimonialibus apud Marciniacum Domino servientibus.

Scriptum commonitorium ejusdem *S. Hugonis* ad successores suos pro Sanctimonialibus Marciniacensibus.

Imprecatio B. Hugonis Abbatis.

Relationes quædam S. Hugonis Abb.

Digitized by Google

Vita B. Morandi Confeſſoris, Monachi Clun. diſcipuli S. Hugonis.

Privilegia Cœnobio Clun. conceſſa per ſummos Pontifices tempore S. Hugonis.

Præcepta & chartæ de quibusdam Monaſteriis Cluniacenſi Cœnobio conceſſis.

Pontius Abbas Clun. VII.

Vita Pontii Abb. Clun. ex libro 2. miraculorum P. Venerabilis.

Veterum de Pontio Abb. teſtimonia.

Epiſtolæ duæ ad Pontium Abb. Clun.

Qualiter tabula S. Baſilii continens in ſe magnam Dominici ligni portionem, Cluniacum delata ſit tempore Pontii.

Quomodo reliquiæ B. Stephani Protomartyris Cluniacum delatæ fuerunt tempore ejusd. Pontii.

Privilegia quædam per ſummos Pontifices Clun. Cœnobio conceſſa tempore Pontii.

Chartæ de quibusdam Monaſteriis ejusd. Pontii tempore Cluniacenſi Cœnobio ſubjectis.

Hugo II. Abb. Clun. VIII.

De Hugone II. Abb. Cluniacenſi teſtimonia.

S. Pe-

S. Petrus Mauricius dictus Venerabilis Abbas Clun. IX.

Petri Mauricii dicti Venerabilis Abb. Clun. vita ex Chronico Clun.

Veterum de Petro Venerabili Abbate & ejus operibus teſtimonia.

Petri Pictavenſis Monachi panegyricus Petro Venerabili Abbati dictus.

Petri Venerabilis Abb. Clun. epiſtolarum libri 6.

Epiſtolæ 8. *Petri Venerabilis* ad Sugerium Abbatem S. Dionyſii, & *Sugerii* ac aliorum ad P. Venerabilem primum editæ.

Petri Venerabilis epiſtola ad Petrum de S. Joanne, contra eos, qui dicunt, Chriſtum nunquam ſe in Evangeliis aperte Deum dixiſſe.

Ejusdem tractatus adverſus Judæorum inveteratam duritiam.

De translatione Alcorani epiſtola.

Summula quædam brevis contra hæreſes & ſectam Saracenorum.

Roberti Retenenſis præfatio in Alcoranum ad P. Venerabilem.

Adverſus Petrobruſianos hæreticos epiſtola ſeu tractatus.

De transfiguratione Domini ſermo.

Digitized by Google

De miraculis libri duo.

Rythmi, proſæ verſus, & hymni Petri Venerabilis.

Statuta congregationis Cluniacenſis.

Privilegia per ſummos Pontifices Clun. Cœnobio conceſſa tempore Petri Venerabilis.

Diplomata & chartæ de quibusdam Monaſteriis Clun. Cœnobio ſubditis ejusdem P. Venerabilis tempore.

Hugo III. Abbas Clun. X.

Petri Cellenſis Abbatis ad Hugonem Abbatem Clun. epiſtolæ 4.

Stephanus I. Rodulphus, Guillelmus I. Theobaldus & Hugo IV. Abbates Cluniacenſes.

Epiſtolæ quædam *Petri Cellenſis*, ſummorumque Pontificum, Regum, & aliorum diplomata & chartæ ad Abbates Clun. Stephanum I. Rodulphum, Guillelmum I. Theobaldum & Hugonem IV.

Hugo V. Abbas Clun. XVII.

Hugonis V. Abbatis Clun. ſtatuta.

Alia quædam ſtatuta Cœnobii Cluniacenſis.

Exceptio capitis S. Clementis Papæ & Mar-

Digitized by Google

Martyris a CPli in Cluniacum translati, tempore Hugonis V. Abb.

Diplomata & chartæ de quibusdam Monasteriis Clun. Cœnobio conceſſis tempore Hugonis V.

Guillelmus II. Giraudus, Rolandus, & alii Abbates usque ad Henricum I.

Diplomata & chartæ ſummorum Pontificum, Regum, & aliorum de quibusdam Monasteriis tempore Guillelmi II. Giraudi, Rolandi, & aliorum Abbatum Cluniacenſi Cœnobio conceſſis.

Henricus I. Abbas Clun. XXIX.

Electio Henrici Abbatis Cluniacenſis.

Collectio Statutorum ordinata per Henricum Abbatem.

Statuta *Bertrandi* Abb. Clun. prædeceſſoris Henrici.

Joannes III. Abbas Clun. XLII.

Statuta, ordinationes, & diffinitiones receptæ, admiſſæ & innovatæ per *Joannem de Bourbonio* Abbatem Cluniacenſem.

Accedunt

Venerabilium Abbatum Cluniacenſium chronologia.

Digitized by Google

Chronicon Cluniacenſe Jacobi de Ambaſia Cluniacenſis Abbatis juſſu conſcriptum.

Summæ privilegiorum, quibus Romani Pontifices Abbatiam Cluniacenſem, & totum Ordinem decoraverunt.

Catalogus Abbatiarum, Prioratuum & Decanatuum mediate & immediate Abbatiæ ſeu Monaſterio Cluniacenſi ſubditorum.

Eccleſiæ parochiales in villa Cluniacenſi ſituatæ, una cum Capellis in eisdem exiſtentibus, & aliis in circumferentia villæ Clun. ſituatis, quæ ſunt in omnimoda diſpoſitione Abbatis Cluniacenſis ratione ſuæ dignitatis Abbatialis.

Index rerum & verborum locupletiſſimus.

Notæ ad bibliothecam Cluniacenſem.

Cæterum in hac bibliotheca Cluniacenſi nonnulla Abælardi ſcripta extare ſuſpicatus eſt Vir celeberrimus Jacobus Thomaſius in vita Abælardi, quam Dn. Chriſtianus Thomaſius Jacobi F. edidit in hiſtoria ſapientiæ & ſtultitiæ Tom. I. p. 75. Conjectura autem illa hinc ipſi nata eſt, quod Merlo Horſtius in notis ad Bernhardum mentionem faciat notarum Quercetani ad Abælardum. Verum nec aliqua Abælardi opera, nec notæ Quercetani ad Abælardum in bibliotheca Cluniacenſi

Digitized by Google

censi reperiuntur, sed notæ Quercetani ad Abælardum additæ sunt operibus Abælardi, & Heloissæ a Francisco Amboesio Lutetiæ A. C. 1616. editis. His enim operibus ad calcem adjiciuntur Andreæ Quercetani Turonensis notæ ad historiam calamitatum Petri Abælardi. Nonnulla tamen de Abælardo & Heloissa Quercetanus etiam in notis ad bibliothecam Cluniacensem observavit. Occasionem ipsi suppeditavit epistola Petri Venerabilis, noni Abbatis Cluniacensis scripta ad Heloissam vel Eloysam Abælardi primum concubinam, ac postea conjugem, quæ est inter Petri Venerabilis epistolas epistola 21. libri 4. In notis ad illam epistolam Quercetanus inter alia p. 148. refert epitaphium, quod ipsi in Abbatia de Paracleto positum fuit his verbis:

Petrus in hac urna latitat, quem mundus Homerum
Clamabat, sed jam sidera sidus habent.
Sol erat hic Gallis, sed eum jam fata tulerunt,
Ergo caret regio Gallica sole suo.
Ille sciens quicquid fuit ulli scibile, vicit
Artifices, artes absque docente docens.
Undecimæ Maji Petrum rapuere Calendæ
Privantes Logices atria Rege suo.

Est

Eſt ſatis in tumulo, PETRUS HIC JACET
ABAILARDUS,
Huic ſoli patuit ſcibile quicquid erit.

Aliud Abælardi epitaphium a *Petro Venerabili* ſcriptum inter ejus poëmata in hac Cluniacenſi bibliotheca p. 1354. legitur his verbis conceptum:

Gallorum Socrates, Plato maximus Heſperiarum,
Noſter Ariſtoteles, Logicis quicunque fuerunt,
Aut par, aut melior: ſtudiorum cognitus orbi
Princeps, ingenio varius, ſubtilis & acer:
Omnia vi ſuperans rationis, & arte loquendi,
Abælardus erat. Sed tunc magis omnia vicit,
Cum Cluniacenſem Monachum, moremque profeſſus,
Ad Chriſti veram tranſivit Philoſophiam,
In qua longævæ bene complens ultima vitæ,
Philoſophis quandoque bonis ſe connumerandum
Spem dedit, undenas Majo renovante Calendas.

Extat etiam inter epiſtolas prædicti Petri libr. 6. ep. 21. epiſtola *Heloïſſæ* ad Petrum Venerabilem, in qua inter alia rogat, ut ipſi abſolutionem Abælardi in charta ſcriptam & ſigillatam mittat. Qua occaſione Quercetanus p. 155. annotat, qualis illius abſolutionis

nis formula fuerit, nempe talis: *Ego Petrus Cluniacensis, qui Petrum Abailardum in Monachum Cluniacensem suscepi, & corpus ejus furtim delatum Heloyssæ Abbatissæ & Monialibus Paracleti concessi, autoritate omnipotentis Dei & omnium Sanctorum absolvo eum pro officio ab omnibus peccatis suis.*

XXIV. Bibliothecam Patrum noni seculi, qui de prædestinatione & gratia scripserunt, Parisiis collegit Gilbertus Mauguinus. Titulus ita se habet:

Veterum Autorum qui IX. sæculo de prædestinatione & gratia scripserunt, opera & fragmenta plurima, nunc primum in lucem edita cura & studio Gilberti Mauguin, Regi à Consiliis & in suprema Monetarum curia Præsidis. Cum ejusdem chronica & historica Synopsi, gemina dissertatione & pacifica operis Coronide. In duos tomos distributa. Lutetiæ Parisiorum, apud Joannem Billaine, via Jacobæa sub signo S. Augustini. MDCL. cum Doctorum sacræ Facultatis approbatione.

Primus hujus operis tomus in duas partes divisus est. Et prima quidem parte tomi primi continentur:

Fragmentum epistolæ *Hadriani Papæ I.* ad omnes Episcopos per universam Hispaniam commorantes. Ex-

Digitized by Google

Excerpta ex tribus *Rabani* Archiepiſcopi Moguntini epiſtolis ad Notingum, ad Eberardum, & ad Hincmarum.

Fragmentum libelli & profeſſionis, quæ *Gotteſchalcus* Rabano in Placito Moguntinenſi obtulit.

Confeſſio *Gotteſchalci* brevior; Ejusdem confeſſio prolixior.

B. Lupi Abbatis Ferrariæ epiſtola de prædeſtinatione ad Hincmarum.

Flori Magiſtri eccleſiæ Lugdunenſis Diaconi ſermo de Prædeſtinatione.

Ratramni Corbejenſis Monachi de prædeſtinatione libri 2. ad Regem Carolum Calvum.

Joannis Scoti Erigenæ liber de divina prædeſtinatione.

S. Prudentii Epiſcopi Tricaſſini, de prædeſtinatione contra Joannem Scotum, ſeu liber Joannis Scoti correctus a Prudentio.

Flori Magiſtri & Eccleſiæ Lugdunenſis liber de prædeſtinatione contra Joannis Scoti erroneas definitiones, ad duos Manuſcriptos Codices emendatus, & in integrum reſtitutus.

Secunda autem primi tomi parte habentur:

Fragmenta omnia, quæ extant, libelli per Got-

Gotteſchalcum in Placito Moguntinenſi Rabano oblati.

Præfatio libelli ſeu collectanei S. Prudentii ad Hincmarum & Pardulum.

Lupi Servati Presbyteri Moguntinenſis libellus de tribus quæſtionibus.

B. Lupi Abbatis Ferrariæ libellus ſeu epiſtola ad Regem Carolum.

Ejusdem Collectaneum de tribus quæſtionibus jam integrum.

S. Remigii & Eccleſiæ Lugdunenſis liber de tribus epiſtolis.

Ejusdem libri appendix ſeu ſolutio quæſtionis de generali per Adam damnatione.

Hincmari capitula IV. in Conventiculo Cariſiaco furtim edita.

S. Prudentii Tricaſſini Epiſcopi tractoria contra quatuor illa capitula.

S. Remigii & *Eccleſiæ Lugdunenſis* liber de tenenda immobiliter Scripturæ Sanctæ veritate.

Canones Concilii Valentini III. contra eadem Capitula.

Canones Concilii Lingonenſis.

Hincmari Remenſis epiſtola 24. ad Egilonem Senonenſem.

Secundo tomo nonnulli ipſius Mauguini de hoc argumento tractatus continentur, nempe: Got-

Digitized by Google

Gotteſchalcianæ controverſiæ hiſtorica & chronica Synopſis.

Ejusdem hiſtorica & chronica diſſertatio L. capitibus diſtributa.

Altera diſſertatio, in qua accurata hiſtoriæ ſeu fabulæ Prædeſtinatianæ R. P. Sirmondi confutatio exhibetur.

Alteram ſecundi tomi partem deſtinaverat Mauguinus Vindiciarum prædeſtinationis & gratiæ pacificæ Coronidi ſuo tempore evulgandæ. Verum illa, quod ſciam, lucem publicam nondum aſpexit. Occaſionem autem huic Patrum IX. ſeculi bibliothecæ colligendæ dederunt controverſiæ, quæ Jeſuitas inter & Janſeniſtas, quorum partes Mauguinus tuetur, interceſſerunt. Imprimis autem nonnullis Jacobi Sirmondi lucubrationibus Mauguinus irritatus fuit, cum ille & hiſtoriam Prædeſtinatianam, & veteres quosdam Scriptores, quorum contra hæreſin Prædeſtinatianam uſus aliquis eſſe poteſt, edidiſſet. Mauguinus enim cum Janſenio nullam ejusmodi hæreſin fuiſſe, ſed Pelagianos & Semipelagianos orthodoxam Auguſtini doctrinam hoc nomine infamare voluiſſe exiſtimat.

XXV. Bibliothecam Patrum ævi Apoſtolici Pariſiis collegit Johannes Baptiſta Cotelerius

lerius Nemauſenſis Clericus, Societatis Sorbonicæ Theologus ac Regius Græcæ Lingvæ Profeſſor, vir mediocris quidem ſtaturæ, maximæ vero & infinitæ propemodum Literaturæ, ut in epitaphio ejus legitur. Is enim *SS. Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, Barnabæ, Clementis Romani, Hermæ, Ignatii, Polycarpi opera edita & inedita, vera & ſuppoſititia, una cum Clementis, Ignatii & Polycarpi actis atque martyriis* ex MSCtis Codicibus eruit, correxit, verſionibusque & notis illuſtravit. Verum Cotelerianum hoc Patrum Apoſtolicorum Syntagma in duos tomos digeſtum & Pariſiis 1672. in Folio minoris formæ impreſſum rariſſimum eſt, cum pleraque illius exemplaria antequam diſtraherentur, incendio conſumta fuerint, ut referunt ephemerides Gallicæ 1686. p. 408. ubi & Cotelerii illo ipſo anno mortui vita & elogium recenſetur. Unde præclare de orbe literato meruit Johannes Clericus, qui opus tam rarum & à plurimis deſideratum nova editione, quam acceſſionibus nonnullis locupletavit, doctis familiarius reddidit. Sed de nova hac editione, in qua etiam Stephani Baluzii ad Emericum Bigotium de vita Cotelerii epiſtola legitur, infra, cum ad Antverpienſes Patrum biblio-

Digitized by Google

thecas deſcenderimus, plura dicenda erunt.

XXVI. Nunc ad aliam Cotelerianam Patrum bibliothecam progredimur, ſive ad Monumenta Græca tribus voluminibus diſtincta, quorum collectionem & illuſtrationem eidem Cotelerio debemus. Primi tomi titulus eſt:

Eccleſiæ Græcæ Monumenta. Tomus primus. Johannes Baptiſta Cotelerius, Societatis Sorbonicæ Theologus & Regius Linguæ Græcæ Profeſſor, e MSS. Codicibus produxit in lucem, Latina fecit, notis illuſtravit. Lutetiæ Pariſiorum, apud Franciſcum Muguet, Regis & Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Pariſienſis Typographum, 1677. cum privilegio Regis.

Continentur autem primo hoc tomo:

Eclogæ legis Moſaicæ.

Baſilii Cæſarienſis Oratio in Proverb. VI. 4. Ejusdem oratio tertia de jejunio.

Sacra ad Synodum Epheſinam.

Xyſti Papæ epiſtola ad Cyrillum Alexandrinum.

Ejusdem alia epiſtola ad eumdem.

Homilia *Pauli Emeſeni.*

Theodoriti epiſtola ad Johannem Antiochenum.

Epi-

Epiſtola *Flaviani* Conſtantinopolitani ad Leonem Romanum.

Leonis Papæ & Romanæ Synodi epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam.

Leonis Synodica ad Conſtantinopolitanos.

Hilarionis ſeu *Hilari* Diaconi epiſtola ad Pulcheriam.

Gallæ Placidiæ epiſtola ad Æliam Pulcheriam.

Leonis Romani epiſtola ad Archimandritas Conſtantinopolitanos.

Fragmentum epiſtolæ *Anatolii* Conſtantinopolitani ad Leonem Pontificem Romanum.

Nomocanon.

Johannis Antiocheni Oratio in donationes Monaſteriorum Laicis factas.

Martyrium S. Eupli.

Aliud ejusdem martyrium.

Vita S. Syncleticæ.

De Hæreſibus liber *Johannis Damaſceni.*

Apophthegmata Patrum.

Notæ.

Ex his monumentis duæ *Baſilii M.* Orationes jam antea à Combefiſio in bibliotheca concionatoria, ſed latine tantum, ex ejusdem Combefiſii verſione editæ fuerunt. *Theodoriti* autem epiſtolam ad Johannem Antiochenum

num ante Cotelerium vulgavit Leo Allatius in vindiciis Synodi Ephesinæ & Cyrilli. *Flaviani* Constantinopolitani epistola ad Leonem, & *Leonis* ad Pulcheriam, & Ejusdem Synodica ad Constantinopolitanos, ut & *Hilari* Diaconi epistola ad Pulcheriam, latine extant in actis Concilii Chalcedonensis & inter epistolas Leonis Magni. Hilari tamen epistola tantum in editione Operum Quesneliana post epistolam Leonis XLVII. reperitur. *Leonis* epistola ad Archimandritas Constantinopolitanos est inter Leonis epistolas numero 28. editionis Quesnelianæ, vel 14. editionis vulgaris. *Nomocanonem* ex codice quodam regio descriptum Cotelerius nihil aliud esse judicat, quam insulsam recentioris Græciæ farraginem ab incerto autore imperite compositam, & a Notario quodam indocto imperitius exaratam, cujus editione & versione tantum sibi negotii & molestiæ conflatum queritur, ut sæpe de scripto hoc plane omittendo cogitaverit. *Johannes* Antiochenus autor orationis in donationes Monasteriorum indicat, se circa seculi duodecimi medium vixisse, ideoque ex Cotelerii judicio paulo junior fuit alio Johanne, qui sub finem undecimi seculi floruit, & a Gulielmo Tyrio, Orderico Vitali, aliis-

aliisque ſcriptoribus memoratur. *Martyrium Eupli* quantum attinet, non dubitat Cotelerius, quin ejus acta, qualia hoc tomo p. 192. edidit, quanto magis conciſa ſunt, tanto magis ſint genuina, quam Metaphraſtæa, Lipornaiana, Suriana, Baroniana, & Bollandiana. Alterum autem Eupli Martyrium ex Metaphraſte deſumtum, quod p. 194. ſequitur, a Lipornanio & Surio non fideliter redditum obſervat. *Vita Syncleticæ*, quam codices quidam Athanaſio, alii Polycarpo Aſcetæ, nonnulli denique nulli certo autori adſcribunt, quem autorem habeat, in dubio relinquit Cotelerius, quamvis eam doctrina & pietate Athanaſii non indignam judicet. *Damaſceni liber de hæreſibus* ex Perionii verſione inter Damaſceni opera latine legitur. In recentioribus Damaſceni editionibus partim latine, partim græce & latine editus eſt. Defectus autem illos græci textus Cotelerius ex regio codice ſupplevit, & hunc Damaſceni libellum integrum græce edidit, & nova verſione exornavit.

Tomus ſecundus Monumentorum eccleſiæ Græcæ a Cotelerio e MSCtis codicibus erutorum, latine redditorum, & notis illuſtratorum prodiit A. C. 1681. Et hoc ſecundo tomo exhibentur:

Digitized by Google

Asterii Amaseni homiliæ in Psalmos V, VI. & VII.

Fragmentum Synodi sextæ generalis, sive epistolæ *Agathonis* Papæ.

Basilii & Apollinaris epistolæ mutuæ.

Basilii epistola ad Julianum Imperatorem.

Basilii epistola pro conterraneo, & alia pro hospite.

Libanii ad Basilium epistola.

Alia *Libanii* ad Basilium.

Basilii ad Libanium epistola.

Basilii ad Imperatorem Theodosium epistola.

Amphilochii epistola Synodica.

Photii epistolæ.

Dominici Gradensis epistola ad Petrum Antiochenum.

Responsum *Petri Antiocheni.*

Michaëlis Cerularii Constantinopolitani epistola ad Petrum Antiochenum.

Petri Antiocheni epistola ad Michaëlem Constantinopolitanum.

Michaëlis Constantinopolitani epistola ad Petrum Antiochenum.

Arsenii CP. testamentum.

Alexii Comneni Novella.

Euthymii vita.

Ex

Digitized by Goog

Ex Prato ſpirituali *Johannis Moſchi* capita, quæ græce deſiderabantur.

Neophytus Incluſus de calamitatibus Cypri.

Germani Conſtantinopolitani epiſtolæ duæ ad Cyprios.

Johannes Zonaras de matrimonio duorum ſobrinorum cum eadem femina.

Theodori Balſamonis epiſtola de jejuniis.

Notæ.

Qui primum hujus tomi locum occupat eſt *Aſterius* non Cappadox, & Arianis partibus addictus, e cujus ſcriptis fragmenta tantum quædam in Athanaſii & Epiphanii operibus ſervantur, ſed Amaſenus, qui exeunte IV. & ineunte V. ſeculo floruit. Ejus quinque homilias Antverpiæ 1615. cum latina ſua verſione edidit Philippus Rubenius: Easdem homilias ope codicum à Sirmondo acceptorum Fronto Ducæus in auctario B. B. P. P. græco-latino A. C. 1624. accuratius exhibuit. Decem alias Aſterii homilias excerpſit Photius cod. 771. bibliothecæ ſuæ. Et has homilias à Photio excerptas etiam a Rubenio vulgatas D. Bebelius antiquit. ſecul. IV. part. I. p. 28. perperam putavit, cum diverſi plane argumenti ſint homiliæ, quas Photius excerpſit, & quas Rubenius publicavit. Franciſcus

Digitized by Google

autem Combefiſius in novo auctario bibliothecæ Patrum Græco-latino A. C. 1648. & 5. homilias à Rubenio editas iterum edidit, & plures alias, & ſimul etiam excerpta ex Photio adjunxit, & has Aſterii lucubrationes notis illuſtravit. Notis his ſubjunxit ex Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani antirrheticis vindicationem loci alicuius Aſteriani, nec non fragmentum ex Photii cujusdam Amphilochiis, in quo de duplici Aſterio diſſeritur, & laudationem Protomartyris Stephani, quam Vincentius Riccardus ſub Procli nomine ediderat, cum Aſterio potius ex Combefiſii ſententia debeatur. Fragmenta quædam Aſterii leguntur in catena Patrum ad Lucam a Corderio procurata, qui in prolegomenis ad hanc catenam hunc Aſterium una cum Acacio ad S. Julianum legatione functum perperam aſſeruit. Aſterius enim ille cum Acacio ad Julianum cognomento Sabum ablegatus, & ab Acacio Ariano, & ab Acacio Amaſeno diverſus eſt, ut viri docti obſervarunt. Cotelerius autem in hoc Monumentorum eccleſiæ Græcæ tomo Aſterii homilias in Pſalmum 5. 6. & 7. græce & latine vulgavit, & in notis plures de Aſterio agentes adducit, inter alia animadvertens, etiam homiliam in Pſalmum 4. quæ apud Chry-

Chryſoſtomum Tom. VII. edit. Savil. p. 431. legitur, ad Aſterium Amaſenum pertinere. De aliis ſcriptis Tomi hujus Coteleriani videantur Acta Erudit. A. 1682. p. 135.

Tertius denique tomus Monumentorum eccleſiæ græcæ eodem collectore & interprete Cotelerio lucem adſpexit A. C. 1686. qui Cotelerio fatalis fuit. Sunt autem Monumenta hoc tomo comprehenſa:

Collectio quæſtionum, excerpta per compendium ex Evangelica conſonantia *Heſichii* Presbyteri Hieroſolymorum.

Ejusdem *Heſychii* Quæſtio.

Ephræmi laudatio in Baſilium.

Evagrii Monachi capita.

Ejusdem Monachica.

Ejusdem *Evagrii* de III III.

Ex vita Evagrii conſcripta à *Palladio* fragmentum.

Johannis Chryſoſtomi in illud Matth. XXI. 23. *in qua poteſtate hæc façis.*

Ex *Palladii* hiſtoria Lauſiaca fragmentum.

Ægyptiorum Monachorum hiſtoria, ſive Paradiſus.

Nilus de octo vitiis.

Sabæ vita per *Cyrillum Scythopolitanum.*

Timotheus Presbyter Conſtantinopolitanus de triplici receptione Hæreticorum.

Digitized by Google

Ex *Niconis* Pandecte caput ultimum.

Anaſtaſii Sinaitæ de tribus Quadrageſimis.

Anaſtaſii Cæſarienſis de jejunio Deiparæ.

Ex *Nicone* de jejuniis fragmentum.

Nicephori Conſtantinopolitani Synodici canones.

Ejusdem *Nicephori* Confeſſoris epiſtola canonica.

Johannis Presbyteri epiſtola ad Leonem Grammaticum Archiepiſcopum Calabriæ, cum *Leonis* Canonico Reſponſo.

Johannis Zonaræ canon in Deiparam.

Theodori Balſamonis epiſtola de Raſophoris.

Criminationes adverſus Eccleſiam Latinam, cum epiſtola *Græcorum* ad Innocentium III.

Phile in Spiritum S. verſus.

Notæ.

Occurrit inter ſcripta tertio hoc tomo comprehenſa *Timothei* Presbyteri Conſtantinopolitani & vaſorum Cuſtodis S. Deiparæ in Chalcopratiis epiſtola, ſeu libellus ad Johannem Presbyterum de differentia eorum, qui ad eccleſiam accedunt. Multum autem diſcrepat hæc Cotelerii editio à brevi illa latina, quæ in Poſſevini apparatu ſub voce

Digitized by Goog

voce Timothei, nec non inter opera Balſamonis, & in quibusdam Patrum bibliothecis extat. Nec minus hæc editio multum differt à græca, quam Johannes Meurſius in libro variorum divinorum Lugduni Batavorum A. C. 1619. publicavit, & à græco-latina, quam Combefiſius in novo B. B. P. P. græco-latino Auctario part. II. edidit, notisque illuſtravit. Cauſa autem, cur tanta ſit editionum hujus libelli varietas, forte hæc eſt, quod libellus hic partem ritualis conſtituerit, & pro diverſarum eccleſiarum varie mutatus, & modo auctus, modo imminutus fuerit. Placet autem ex notis Cotelerii ad hunc libellum aliquas adducere. Occaſione eorum, quæ Timotheus de Cerdone dixit, obſervat Cotelerius in Sophronii Synodico Cerdonem & Sacerdonem tanquam duos diverſos hæreticos adduci, quia forte aliquis ſcripſerat: Κέρδων ἀκέρδων ſeu ſine lucro, occaſione ſumta ex voce κέρδος, quæ lucrum denotat, quemadmodum & in aliorum hæreticorum nominibus tales alluſiones fieri ſolent, ut cum Vigilantius Dormitantius, Euſebiani Aſebiani, Eudoxiani Adoxiani nuncupantur, imperitos autem librarios ex Κέρδων ἀκέρδων duos hæreticos Cerdonem & Sacerdonem feciſſe. De Marcellianis agens

agens notat errorem Nicephori, qui Marcellum & Porphyrium ab Origene refutatum asseruit, cum Origenis ævo Marcelli error nondum notus fuerit. Ad Novatum accedens refert se à Valesio sæpius audivisse, quod capita in Novatiani libro de Trinitate transposita sint, ideoque se Valesii dissertationem de hoc argumento magno cum desiderio expectasse. Cum vero etiam post mortem Valesii dissertatio illa non prodiret, semet ipsum indagasse, qualis sit ista capitum in illo libro transpositio, & deprehendisse, capiti 14. subjungi debere cap. 23. 24. 25. 26. 27. & tum sequi debere cap. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. Capiti autem 22. subjungi debere c. 28. Meletianos vel Melitianos ab Athanasio in epistola ad Solitarios non Ἐπικειτιανὸς, ut vulgo legitur, sed πικειτιανὸς cognominari judicat. Cum enim Melitiani ἀπὸ μέλιτος, seu à melle dicerentur, Athanasius eos potius ἀπὸ πικείας, seu amaritudine cognominandos duxit, quasi non melleos, sed felleos diceret. Sed hæc sufficiant.

XXVII. Simili instituto Monachi Benedictini è Congregatione S. Mauri Græca quædam Monumenta sacra pariter & profana colligere Parisiis cœperunt, eaque sub Analectorum nomine ediderunt. Titulus enim primi tomitalis est: *Ana-*

Analecta græca, ſive varia opuſcula græca hactenus non edita. Ex MSS. Codicibus eruerunt, latine verterunt, & notis illuſtrarunt Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri. Tomus primus. Lutetiæ Pariſiorum,

apud { *Viduam Edmundi Martin,* / *Joannem Boudot,* / *& Stephanum Martin,* } *in via Jacobæa ad ſolẽ aureũ.*

Anno MDCLXXXVIII. cum privilegio & Superiorum permiſſu.

Sunt autem analecta primi tomi ſequentia:

Vita S. Euthymii Abbatis, autore *Cyrillo Scythopolitano.*

Vita S. Cyriaci Anachoritæ autore *Symeone Metaphraſte.*

Typicum ſive Regula Monaſterii Gratiaplenæ.

Excerpta ex *Herone* Geometra de Menſuris.

Antiquum rationarium *Auguſti Cæſaris*, & novum rationarium *Alexii Comneni* Imperatoris.

De Menſuris, & Ponderibus, & Notis ea ſignificantibus.

Vita S. Stephani junioris, autore *Stephano* Diacono Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

Hacte-

Digitized by Google

Hactenus autem primus tantum tomus Analectorum istorum Græcorum, quod sciam, prodiit: Quamobrem ad alias Parisienses Patrum bibliothecas pergimus.

XXVIII. Atque hic iterum nobis commemorandus venit Franciscus Combefisius, idem ille, cujus auctaria in bibliothecam P.P. græco-latinam novum & novissimum, item bibliothecam Patrum concionatoriam supra recensuimus. Prodiit enim Parisiis 1664. ejusdem Combefisii *manipulus Originum Constantinopolitanarum*, quo sequentia scripta continentur:

Incerti demonstrationes Chronographicæ, interprete Combefisio.

Constantini Porphyrogennetæ de imagine Christi Edessena ejusque Constantinopolim translatione narratio.

Orientalium epistola synodica ad Theophilum Imperatorem de cultu sanctarum imaginum.

S. Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani dissertatio cum Leone Armeno in causa imaginum.

Theodori Grapti Constantinopoli præclari Confessoris vita: fragmentum ex libro *Theodori Grapti* de inculpata Christianorum fide: *Theophanis* Cantoris, Theodori Grapti germani fratris, canon. *S. Ger-*

Digitized by Google

S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani de Zona S. Mariæ & pueri Jeſu faſciis Encænia.

Incerti Autoris de ædificio templi S. Sophiæ a Juſtiniano Magno Imperatore extructæ.

Procopii Rhetoris de eodem templo S. Sophiæ.

Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani deſcriptio eccleſiæ novæ Baſilicæ à Baſilio Macedone extructæ.

Præmittuntur autem huic græco-latino manipulo Originum Conſtantinopolitanarum *Leonis Allatii* diatriba de Symeonum ſcriptis. *Symeonis Metaphraſtæ* laudatio autore Michaele Pſello. S. Mariæ planctus ipſo *Metaphraſte* autore. Ejusdemque *Symeonis Metaphraſtæ* epiſtolæ aliquot, Leone Allatio ipſo interprete.

Hunc Combefiſianum Originum Conſtantinopolitanarum Manipulum Lambecius Tom. III. bibliothecæ Vindobonenſis p. 126. appellat plagiariam farraginem ex ſuis imprimis laboribus corraſam. Et Tom. IV. p. 70. iterum hunc Manipulum plagiarium Manipulum appellat. Simile judicium Lambecii de Combefiſii Manipulo recurrit Tom. VIII. biblioth. Vindob. p. 462. ubi & varios

Combe-

Digitized by Google

Combefiſii in illo Manipulo errores recenſet. Nimirum cum Combefiſius in notis ſuis ad Manipulum paſſim Lambecii animadverſiones in Codinum, & alterius Anonymi excerpta de origine & antiquitatibus Conſtantinopolitanis perſtringat, Lambecius par pari referre voluit.

XXIX. Veterum aliquot Galliæ Theologorum ſcripta Pariſiis apud Sebaſtianum Nivellium A. 1586. conjunctim prodierunt. Titulus operis eſt:

Veterum aliquot Galliæ Theologorum ſcripta. Quorum nonnulla ex veteribus libris emendatius, aliqua nunc primum eduntur. Pariſiis, apud Sebaſtianum Nivellium, ſub Ciconiis via Jacobæa. M. D. LXXXVI.

Continentur autem in hoc opere:

Peregrini ſeu *Vincentii Lirinenſis* pro catholicæ fidei antiquitate & univerſitate adverſus profanas omnium hæreticorum novitates commonitoria duo.

Phœbadii Aginnenſis Epiſcopi contra epiſtolam ſive edictum ſub nomine Conſtantii Imperatoris emiſſum in Synodo Mediolanenſi liber.

Pars actorum concilii Arelatenſis primi catholici ſub Imperatore Conſtantino.

S. Martini Turonenſis Epiſcopi profeſſio fidei catholicæ de Trinitate. *Fau-*

Digitized by Google

Fausti Regiensis Episcopi ad objecta quædam de ratione fidei catholicæ responsio.

Ejusdem contra Nestorii errorem ad Gregorium Diaconum epistola.

Item de variis quæstionibus ad B. Paulinum.

Et de pœnitentia ad Felicem PP.

Severi Rhetoris & Poëtæ Christiani carmen bucolicum.

Etsi vero, cujus opera hoc veterum Gallicorum Theologorum syntagma adornatum fuerit, non exprimatur, nec præfatio aliqua nos doceat, cujus studio horum Scriptorum vel primam editionem vel emendationem debeamus, memini tamen me alicubi legisse, quod Petrus Pithœus hanc veterum Gallorum Theologorum bibliothecam collegerit.

XXX. Cum *Palladii* Episcopi Helenopolitani *Dialogo de vita Chrysostomi* Emericus Bigotius *Homiliam S. Johannis Chrysostomi in laudem Diodori Tarsensis Episcopi, Acta Tarachi, Probi, & Andronici, Passionem Bonifacii Romani, Evagrium de octo cogitationibus, & Nilum de octo vitiis* græce & latine Parisiis 1680. edidit. Cæterum Bigotius in hac veterum monumentorum collectione etiam Chrysostomi epistolam ad Cæsarium

Digitized by Google

typis exſcribi curaverat. Verum quia Cenſores Pariſienſes in hac Chryſoſtomi epiſtola nonnulla deprehendebant, quæ dogmati transſubſtantiationis adverſari videbantur, hanc epiſtolam loco ſuo movendam & ſupprimendam cenſuerunt, unde & Bigotius præfationem ſuam, in qua mentionem hujus epiſtolæ fecerat, refigere coactus fuit. Qua de re Petrus Allixius in expoſtulatione ſua, quam vocat, libro 12. Anaſtaſii in hexaëmeron præmiſſa, prolixe queritur. Etſi vero Pariſienſes Cenſores hanc Chryſoſtomi epiſtolam ſupprimere anniſi fuerint, Reformati tamen in Belgio & Anglia eam ex tenebris, quibus hactenus damnata fuerat, eruerunt. Edidit enim A. C. 1685. hanc epiſtolam, etſi latine tantum, Stephanus Le Moyne in variis ſuis ſacris. Poſtea A. C. 1686. Theologus quidam Anglus hanc epiſtolam cum præfatione Bigotiana & fragmentis Græcis, quotquot reperiri potuerunt, expoſitioni ſuæ adverſus Meldenſem Epiſcopum Vindiciis Anglice ſcriptis inſeruit. Sequenti quoque anno 1687. Jacobus Basnagius Trajecti ad Rhenum hanc epiſtolam iterum vulgavit. Tandem vero etiam inter Pontificios inventus Johannes Harduinus, qui A. C. 1689. hanc epiſtolam ederet, & in addita diſſertatione

Digitized by Google

tione non dissimularet Bigotianam hujus epistolæ editionem suppressam fuisse. Idem vero Harduinus probare contendit, inanem fuisse illorum trepidationem, qui hanc epistolam transsubstantiationi adversam sibi persvaserint. Candidius ergo agit Harduinus, quam Natalis Alexander, qui seculo XI. & XII. part. 3. p. 571. contendit, Doctores Parisienses epistolam Chrysostomi ad Cæsarium non ideo suppressisse, quod transsubstantiationis dogma ab illa refutari crederent, sed quod hæc epistola cum Palladii dialogo nullam convenientiam haberet, & quod non deessent dubitandi causæ, num hæc epistola Johannem Chrysostomum, an vero, quod Natali Alexandro probabilius videtur, Johannem Jejunatorem, vel etiam Johannem Eleemosynarium autorem habeat.

XXXI. *Justini Martyris* operibus Parisienses Typographi A. C. 1636. *Athenagoræ* apologiam pro Christianis, & ejusdem librum de resurrectione mortuorum, *Theophili Antiocheni* libros tres ad Autolycum contra christianæ religionis calumniatores, *Tatiani* orationem ad Græcos, & *Hermiæ* gentilium Philosophorum irrisionem adjunxerunt; sicut & Franciscus Combefisius *Amphilochii* Iconiensis, *Methodii* Patarensis, & *Andreæ*

Cretenſis opera græce & latine Pariſiis 1644. uno volumine conjunctim edidit, & notis ſuis illuſtravit, ut Philippum Priorium, qui A. C. 1666. *Cypriani* opera, *Minutii Felicis* Octavium, *Arnobii Afri* libros adverſus gentes, *Julii Firmici Materni* tractatum de errore profanarum religionum Pariſiis conjunctim edidit, & alias hujusmodi paucorum Patrum collectiones ab aliis adornatas taceamus.

CAP. IV.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM COLONIENSIBUS.

I.

INter Colonienſes Patrum Bibliothecas primum merito locum occupat, quæ quatuordecim tomis conſtat, & hoc titulo inſignitur:

Magna Bibliotheca veterum Patrum & antiquorum Scriptorum eccleſiaſticorum: primo quidem a Margarino de la Bigne Sorbonico in Academia Pariſienſi Theologo collecta, & tertio in lucem edita; Nunc vero plus quam centum Autoribus, & opuſculis plurimis locupletata, hiſtorica methodo per ſingula ſecula, quibus Scriptores quique vixerunt,

Digitized by Google

xerunt, disposita, & in XIV. Tomos distributa; opera & studio doctissimorum in Alma Universitate Colon. Agripp. Theologorum ac Professorum. Coloniæ Agrippinæ, sumptibus Antonii Hierati, sub signo Gryphi. Anno M. DC. XVIII.

Digeruntur autem Patres & Scriptores veteres hac bibliotheca contenti non juxta certas materiarum classes, qui ordo in Bigneana Patrum Bibliotheca observatus est, sed juxta seculorum, quibus vixerunt, seriem. Primus igitur tomus aliquos primi seculi Scriptores continet, sive revera primo seculo vixerint, sive isto seculo vixisse vulgo credantur. Sunt enim

Primi Tomi contenta:

Aristeæ historia de septuaginta duobus Scripturæ S. Interpretibus ad Philocratem fratrem.

S. Jacobi Fratris Domini Missa ab aliis aucta.

S. Marci Evangelistæ Liturgia.

Hermæ Pastoris libri tres.

S. Prochori narratio de vita & miraculis S. Johannis.

Lini libri 2. de passione Petri & Pauli.

S. Ignatii epistolæ XV. una cum epistolis B. Virginis ad ipsum.

Digitized by Google

S. Polycarpi Martyris epiſtola ad Philippenſes.

S. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti hierarchia, de eccleſiaſtica hierarchia, de divinis nominibus, & epiſtolæ, ex recognitione *Petri Lanſſelii* cum diſputatione ipſius apologetica pro eodem Dionyſio.

S. Martialis Epiſcopi Lemovicenſis epiſtolæ duæ, prima ad Burdegalenſes, altera ad Toloſanos.

Teſtamentum 12. Patriarcharum.

Sibyllarum oracula.

Miſſa *S. Petri.*

Tomo ſecundo ſequentia ſecundi ſeculi monumenta continentur:

Juſtini Philoſophi & Martyris dialogus cum Tryphone Judæo; apologia ad Senatum Romanum; apologia ad Antoninum Pium; oratio parænetica ad Gentes; liber de monarchia; expoſitio fidei, ſeu de recta confeſſione; epiſtola ad Zenam; epiſtola ad Diognetum; liber de quæſtionibus a Chriſtianis Gentibus propoſitis, earumque reſponſionum reprehenſionibus; explicatio quæſtionum, quas Gentes Chriſtianis proponunt; de neceſſariis quibusdam quæſtionibus reſponſiones; quarundam ſententiarum

Digitized by Google

rum Aristotelis reprehensio; & quæstiones quædam Gentibus propositæ. Omnia hæc ex editione Parisiensi, Joach. Perionio interprete.

Melitonis Sardensis Episcopi liber de transitu B. Virginis.

Athenagoræ apologia pro Christianis; & ejusdem liber de resurrectione mortuorum.

Theophili Antiocheni commentaria in 4. Evangelia; Ejusdem contra christianæ religionis calumniatores libri 3. ad Autolicum.

Tatiani oratio contra gentes, & harmonia evangelica.

Tomo tertio continentur sequentia tertii seculi scripta:

Minutii Felicis Romani olim Causidici Octavius, restitutus a Francisco Balduino J.C.

Hippolyti ex Metropolitano Arabiæ Portuensis Episcopi oratio de consummatione mundi, & Antichristo; item excerpta quædam ex libris ejus de Theologia & incarnatione, per Henricum Canisium; Ejusdem homiliæ de Deo trino & uno, & de mysterio incarnationis contra hæresin Noëti, per Ger. Vossium.

Ammonii Alexandrini harmonia evangelica.

Digitized by Google

Gregorii Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis expoſitio fidei brevis; Ejusdem expoſitio alia prolixior; capita 12. de fide, cum anathematiſmo ſingulis ſubjecto; in annunciationem B. Virginis ſermones 3; in S. Theophaniam, ſeu de Chriſti baptiſmo ſermo; de iis, qui in Barbarorum excurſu idolothyta comederunt epiſtola canonica; diſputatio de anima ad Tatianum; metaphraſis in Eccleſiaſten; & in Origenem panegyrica oratio.

Sixti Philoſophi liber ſententiarum, qui Sixto II. Pontifici & Martyri falſo tribuitur.

Dionyſii Alexandrini epiſtola ad eccleſiam Alexandrinam; liber ſeu epiſtola contra Paulum Samoſatenum, cui ſubjungitur epiſtola Epiſcoporum ſynodi Antiochenæ; & epiſtola ad Baſilidem.

Zenonis Veronenſis ſermones.

Victoris Pictabionenſis commentarius in Apocalypſin.

Dorotbei Tyrii ſynopſis de vitis Prophetarum & Diſcipulorum Chriſti.

Arnobii Senioris libri 7. Diſputationum adverſus Gentes.

Lactantii Firmiani divinarum inſtitutionum libri ſeptem; de ira Dei liber; de opificio Dei liber; librorum ſuorum epitome; de

de Phœnice carmen; & de passione Domini carmen.

Methodii Tyri Episcopi homilia de Simeone & Anna, a Pet. Pantino antea edita; item revelationes quædam illi falso tributæ.

Petri Alexandrini canones de pœnitentia.

Quarto seculo sive tomo comprehensa:

Juvenci Presbyteri Hispani historia Evangelica carminice conscripta.

Antonii Magni Abbatis epistolæ septem; sermo brevis de vanitate mundi, & resurrectione mortuorum sub ejusdem nomine a Gerard. Vossio editus.

Pachomii Monachi regula Monachorum ex versione Hieronymi; Ejusdem monita quædam a Vossio edita.

Orsiesis Monachi liber de instructione Monachorum.

Macarii Senioris homiliæ 50. ad Monachos.

Serapionis Episcopi Thmueos liber adversus Manichæos.

Julii Firmici Materni Senioris liber de errore profanarum religionum.

Hermiæ Philosophi Christiani irrisio gentilium Philosophorum.

Digitized by Google

Luciferi Epiſcopi Calaritani opuſcula antea per Joan. Tilium edita.

Victorini Afri libri 4. adverſus Arianos; Ejusdem hymni 3. de Trinitate; & de Machabæis frâtribus carmen.

Phebadii, alias *Sebadii* Agennenſis Epiſcopi liber contra Arianos.

Paciani Barcinonenſis Epiſcopi epiſtolæ tres contra Novatianos; paræneſis ad pœnitentiam; & ſermo ad fideles catechumenos de baptiſmo.

Didymi Alexandrini enarratio in epiſtolas canonicas; item liber contra Manichæos.

Optati Milevitani de ſchiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum Libri 7.

Victoris Antiocheni commentarius in Marcum.

Titi Boſtrenſis commentarius in Lucam; Ejusd. libri 3. contra Manichæos, una cum argumento libri quarti.

Cyrilli Archiepiſcopi Hieroſolymitani Catecheſes; epiſtola ad Conſtantium Imperatorem; & oratio de occurſu Domini, ſive de Simeone Deum ſuſcepturo.

Apollinarii Laodiceni Epiſcopi metaphraſis in Pſalmos verſu heroico.

Andreæ Cæſarienſis Epiſcopi commentarius in Apocalypſin. *Dama-*

Digitized by Google

Damasi Papæ fragmenta ex ejus scriptis.

Faustini Diaconi liber de Trinitate, seu de fide contra Armenos, qui liber etiam sub nomine Gregorii Bætici fuit editus.

Philonis Carpathii commentarius in Cantica Canticorum.

Philastrii Brixiensis Episcopi liber de hæresibus.

Idacii, sive *Ithacii* liber adversus Varimundum.

Cæsarii Gregorii Nazianzeni fratris dialogi quatuor aucti.

Asterii Amasæ urbis Episcopi homiliæ, ex interpretatione Philip. Rubenii.

Theophili Alexandrini scripta, quæ adhuc extant.

Johannis Episcopi Hierosolymitani liber de institutione Monachorum.

Diadochi Episcopi Photices de persecutione spirituali capita 100.

Dorothei Archimandritæ de vita recte instituenda doctrinæ.

Gaudentii Brixiensis Episcopi tractatus aliqui in varia Scripturæ loca.

Chromatii Aquilejensis Episcopi de octo beatitudinibus homilia; Ejusdem homilia in cap. 5. Matthæi & partem 6; & fragmentum in 3. & 4. cap. Matthæi.

Aure

Digitized by Google

Aurelii Prudentii carmina.

Evagrii ex Diacono Constantinopolitano Monachi liber, seu epitome potius libri, de octo vitiosis cogitationibus.

Amphilochii Iconii Episcopi carmen ad Seleucum, quinam Scripturæ libri sint legendi; Ejusdem narratio quædam de muliere, quæ peccata sua in charta conscripserat, & pro venia ad Basilium & Epiphanium recurrebat; homilia de occursu Domini nostri Jesu Christi, & de Deipara, & de Simeone; & homilia in sanctum Sabbathi.

Novati Monachi homilia de humilitate & obedientia.

S. Martini Episcopi Turonensis professio fidei.

Marci Eremitæ scripta varia, quæ sub ejus nomine circumferuntur.

Sophronii Presbyteri fragmentum libri de laboribus SS. Petri & Pauli.

Hegesippi libri 5. de excidio urbis Hierosolymitanæ.

Theophylacti cujusdam fragmentum de risu & vociferationibus.

Timothei Presbyteri Hierosolymitani homilia de propheta Simeone Christum in ulnas accipiente.

Timothei Alexandrini Episcopi responsa ad cano-

Digitized by Google

canonica cum commentariis Balſamonis.

Probæ Falconiæ Virgilio-centones.

Euſebii Vercellenſis Epiſcopi epiſtola de ſtatu ſuo, ad Presbyteros quosdam Italiæ; Ejusdemque libellus facti ad Patrophilum.

Quinto tomo ſive ſeculo comprehenſa parte I.

Maximi Taurinenſis Epiſcopi homiliæ, quæ extant ex editione Romana.

Syneſii ex Philoſopho Epiſcopi Cyrenes opuſcula diverſa ſoluta oratione, & carmine, quæ extant ex editione Dion. Petavii.

Paulini Nolani Epiſcopi epiſtolæ, & alia quædam opuſcula, quæ per Andr. Schottum recenſita, prolegomenis & notis illuſtrata ſunt.

Severi Sulpitii S. Paulini æqualis libri 2. hiſtoriæ ſacræ; de vita S. Martini liber; epiſtolæ; dialogi 3. de virtutibus Monachorum orientalium, & S. Martini.

Q. Julii Hilarionis chronicon.

Severi Rhetoris carmen bucolicum.

Pauli Oroſii libri 7. hiſtoriarum ad B. Auguſtinum.

Cœlii Sedulii Presbyteri Scoti mirabilium divinorum, ſive operis paſchalis libri 4. carminice; Ejusdem argumenti ſoluta oratione libri

Digitized by Google

libri 5; collectanea in epistolas Pauli, & hymnus de vita Christi.

Belisarii Poetæ de Sedulio acrostichis.

Liberii Poetæ de Sedulio acrostichis.

Procli Constantinopolitani epistola de fide ad Armenos; Eadem ex interpretatione Dionysii Exigui; de Domini nostri Jesu Christi nativitate; in transfigurationem Domini; epistola ad Domnum; epistola ad Johannem Episcopum Antiochenum; epistola synodica ad Domnum; tractatus de traditione divinæ Liturgiæ; & oratio in Johannem Chrysostomum.

Eusebii Emisseni, Gallicani Episcopi homiliæ, quas alii putant esse S. Eucherii; His subjunguntur homiliæ in Evangelia totius anni, quæ etiam sub Eusebii Emisseni nomine circumlatæ, videntur tamen ex diversis autoribus ab aliquo collectæ.

Eucherii Lugdunensis liber formularum emendatus ab Andr. Schotto; Item quæ sub ejus nomine feruntur commentaria in Genesin & libros Regum, ex edit. Rom.

Gregentii Archiepiscopi Tephrensis disputatio cum Herbano Judæo, quæ videtur ab alio quodam scripta.

Claudiani Mamerti Presbyteri Viennensis de statu animæ libri 3. qui extant ex recognitio-

gnitione Andr. Schotti; Ejusdem adversus vanos errores liber.

Sidonii Apollinaris opera, quæ extant soluta oratione & carmine, ex recognitione Jac. Sirmondi.

Eudociæ Theodosii Junioris Uxoris Homero-centones de Christo.

Bachiarii epistola de recipiendis lapsis ad Januarium.

Tomi sive seculi V. contenta partis II.

Joannis Cassiani Presbyteri Massilienſis libri 3. de institutis cœnobiorum; de origine & remedio octo principalium vitiorum libri duodecim; de incarnatione Christi contra Nestorium libri septem; & collationis Sanctorum Patrum libri 24. omnia ex recognitione Alardi Gazæi Ord. S. Benedicti Cœnobitæ.

Vincentii Lirinenſis de profanis vocum novitatibus liber.

Socratis historiæ ecclesiasticæ libri 7. ex editione Joh. Christophorsoni, Suffridi Petri, &c.

Hermiæ Sozomeni ecclesiasticæ historiæ libri 9. ex ead. editione.

Isidori Peluſiotæ epistolæ quæ extant, Jacobo Billio Prunæo interprete. *Six-*

Digitized by Google

Sixti III. Papæ liber de divitiis, & malis doctoribus, de caſtitate.

Petri Chryſologi Epiſcopi Ravennatis homiliæ de Dominicis & feſtis aliquot ſolemnioribus totius anni, ex impreſſione Pariſienſi; Ejusdem epiſtola ad Eutychen cum notis Gerardi Voſſii.

Leonis M. Pontif. ſermones de præcipuis ſolennitatibus Domini & Sanctorum; epiſtolæ decretales & familiares ad diverſos ex editione Lovanienſi.

Nili Monachi Conſtantinopolitani capita paræneticа 229. *Ejusd.* de oratione capita 148; liber aſceticus; inſtitutio ad Monachos; adverſus octo primaria vitia orationes octo; breviſ inſtitutio ad Monachos juniores; epiſtolæ duæ bréves; fragmentum ex quodam tractatu parænetico; tractatus de octo vitioſis cogitationibus.

Simeonis Stylitæ Senioris ſermo de ſemper mente complectendo ſuum deceſſum.

Hilarii Arelatenſis epiſtola ad Eucherium; epiſtola brevis ad Auguſtinum; carmen de Geneſi ad Leonem Papam.

Amœni Poëtæ acroſtichis in Leontium, cui præcedit fragmentum Enchiridii utriusque teſtamenti.

Tomi

Tomi ſive ſeculi V. contenta partis III.

Proſperi Aquitanici diverſa opuſcula ſoluta oratione, & carmine ſcripta, ex recenſione Joan. Olivarii.

Arnobii Junioris liber, cui titulus eſt, conflictus Catholici cum Serapione, una cum notis Franciſci Feuardentii; Ejusdem commentarii in Pſalmos, qui ſub nomine Arnobii Senioris circumferuntur, ex emendatione Pariſ. de la Barre.

Theodori Rhaitu commentarius de incarnatione Domini contra Neſtorium & Eutychen.

Salviani Presbyteri, & poſtea Epiſcopi Maſſilienſis, libri 8. de gubernatione Dei; Item epiſtolæ ad diverſos; Et Timotheus ſive libri 4. ad Eccleſiam.

Salonii expoſitio brevis in Proverbia & Eccleſiaſten.

Claudii Marii Victoris Rhetoris Maſſilienſis commentariorum in Geneſin libri 3. Ejusdem carmen de perverſis ſuæ ætatis moribus, ad Salomonem Abbatem.

Baſilii Seleuciæ orationes 43. interprete CL. Dauſqueio Audomario Soc. J. Ejusd. demonſtratio adverſus Judæos de adventu

Chriſti ex interpretatione Franciſci Turriani.

Valeriani Cemelienſis Epiſcopi homiliæ XX. ex editione Jac. Sirmondi; Ejusdem epiſtola ad Monachos.

Fauſti, ſive ut alii legunt, *Fauſtini*, ex Monacho Lirinenſi Epiſcopi Rheginenſis ſermo ad Monachos; Ejusdem exhortatio ad bonam vitam, & profeſſio fidei ad Leontium; de libero arbitrio libri 2; & epiſtolæ ad diverſos.

Ruricii Lemovicenſis Epiſcopi epiſtolarum ad diverſos libri 2. ex editione Henr. Caniſii.

Deſiderii Cadurcenſis epiſtolarum ad diverſos liber ex editione ejusd. Henr. Caniſii.

Theoduli Presbyteri in Cœleſyria & poſtea Epiſcopi commentaria in epiſtolas Pauli.

Nemeſii Emiſſeni Epiſcopi liber de natura hominis.

Æneæ Gazæi dialogus de animarum immortalitate, & corporum reſurrectione, ſive Theophraſtus.

Antonii Epiſcopi Conſtantienſis epiſtola conſolatoria ad Arcadium quendam a Genſerico Gothorum Rege in exilium actum.

Agnelli Epiſcopi Ravennatenſis epiſtola ad Armenium de ratione fidei.

Dre-

Digitized by Goog

Drepanii Flori carmina quædam.

Cerealis Episcopi Castalensis liber contra Maximum Arianum.

Victoris Uticensis de persecutione Wandalica libri.

Gelasii Papæ, ut quidam putant, liber de duabus in Christo naturis.

Gildæ Sapientis de excidio Britanniæ liber; Ejusdemque reprehensio ad clerum Britanniæ.

VI. Pertinent etiam ad Colonienſes Patrum bibliothecas epiſtolæ Auguſtales antiquæ, de rebus fidei generalisque concilii A. 1526. a Johanne Cochlæo collectæ, item collectio veterum Scriptotum, qui de divinis officiis ſcripſerunt, per Hiltorpium Coloniæ A. 1568. edita, de qua, cum etiam Romæ prodierit, in capite de Romanis Patrum bibliothecis agam, item homiliæ veterum Doctorum ab Alcuino collectæ, & Coloniæ A. C. 1539. editæ, de quibus in capite de Lugdunenſibus Patrum bibliothecis agetur.

CAP. V.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM LUGDUNENSIBUS.

I. Inter Lugdunenſes Patrum bibliothecas primum haud immerito locum occupat, quæ A. C. 1677. apud Aniſſonios in XXVII. tomos diſtributa prodiit, & ob hanc tomorum multitudinem Maxima dicitur. Talis enim eſt ejus titulus:

Digitized by Google

Maxima Bibliotheca veterum Patrum, & antiquorum Scriptorum Eccleſiaſticorum, primo quidem a Margarino de la Bigne, in Academia Pariſienſi Doctore Sorbonico, in lucem edita. Deinde celeberrimorum in Univerſitate Colonienſi Doctorum ſtudio plurimis Autoribus, & opuſculis aucta, ac hiſtorica methodo per ſingula ſecula, quibus Scriptores quique vixerunt, diſpoſita. Hac tandem editione Lugdunenſi ad eandem Colonienſem exacta, novis ſupra centum Autoribus & opuſculis hactenus deſideratis locupletata, & in Tomos XXVII. diſtributa. Huic etiam editioni acceſſerunt indices quatuor præclari, in hac tam multiplicium Scriptorum vaſtiſſima collectione verè faces, &, ut quis ad ipſorum lectionem introducatur, utiliſſimi, imo omnino neceſſarii: I. Autorum alphabeticus, ipſorum ætates & ſcripta indicans. II. Claſſicus, Autores per materias de quibus egerunt exacte diſtribuens. III. Synopſis appellatus, operum omnium Autorum analyſin continens, & argumenta exhibens. IV. Generalis materiarum amplisſimus.

Et primus quidem Tomus tres ex quatuor illis promiſſis indicibus exhibet, nempe I. Alphabeticum Autorum, qui ipſorum ætates

tes & ſcripta indicat, 2. Claſſicum, qui Autores per materiarum claſſes, de quibus agunt, diſtribuit, & in novem claſſes diſpeſcit, & 3. generalem materiarum ampliſſimum. Quartus autem, qui in titulo operis generali tertio loco ponitur & appellatur: *Synopſis operum omnium Autorum analyſin continens & argumenta exhibens*, ſeorſim poſtea ſub *apparatus* titulo prodire cœpit, de quo infra plura dicenda erunt. Præfationem primo huic tomo adjecit Philippus Deſpont Presbyter Pariſienſis & Theologiæ Doctor, in qua Lugdunenſem hanc bibliothecam vel eo nomine Colonienſi præſtantiorem eſſe notat, quod in hac Lugdunenſi Autorum & Opuſculorum non exigua copia acceſſerit, & Colonienſium de Autoribus obſervationes pluribus novis ex Labbeo, Voſſio, Miræo, aliisque recentioribus locupletatæ fuerint, & Autores quidam antehac mutili ex melioribus editionibus integritati ſuæ reſtituti nunc compareant. Omiſſa tamen ſunt in Lugdunenſi hac PP. bibliotheca nonnulla, quæ in Colonienſi extant, nempe opuſcula Hincmari, quæ in hac bibliotheca repetere non placuit, cum Sirmondus integra Hincmari opera duobus tomis jam ediderit, item duæ Theophanis Ceramei homi-

Digitized by Google

liæ, quæ cum integris ejus operibus Pariſiis 1644. lucem publicam aſpexerunt. Omiſſus quoque Dacrianus, quem Colonienſes a Bignæo decepti ad octavum ſeculum retulerant, cum ſub nomine illo Dacriani Ludovicus Bloſius lateat, Scriptor recentior, & Taulero, e quo multa mutuatus eſt, poſterior. Omiſſus quoque Idiota Scriptor itidem recentior & ficti nominis, quem Raymundum Jordanum eſſe Theophilus Raynaudus, & alii prodiderunt. Fruſtra quoque in hac Lugdunenſi PP. bibliotheca quæſiveris S. Franciſci opera, quia ejus opuſcula ex recens iterata editione a quovis facile obtineri poterant. Præterea opuſcula, quæ in Colonienſi Patrum bibliotheca ſub Theodori Agiopolitani, Amœni Poëtæ, Victoris Africani, & Neropii nominibus extant, in hac Lugdunenſi bibliotheca veris ſuis autoribus, nempe Theodoro Abucaræ, Prudentio, Eugenio Carthaginenſi, & Paulino reddita fuerunt.

TOMUS II.

In duas partes diviſus eſt, quorum *prior* exhibet Scriptores ſeculi I. Sunt autem:

S. Jacobi Fratris Domini Miſſa ab aliis aucta.

S. Marci Evangeliſtæ Liturgia.

S. Pe-

S. Petri Apoſtoli Miſſa, a Guillelmo Lindano edita.

S. Barnabæ Apoſtoli epiſtola catholica juxta interpretationem Hug. Menardi.

Hermæ Paſtor, ſive paſtorales libri 3.

S. Procbori narratio de vita & miraculis S. Johannis.

S. Lini libri 2. de paſſione Petri & Pauli.

S. Ignatii epiſtolæ, una cum epiſtola B. Virginis ad ipſum, cum ſcholiis Hieronymi Vairlenii. Ejusdem *Ignatii* epiſtolæ non interpolatæ, ex interpretatione veteri latina, quibus conjuncta eſt nova epiſtola *Mariæ Caſſabolititis* ad ipſum Ignatium.

S. Polycarpi Martyris epiſtola ad Philippenſes, cum quibusdam Polycarpi fragmentis.

S. Martialis Epiſcopi Lemovicenſis, cognomento *Cephæ*, epiſtolæ duæ.

Dionyſii Areopagitæ opera cum ſcholiis *S. Maximi*, & paraphraſi *Georgii Pachymeræ*, ex interpretatione Balthaſaris Corderii. Præmiſſa eſt P. Halloix apologia pro iisdem operibus autori ſuo vindicandis.

S. Clementis Romani Epiſcopi & Martyris libri X. Recognitionum, cum præfatione Lamberti Gruteri Venradii.

Sequitur appendix ad ſeculum I. exhibens:

Ariſteæ hiſtoriam de LXXII. Interpretibus.

Teſtamenta duodecim Patriarcharum.

Sibyllarum Oracula, cum earundem fragmentis ex variis autoribus collectis.

Caſparis Varrerii cenſuram in Beroſum, Manethonem, & alios Autores ab Annio Viterbienſi editos.

Poſterior pars Tomi ſecundi continet opera Autorum ſeculi ſecundi, qualia ſunt:

Juſtini Philoſophi & Martyris opera.

Athenagoræ Philoſophi Chriſtiani apologia pro Chriſtianis; Ejusdem de reſurrectione mortuorum liber.

Theophili Antiochenſis Eccleſiæ Patriarchæ Commentaria in 4. Evangelia; Ejusdem contra calumniatores chriſtianæ religionis libri 3. ad Autolycum.

Tatiani Aſſyrii oratio contra gentes; Ejusdem SS. Evangeliorum Diateſſaron i. e. unum ex quatuor.

Melitonis Sardicenſis Epiſcopi liber de tranſitu B. Virginis.

Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis libri 5. adverſus hæreſes, ex recognitione Franciſci Feuardentii, cum ejusdem fragmentis.

TOMUS III.

Complectitur opera Patrum ſeculi tertii, qualia ſunt: *Cle-*

Digitized by Google

Clementis Alexandrini opera, ex editione Gentiani Herveti, & recognitione Dan. Heinſii; Tractatus, *Quis dives ſalutem conſequi poſſit*, cum aliquot ejusdem fragmentis, interprete Combefiſio.

Minutii Felicis Octavius, ex recognitione Nicolai Rigaltii, & cum prolegomenis Franciſci Balduini.

Hippolyti Portuenſis Epiſcopi oratio de conſummatione mundi & Antichriſto; Ejusdem excerpta quædam ex libris de Theologia & incarnatione per Henricum Caniſium; Homilia de Deo trino & uno, & de myſterio incarnationis contra hæreſin Noëtii, per Gerardum Voſſium; Et tractatulus de XII. Apoſtolis, ex editione Franc. Combefis.

Ammonii Alexandrini harmonia in IV. Evangelia, cum *Victoris* Epiſcopi Capuani præfatione.

Gregorii Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis opuſcula varia. Adjectæ ſunt ad epiſtolam canonicam Balſamonis explicationes.

Sixti II. Pontif. ſive potius *Sexti* Philoſophi liber ſententiarum.

Dionyſii Alexandrini epiſtola contra Paulum Samoſatenum, cum notis Franc. Turriani, & indiculo deperditorum Dionyſii

operum. Huic epiſtolæ ſubjungitur alia Epiſcoporum Synodi Antiochenæ, item epiſtola ad Baſilidem de Dominica reſurrectione & Paſchalis jejunii termino, cum Commentariis Balſamonis.

Zenonis Veronenſis ſermones, quibus vita ejusdem Zenonis præfigitur.

Victorini Pitabionenſis commentarius in Apocalypſin.

Dorothei Presbyteri Synopſis de vita & morte Apoſtolorum, Prophetarum, & diſcipulorum Chriſti.

Arnobii Afri libri 7. adverſus Gentes, cum notis Variorum.

Lactantii Firmiani opera, cum notis Michaelis Thomaſii.

Methodii Tyri Epiſcopi, cognomento *Eubuli*, opera, ex recognitione Franc. Combefiſii & P. Poſſini. Adjectæ ſunt quaſi ejusdem Methodii revelationes de rebus, quæ ab initio mundi contigerunt, & deinceps contingere debent.

Iſaaci converſi Judæi liber fidei de S. Trinitate & incarnatione Domini.

TOMO IV.

Continenter Patres ſeculi quarti, nempe:

Euſebii Pamphili CæſarienſisEpiſcopi opuſcula 14. ex editione Jacobi Sirmondi.

Ju-

Juvenci Presbyteri Hiſpani hiſtoria Evangelica carmine conſcripta.

S. Antonii Magni Abbatis epiſtolæ ſeptem, & ſermo de vanitate mundi & reſurrectione mortuorum, a Gerar. Voſſio editus.

Pachomii Monachi Regula Monachorum ex verſione Hieronymi; Item monita quædam a Voſſio edita.

Oreſieſis Monachi liber de inſtitutione Monachorum.

Macarii Senioris homiliæ 50. ad Monachos.

Serapionis Epiſcopi Thmueos liber adverſus Manichæos.

Julii Firmici Materni liber de errore profanarum Religionum.

Hermiæ Philoſophi Chriſtiani irriſio Gentilium Philoſophorum.

Luciferi Calaritanæ Eccleſiæ Epiſcopi Opuſcula edita per Joannem Tillium, cum ejusdem ſcholiis.

Victorini Afri opuſcula varia, ex editione Jac. Sirmondi.

Phœbadii alias *Sebadii* Agenni in Gallia Epiſcopi liber contra Arianos.

Paciani Barcinonenſis in Pyrenæi jugis Epiſcopi epiſtolæ 3. contra Novatianos; Paræne-

Digitized by Google

ræneſis ad pœnitentiam, & ſermo ad fideles Catechumenos de baptiſmo.

Didymi Alexandrini enarratio in epiſtolas canonicas; Ejusdemque liber contra Manichæos.

Optati Milevitani Epiſcopi de ſchiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum libri 7. cum additione ad librum tertium, ex Fr. Balduini recognitione.

Victoris Antiocheni Commentarius in Marcum.

Titi Boſtrenſis commentarius in Lucam; Ejusdem libri 3. contra Manichæos una cum argumento libri quarti, interprete Peltano; Item homilia in Ramos palmarum, editore Fr. Combefiſio.

Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymitani Catecheſes, interprete Joanne Grodecio; Ejusdem epiſtola ad Conſtantium Imperatorem, & oratio de occurſu Domini, ſive de Simeone Deum ſuſcepturo.

TOMO V.

Continentur adhuc Patres ſeculi quarti, nempe:

Apollinarii Laodiceni Epiſcopi Metaphraſis in Pſalmos verſu heroico.

Andreæ Cæſarienſis Epiſcopi commentarius in Apocalypſin.

Damaſi

Digitized by Google

Damaſi Rom. Pont. aliquot Sanctorum elogia.

Fauſtini Diaconi ſeu Presbyteri liber de Trinitate, ſeu de fide contra Arianos. Acceſſit libellus precum ad Imperatores, cum reſcripto Theodoſii, editus primùm a Sirmondo.

Philonis Carpathii Commentarius in Cantica.

Philaſtrii Brixienſis Epiſcopi liber de hæreſibus.

Idacii, ſive *Ithacii Clari* Epiſcopi Hiſpani liber adverſus Varimadum Arianum.

Cæſarii Gregorii Nazianz. fratris dialogi quatuor ab alio aliquo aucti.

Aſterii Amaſæ Urbis Epiſcopi homiliæ duodecim, cum fragmentis aliorum ejusdem operum, ex interpretatione Combefiſii.

Theophili Alexandrini opuſcula.

Johannis Epiſcopi Hieroſolymitani liber de inſtitutione Monachorum.

Diadochi Epiſcopi Photices de perfectione ſpirituali capita centum.

Dorothei Archimandritæ de vita recte inſtituenda doctrinæ.

Gaudentii Brixienſis Epiſcopi tractatus aliquot in varia Scripturæ loca.

Chromatii Aquilejenſis Epiſcopi homiliæ duæ

Digitized by Google

duæ in caput V. Matthæi & partem ſexti, una cum fragmentis in III. & IV. cap. Matthæi.

Aurelii Prudentii opera.

Amphilochii Epiſcopi Iconii octo homiliæ, carmen ad Seleucum, & plurima excerpta, ex recenſione Franciſci Combefiſii.

Novati Monachi cujusdam homilia de humilitate & obedientia.

S. Martini Epiſcopi Turonenſis profeſſio fidei.

Marci Eremitæ opuſcula novem.

Sophronii Presbyteri fragmentum ex libro de laboribus Petri & Pauli.

Hegeſippi de excidio urbis Hieroſolymitanæ libri 5.

Theophylacti cujusdam fragmentum de riſu & vociferationibus.

Timothei Presbyteri Hieroſolymitani homilia de Propheta Simeone Chriſtum in ulnas accipiente.

Timothei Alexandrini Epiſcopi reſponſa quædam canonica cum commentariis Balſamonis.

Probæ Falconiæ Virgilio-centones.

Euſebii Vercellenſis Epiſcopi epiſtola de ſtatu ſuo ad Presbyteros quosdam Italiæ, & libellus facti ad Patrophilum.

Severiani Gabalorum Epiſcopi tractatus in

in vivificam crucem, ex editione Franc. Combefis.

Evagrii Pontici liber de octo vitiosis Cogitationibus.

TOMO VI.

Comprehenditur *prima pars* Patrum seculi quinti, scilicet:

Maximi Taurinensis Episcopi homiliæ.

Tichonii liber septem regularum ab Andr. Schotto recognitus.

Synesii Episcopi Cyrenes diversa opuscula soluta oratione & carmine, ex editione Dionysii Petavii.

Paulini Episcopi Nolani epistolæ & alia opuscula, ex recognitione Rosueidi & Ducæi, cum adjectis aliquot novis epistolis, & quarundam præcedentium restitutione juxta observationes Franc. Chiffletii in suo Paulino illustrato.

Benedicti Paulini Petricordii Nolani Episcopi libri 6. de vita S. Martini metro scripti, & alia quædam.

Sulpitii Severi opera omnia præmissa vita ejus per Gerhardum Joh. Vossium.

Q. Julii Hilarionis Chronicon.

Severi Rhetoris carmen bucolicum.

Pauli Orosii Presbyteri Tarraconensis in Hispa-

Digitized by Google

Hiſpania libri 7. hiſtoriarum ad Auguſtinum; Item liber apologeticus de arbitrii libertate.

Cœlii Sedulii Presbyteri mirabilium divinorum ſive operis Paſchalis libri quatuor carmine; Item ejusdem argumenti ſoluta oratione libri 5. & hymnus de vita Chriſti. Accedunt collectanea in epiſtolas Pauli, quæ alias eidem Sedulio tribuuntur.

Peliſarii Poëtæ de Sedulio Acroſtichis.

Liberii Poëtæ de Sedulio Acroſtichis.

Procli Archiepiſcopi CPtani opuſcula omnia, ex correctione Combefiſii.

Euſebii Emiſſeni Epiſcopi Gallicani homiliæ, ex recognitione And. Schotti; Quibus ſubjunguntur homiliæ in Evangelia totius anni, quæ ſub Euſebii Emiſſeni nomine circumferuntur.

Eucherii Archiepiſcopi Lugdunenſis Opuſcula omnia, ex emendatione Andr. Schotti. Accedunt commentaria in Geneſin & in libros Regum eidem adſcripta, ex editione Romana.

Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis diſputatio cum Herbano Judæo.

Claudiani Mamerti, aliis *Mamerci*, Presbyteri Viennenſis libri tres de Statu animæ, quibus præmittitur *Fauſti* Reienſis Epiſcopi liber, quem confutat, ex recognitione Andreæ

Digitized by Google

dreæ Schotti. Accedit ejusdem carmen adversus vanos errores.

C. Sollii Apollinaris Sidonii Arvernorum Episcopi Opera, ex Jac. Sirmondi recognitione.

Eudociæ Imperatricis Homero-Centones de Christo.

Bachiarii epistola de recipiendis lapsis.

TOMO VII.

Comprehenditur *pars secunda* Patrum seculi V. nimirum:

Leporii Presbyteri libellus emendationis sive satisfactionis confessionem fidei catholicæ de mysterio incarnationis continens, cum epistola Episcoporum Africæ ad Gallicanos directa, ex editione Jac. Sirmondi.

Capreoli Episcopi Carthaginensis epistola de una Christi veri Dei & hominis persona contra hæresin Nestorii, ex editione Sirmondi. Cui præmittitur alia epistola Hispanorum Episcoporum *Vitalis* & *Constantii*.

Anonymi breviarium fidei adversus Arianos, ex edit. Sirmondi.

Joannis Cassiani opera omnia, ex recognitione Alardi Gazæi.

Vincentii Lerinensis Presbyteri & Monachi commonitorium adversus profanas hæreticorum novitates.

Digitized by Google

Socratis Novatiani hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri ſeptem, ex editione Joannis Chriſtophorſoni.

Hermiæ Sozomeni libri 9. hiſtoriæ eccleſiaſticæ ex eadem editione.

Iſidori Peluſiotæ epiſtolarum libri quinque, quorum tres priores ex Jacobi Billii Prunæi, quartus ex Conradi Rittershuſii, & quintus ex And. Schotti interpretatione prodeunt. Præmittuntur operi ſummæ & novi tituli epiſtolarum, quos confecit Rittershuſius.

Sixti III. Rom. Pont. liber de divitiis, liber de caſtitate, & epiſtola de malis doctoribus, quæ perperam quidem eidem tribuuntur.

Petri Chryſologi Epiſcopi Ravennatis homiliæ de Dominicis, & feſtis aliquot ſolemnioribus totius anni numero 176. inter quas tamen ſunt aliquæ, quæ non ſunt Chryſologi; Ejusdem epiſtola ad Eutychen, cum notis Gerardi Voſſii.

Leonis Magni Pont. ſermones de præcipuis ſolemnitatibus Domini & Sanctorum; Ejusdem epiſtolæ decretales & familiares ad diverſos; Item tractatus adverſus errores Eutychetis & aliorum hæreticorum.

Nili Abbatis opuſcula varia.

Simeonis Senioris, dicti *Stylitæ*, ſermo de ſemper mente complectendo ſuum diſceſſum.

Hilarii Arelatenſis hiſtoria Geneſeos heroico carmine deſcripta; Præfiguntur epiſtolæ duæ, quæ alterius Hilarii ſunt.

Idacii ſive *Ithacii* Epiſcopi Chronicon ex editione Jac. Sirmondi, cui adjuncti ſunt faſti conſulares.

TOMO VIII.

Patrum Seculi V. *pars tertia* comprehenditur, nempe:

Proſperi Aquitanici Epiſcopi Rhegienſis opuſcula diverſa ſoluta oratione & carmine ſcripta, ex recognitione Johannis Olivarii; Ejusdem ſive *Proſperi* Tyronis Chronicon, ex editione Henr. Caniſii.

Arnobii Junioris conflictus Catholici cum Serapione, cum notis Franc. Feuardentii; Ejusdem commentarii in Pſalmos, ex editione Laurentii de la Barre, cum adjuncta ejusdem præfatione: Item ejusd. vel alterius Arnobii annotationes in aliquos Evangeliſtarum locos.

Theodori Presbyteri in Cœnobio Raithu commentarius de incarnatione Domini contra Neſtorium & Eutychen.

Salviani Maſſilienſis libri octo de guber-

Digitized by Google

natione Dei; Ejusdem epistolæ ad diversos; item Timotheus sive libri 4. ad Ecclesiam, omnia ad emendationem Stephani Baluzii.

Salonii Episcopi Viennensis Galliarum expositio mystica in Parabolas Salomonis & Ecclesiasten per dialogum.

Claudii Marii Victoris al. *Victorini* libri 3. carminum seu Commentariorum in Genesin; Ejusdem epistola seu carmen de perversis ætatis suæ moribus ad Salomonem Abbatem.

Basilii Seleuciæ in Isauria Episcopi Orationes 44. interpretibus Claudio Dausqueio & Francisco Combefisio, tres tamen ex illis nempe 40. 41. & 43. *Joanni Chrysostomo* tribuuntur. Item demonstratio adversus Judæos de adventu Christi, ex interpretatione Francisci Turriani.

Valeriani Cemelienſis Episcopi homiliæ XX. ex editione Jac. Sirmondi; Ejusdem epistola ad Monachos.

Fausti sive *Faustini* Episcopi Rhegiensis Opuscula omnia.

Ruricii Senioris Episcopi Lemovicensis epistolarum libri 2. ex editione Henrici Canisii.

Desiderii Cadurcorum Episcopi liber epistolarum ad diversos, cum aliis ad ipsum datis, ex edit. Canisii.

Theo-

Theoduli vel *Theodoti* Episcopi in Cœlesyria commentarius in epistolam Pauli ad Romanos, qui est tantum compendium Catenæ Græcorum Patrum ab Oecumenio collectæ, interprete Joanne Lonicero.

Nemesii Episcopi Emeseni liber de natura hominis.

Æneæ Gazæi dialogus de animarum immortalitate & corporum resurrectione, qui ab ipso vocatur Theophrastus.

Antonii Honorati Episcopi Constantiensis epistola consolatoria & ad labores pro Christo ferendos exhortatoria.

Agnelli Episcopi Ravennatensis epistola ad Armenium de ratione fidei.

Drepanii Flori carmina quædam.

Cerealis Castulensis Episcopi liber de fide S. Trinitatis adversus Maximinum Arianorum Episcopum.

Victoris Vitensis Episcopi libri 5. de persecutione Vandalorum in Africa sub Geiserico & Hunnerico Arianis Regibus, cum appendice de 7. Martyribus, ex recognitione Franc. Chiffletii; inserta est professio fidei Catholicorum Episcoporum, nec non notitia Episcoporum Africæ.

Eugenii Episcopi Carthaginis expositio fidei catholicæ Hunnerico Vandalorum Regi

Digitized by Google

oblata, qui liber eſt tertius ex quinque libris Victoris Vitenſis. Accedit ejusdem excerptum ex Gregorio Turonenſi.

Gelaſii Papæ liber de duabus in Chriſto naturis.

Gildæ Sapientis liber de excidio Britanniæ, item reprehenſio ad Clerum Britanniæ.

Vigilii Tapſenſis Epiſcopi opuſcula varia, ex recenſione Franc. Chiffletii.

Paſchaſii R. E. Cardinalis Diaconi libri 2. de ſpiritu S. adverſus Macedonium.

Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi homiliæ 46. Item Regulæ duæ, una pro Sanctimonialibus altera pro Monachis: Præmiſſæ ſunt epiſtolæ tres ejusdem Cæſarii.

Tetradii Cæſarii hujus Nepotis regula pro Monachis Cæſario dictante ſcripta.

Paterii ſeu *Patritii* legatio ad Hibernos.

Orienſii ſive *Orenſii* Illiberitani Epiſcopi commonitorium carmine ſcriptum, & notis Mart. Delrio illuſtratum.

Remigii Lugdunenſis Epiſcopi explanationes epiſtolarum S. Pauli.

Eleutherii Tornacenſium Epiſcopi ſermones, & alia quædam, ex editione Andreæ Schotti.

TOMO. IX.

Continetur *pars prima* opuſculorum Patrum ſeculi VI. nempe. *S. Ful-*

S. Fulgentii Episcopi Ruspensis Opera omnia, ex recognitione Jacobi Sirmondi, Franc. Chiffletii, & Theophili Raynaudi, quibus Raynaudus censuram inofficiosæ censuræ addidit. Sequuntur etiam ejusdem 13. fragmenta.

Petri Diaconi, & aliorum in causa fidei a Græcis ex Oriente Romam missorum liber de incarnatione & gratia D. N. Jesu Christi.

Ennodii Episcopi Ticinensis Opera, ex editione Jacobi Sirmondi, una cum præfixo indice & compendio vitæ ejus.

Nonni Panopolitani paraphrasis Evangelii secundum Johannem.

Rustici Helpidii sive *Helfridii* historiæ quædam V. ac N. Testamenti carmine scriptæ, item carmen de beneficiis Christi.

Turcii Rufi Collatio V. ac N. Testamenti carmine.

Laurentii Novariensis Episcopi homiliæ duæ, una de pœnitentia, altera de Eleemosyna.

Fulgentii Ferrandi Ecclesiæ Carthaginensis Diaconi opera, cum prolegomenis Francisci Chiffletii.

Cresconii seu *Cristonii* Episcopi Africani breviarium canonum breviario Ferrandi adjunctum.

Digitized by Google

Marcellini Comitis Illyricani Chronicon, auctius opera Jac. Sirmondi.

Joannis Maxentii Presbyteri Antiocheni opuſcula varia.

Alcimi Aviti Viennenſis Epiſcopi opuſcula, vel primum edita, vel inſtaurata ſtudio Jac. Sirmondi, cujus notæ etiam additæ ſunt.

S. Benedicti Regula Monachorum, epiſtola ad Remigium, ſermo in morte Placidi, ſermo in deceſſu Mauri & Sociorum, epiſtola ad Maurum, ordo qualiter in Monaſterio converſari oportet, cum ordine profitendi ſub Regula S. Benedicti.

Leontii Byzantini Opuſcula. Acceſſit huic editioni ejusdem Leontii homilia, interprete Franc. Combefiſio.

Dracontii Presbyteri Hiſpani hexameron, ſeu opus ſex dierum carmine heroico; Ejusdem elegia ad Theodoſium Imperatorem Juniorem, ex editione Sirmondi.

Juſti Orgelitani Epiſcopi commentaria in Cantica Canticorum.

Aretæ Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi explanatio in Apocalypſin concinnata ex commentariis Andrea Cæſarienſis Cappadociæ Epiſcopi.

Agapeti Magnæ Eccleſiæ CPtanæ Diaconi ad

Digitized by Google

ni ad Juſtinum Imperatorem jam coronatum parænetica oratio.

Zachariæ Mitylenenſis Epiſcopi ſyntagma adverſus Manichæorum duo principia, item de univerſitatis procreatione contra mundi & materiæ æternitatem.

Anaſtaſii Sinaitæ Epiſcopi Antiocheni Viæ dux; Anagogicarum contemplationum in Hexameron libri XI. Orationes quinque; Item aliæ ſex orationes interprete Combefiſio; Quæſtiones variæ & reſponſiones de variis argumentis 154. cum auctario.

TOMO X.

Patrum ſeculi VI. *pars ſecunda* continetur, ſcilicet:

Facundi Hermianenſis Epiſcopi libri 12. pro defenſione trium Capitulorum Concilii Chalcedonenſis ad Juſtinianum Imp. cum Jac. Sirmondi notis. Additus eſt alius Facundi liber contra Mutianum Scholaſticum.

Aratoris R. E. Subdiaconi Actus Apoſtolorum heroico carmine deſcripti. Ejusdem epiſtola ad Parthenium.

Primaſii Epiſcopi Adrumetini Commentaria in Epiſtolas Pauli ex Ambroſio, Hieronymo & Auguſtino collecta; Ejusdem commentarius in Apocalypſin.

Digitized by Google

Junilii Episcopi Africani ad Primasium de partibus divinæ legis libri 2.

Rustici E. R. Diaconi disputatio contra Acephalos.

Martini Dumiensis Episcopi liber de 4. virtutibus cardinalibus, sive formula honestæ vitæ, item liber de moribus, & carmina quædam.

Joannis Climaci scala, cui adjunctus est libellus ejusdem de officio Pastoris; Ad ejus elucidationem addita sunt scholia tum *Joannis* Abbatis de Raithu, tum alterius cujusdam Anonymi: Omnia ex interpretatione Matthæi Raderi. Præfixa est initio operum Vita ejus *a Daniele* Monacho conscripta cum Variorum elogiis, nec non epistola Joannis Abbatis de Raithu, & Joannis Climaci ad eundem responsione.

Joannis Abbatis de Raithu commendatio Climaci, cujus rogatuscalam conscripsit.

Venantii Fortunati, Pictaviensis Episcopi carminum, epistolarum & expositionum libri XI; De vita S. Martini libri IV; De excidio Thuringiæ liber; Ad Justinum Junio-rem Imperatorem liber; Ad Artachum liber. Quæ omnia extant ex editione Christophori Broweri, cum vita Fortunati per eundem Browerum edita.

An-

Digitized by Google

Andreæ Hierosolymitani Cretensis Archiepiscopi Orationes, selecti Canones & Triodia, ex interpretatione Franciſci Combefis.

TOMO XI.

Patrum seculi VI. *pars tertia* continetur, nempe:

Gregorii Florentis seu *Florentii* Episcopi Turonensis de gestis Francorum libri 10. cum appendice; de gloria Martyrum & Confessorum libri tres; de miraculis S. Martini libri 4; De vitis Patrum liber, & de 7. Dormientibus liber.

Fredegarii Scholastici chronicon hactenus nomine appendicis ad Gregorium vulgatum.

Evagrii Scholastici libri 6. historiæ ecclesiasticæ.

Isaaci Syri Monachi liber de contemptu mundi.

Chrysippi Presbyteri Hierosolymitani sermo de S. Maria Deipara.

Anastasii Prtriarchæ Antiocheni compendiaria fidei orthodoxæ explicatio, quæ sub nomine Anastasii & Cyrilli extat.

S. Galli Abbatis sermo in consecratione Joannis Episcopi Constantiensis.

Jornandis sive *Jordani* Episcopi Ravennæ Epi-

Epitome Geticæ hiſtoriæ; item de Regnorum & temporum ſucceſſione.

Evantii Abbatis epiſtola contra eos, qui ſanguinem immundum, carnem vero mundam eſſe dicunt.

Sedati Epiſcopi Biterrenſis homilia de Epiphania.

M. Aurelii Caſſiodori opera, cum D. Forn. & Broſſei notis.

TOMO XII.

Patres & opuſcula ſeculi VII. comprehenduntur. Sunt autem:

S. Columbani Scoti Abbatis Bobienſis opuſcula per Patritium Flemingum edita.

Ailerani Scoto Hiberni cognomento *Sapientis* interpretatio myſtica progenitorum Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex eadem Patr. Flemingi editione.

Cumeani Scoto-Hiberni Abbatis Hienſis liber de pœnitentiarum menſura, cum ejusdem Flemingi notis.

Eulogii Patriarchæ Alexandrini homilia in feſtum Palmarum, interprete Combefiſio.

Iſichii ſive *Heſychii* Epiſcopi Hieroſolymitani libri 7. in Leviticum; Ejusdem ſermones duo de B. Virgine; ſermo de reſurrectione Domini, cum fragmento; ſermo de S. Andrea, & alius de S. Jacobo fratre Domini.

mini. Sub Heſychii Presbyteri nomine hic etiam extat ſermo de temperantia & ratione reluctandi & precandi.

Sophronii Epiſcopi Hieroſolymitani orationes 4. de natali Domini, de Angelis, in exaltationem & adorationem S. crucis.

Honorii I. Papæ epigramma de aſcenſione Domini, & de Apoſtolis obſtupeſcentibus.

Antiochi Monachi in Laura S. Sabæ homiliæ variæ; Ejusdem exomologeſis; item tractatus ad Euſtathium de vitioſis cogitationibus.

Leontii Epiſcopi Neapoleos in Cypro fragmentum ex libro contra Judæos; Ejusdem orationes duæ, 1. in Simeonem qui Chriſtum in ulnas ſuſcepit, 2. in feſtum mediæ Pentecoſtes, interprete Franciſco Combefiſio.

Eligii Epiſcopi Noviomenſis homiliæ 16.

Petri Laodicenſis expoſitio in orationem Dominicam.

Georgii Piſidæ CPtanæ eccleſiæ Diaconi opus ſex dierum, & Poëmatium de vanitate vitæ, interprete Frederico Morello.

Thalaſſii Monachi ad Paulum Presbyterum de ſincera charitate ac vera continentia, nec non de regimine mentis hecatontides quatuor.

Euge-

Digitized by Google

Eugenii Junioris Episcopi Toletani Poëmata, ex recognitione Jac. Sirmondi.

Berengosi Abbatis de inventione crucis libri tres; de mysterio ligni Dominici, & de luce visibili ac invisibili liber; Item sermones varii.

Esaiæ Abbatis homiliæ 29. ad fratres cum quibus vivebat.

Theophridi Abbatis sermones 2. de Sanctorum reliquiis & veneratione.

S. Maximi Martyris opera.

Incerti Autoris antitheses hæreticorum & ecclesiæ orthodoxæ circa nonnulla fidei dogmata.

Joannis Carpathiorum Episcopi documenta spiritualia 97. ad Monachos.

Nicephori Cartophylacis epistolæ duæ ad Theodosium Monachum; item de ligandi atque solvendi potestate ad eundem Theodosium.

S. Ildephonsi Archiepiscopi Toletani de laude intemeratæ Mariæ liber, cum præfatione *Juliani* Toletani Episcopi; Item contra eos, qui disputant de perpetua virginitate Mariæ & de ejus parturitione; nec non in præcipuis S. Mariæ festis sermones.

Juliani Toletani Episcopi diversa opuscula.

Geor-

Digitized by Google

Georgii Metropolitæ Nicomedienſis ſermones 9. cum aliquot Idiomelis, ex interpretatione Franc. Combefis.

Jacobi Monachi deinde Archiepiſcopi Bulgariæ Oratio in nativitatem Dei genetricis Mariæ.

Severi Patriarchæ Alexandrini libellus de baptiſmo.

Coſmæ Hieroſolymitani hymni varii.

Pantaleontis Diaconi ſermones 4.

Petri Apollonii Collatini Presbyteri Novarienſis libri 4. de excidio Urbis Hieroſolymitanæ carmine heroico.

Marculfi Monachi libri 2. formularum cum aliis quibusdam illis admixtis, ex editione Pariſienſi Hieronymi Bignonii.

Demetrii Metropolitani Cyziceni expoſitio de Jacobitarum & Chatzitzariorum hæreſi, interprete Combefis.

Anonymi narratio de recta fide Armenorum, & qua de cauſa in errorem impulſi ſunt.

Joannis Archiepiſcopi Nicæni oratio de nativitate Domini, interprete Combefiſio.

Joannis Archiepiſcopi Theſſalonicenſis oratio in mulieres ferentes unguenta, & quod nulla ſit contrarietas in Evangeliſtis circa reſurrectionem Domini, eodem interprete.

Gre-

Gregorii Episcopi Antiocheni oratio in mulieres ferentes unguenta, eodem Combefilio interprete.

Incerti Autoris encomium in S. Johannem Baptistam.

Anastasii Bibliothecarii collectanea ad historiam Monothelitarum hæreticorum & Martyrum spectantia.

Joannis Papæ IV. apologia pro Honorio Papa.

Theodori Papæ epistolæ in causa Pauli Patriarchæ CPtani.

Martini Papæ I. epistolæ 4.

Anonymi commemoratio eorum, quæ læviter acta sunt in Martinum Papam.

Anonymi relatio factæ motionis in S. Maximum Monachum coram Principibus in Secretario.

Anastasii Monachi epistola ad Calaritanos Monachos contra Monothelitas.

Anonymi relatio de dogmatibus, quæ mota sunt inter S. Maximum Abbatem & Theodosium Episcopum.

Anastasii R. E. Apocrisarii epistola ad Theodosium Presbyterum Gangrensem de obitu S. Maximi Abbatis cum adjunctis quibusdam Syllogismis. Accedit

Theodosii & *Theodori* fratrum scholion sive hypo-

hypomnesticum de ejusdem Anastasii & aliorum Athleticis certaminibus.

Anonymi Chronicon Alexandrinum, interprete Matthæo Radero.

Anonymi narratio de Dominica imagine Antiphonetes vocata, interprete Combefisio.

Zachariæ Patriarchæ Hierosolymitani epistola ad cives devastatæ urbis Hierosolymitanæ.

Anonymi narratio in depositionem pretiosæ vestis Deiparæ in Blachernis.

Anonymi Encomium in depositionem Zonæ Dei genitricis.

Leandri Hispalensis Episcopi Regula de institutione Virginum, & contemptu mundi.

TOMO XIII.

Comprehenduntur Patres & opuscula seculi VIII. scilicet:

Althelmi, vel ut alii legunt, *Adelhelmi* sive *Adelmi* Schireburgensis Episcopi de laude Virginum carmine heroico liber; Et de 8. principalibus vitiis eodem carminis genere liber, per Henricum Canisium editi. Item poëtica nonnulla per Martinum Delrio edita cum notulis.

Germani Patriarchæ CPtani theoria rerum ecclesiasticarum; fragmentum aliquod contra hæreses ad Anthimum; orationes 4.

Digitized by Google

in Deiparam Virginem, interprete Combefilio.

Bonifacii Archiepiscopi Moguntini & Martyris epistolæ, una cum epistolis aliorum ad ipsum, Nicolai Serarii notis illustratæ.

Pauli Diaconi de gestis Longobardorum libri sex; historia misella, & libellus de Episcopis Metensibus.

Marci Episcopi Idruntis hymnus in magnum Sabbathum.

Anastasii Abbatis liber contra Judæos, ab Henr. Canisio editus.

Anonymi Collectanea contra Severianos, a Canisio edita.

Etherii Episcopi Uxamensis, & *Beati* Presbyteri liber 2. adversus Elipandum, a Petro Stevartio editi.

Ambrosii Ansberti Abbatis monasterii S. Vincentii Commentaria in Apocalypsin.

Ordo Romanus de divinis catholicæ Ecclesiæ officiis, cui adjungitur expositio Missæ transcripta ex venerandæ vetustatis codicibus; item, qualiter quædam orationes, & cruces in *Te igitur* agendæ sint.

Anonymi narratio de miraculo ad Christi imaginem facto, ex editione Franc. Combefilii.

Anonymi alterius narratio de miraculo, quod

quod contigit tempore, quo Perſæ Urbem CPtanam obſederunt, interprete eodem Combefiſio.

TOMO XIV.

Patrum ſeculi IX. *pars prima* continetur, nempe:

Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi opuſcula omnia cum notis Jacobi Sirmondi.

Modoini Epiſcopi Auguſtodunenſis carmen ad Theodulphum Aurelianenſem.

Jeſſe Ambianenſis Epiſcopi epiſtola catechiſtica ad Sacerdotes & alios in ſua diœceſi militantes.

Nicephori Patriarchæ CPtani Chronicon; Ejusdem opuſcula 4. contra Iconomachos, & fragmentum de ſex Synodis, cum Scholiis Franc. Turriani.

Aponii expoſitio in Cantica Canticorum.

Lucæ Abbatis I. montis S. Cornelii ſummariola in commentaria Aponii in Cantica.

Udalrici cujusdam cenſura & ſcholia in locos quosdam Commentariorum Aponii, & Lucæ Abbatis.

Claudii Taurinenſis Epiſcopi Commentarius in epiſtolam ad Galatas.

Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi libri tres de cultu imaginum.

Dungali Diaconi liber reſponſionum pro

Digitized by Google

cultu ſacrarum imaginum adverſus inſanas Claudii Taurinenſis nænias. Præfigitur apologeticum ejusdem *Claudii.*

Methodii Epiſcopi fortaſſis CPtani tractatuli duo ad eos, qui dicunt, quid profuit nobis filius Dei crucifixus? & ad eos, quos pudet crucis Chriſti.

Michaelis Syncelli ſive *Syngelli* encomium in ſanctos Dei Angelos, interprete Combefiſio.

Leidradi Lugdunenſis Epiſcopi epiſtolæ duæ.

Agobardi Lugdunenſis Archiepiſcopi opuſcula, ex recognitione Steph. Baluzii cum tractatu novo.

Amulonis Lugdunenſis Archiepiſcopi epiſtolæ aliquot & opuſcula.

Paſchaſii Ratberti Abbatis Corbejenſis in Matthæi Evangelium Commentariorum libri 12. & alia ejusdem opera, à Jac. Sirmondo & Andrea Schotto luce donata.

Engelmodi Sueſſionenſis Epiſcopi poëma in laudem Paſchaſii Ratberti.

Theodori Studitæ ſermones Catechetici 134. ex interpretatione Joannis Livinei; Ejusdem ſermo in Dominicam IV. jejunii; teſtamentum ipſius; fragmentum ex epiſtola ad Naucration filium; fragmentum ex epiſtola

Digitized by Google

ſtola ad Gelaſium; Canon in erectione imaginum, & oratio in adorationem crucis.

Joſephi Theodori Studitæ fratris Archiepiſcopi Theſſalonicenſis oratio in venerandam & vivificam crucem.

Naucratii epiſtola encyclica ad diſperſos ſpirituales fratres de obitu Theodori Studitæ, interprete Combefiſio.

Halitgarii Epiſcopi Cameracenſis libri 5. de virtutibus & vitiis, una cum adjuncto Pœnitentiario, ex editione Henrici Caniſii; his præfigitur epiſtola Ebbonis Remenſis Epiſcopi. Acceſſit in hac editione liber ſextus cum notis Hugonis Menardi.

Amalarii Fortunati Metenſis Diaconi libri 4. de eccleſiaſticis officiis; Ejusdem de ordine Antiphonarii liber.

Freculphi Lexovienſis Epiſcopi hiſtoriarum tomi duo.

TOMO XV.

Continetur *pars ſecunda* Patrum ſeculi IX. nempe:

Servati Lupi Abbatis Ferrarienſis epiſtolæ ad diverſos, ex recognitione Steph. Baluzii; Ejusdem liber de tribus quæſtionibus cum collectaneo de iisdem; item homiliæ duæ cum hymnis de S. Vigberto.

Flori Magiſtri Lugdunenſis Diaconi liber

de actione Missarum, ex editione Franciſci Chiffletii; Item liber ſeu excerptum ex prolixiori opere de electionibus Epiſcoporum; Huic Floro tributi libri adverſus Johannem Erigenam Scotum infra ſequuntur ſub nomine Lugdunenſis Eccleſiæ.

Chriſtiani Druthmari vulgo *Grammatici* Commentarius in Evangelium S. Matthæi; item Epitome in Lucam & Joannem.

Walafridi Strabi vel *Strabonis*, natione Germani, liber de exordiis & incrementis rerum eccleſiaſticarum; item poëmata diverſa ab Henrico Caniſio edita.

Hippolyti Thebani fragmentum Chronici per Caniſium editum cum notis.

Eulogii Martyris Epiſcopi Toletani Memoriale Sanctorum, apologeticum pro Martyribus, exhortatio ad martyrium, & epiſtolæ aliquot.

Alvari Cordubenſis epiſtolæ ad Eulogium.

Angelomi Lexovienſis Monachi Enarrationes, ſeu ſtromata in IV. libros Regum, & in Cantica Canticorum.

Ratramni ſive *Bertrami* Corbejenſis Monachi libri 2. de prædeſtinatione Dei.

Galindonis Prudentii Epiſcopi Tricaſſini liber de prædeſtinatione contra Joannem Sco-

Scotum Erigenam; Ejusdem tractoria, qua se excusat, quod interesse non potuerit ordinationi Aneæ Parisiensis Episcopi; & epistola ad Hincmarum & Pardulum Episcopos.

Lugdunensis Ecclesiæ liber adversus opinionem Joannis Erigenæ Scoti; Item liber alius de tribus quibusdam epistolis; absolutio cujusdam quæstionis de generali per Adamum damnatione omnium, & spirituali per Christum ex eadem ereptione electorum; Et de tenenda immobiliter Scripturæ S. veritate & Patrum Orthodoxorum autoritate liber, cum notis Andreæ Duvallii.

TOMO XVI.

Comprehenditur *pars tertia* Patrum & opusculorum seculi IX. videlicet:

Basilii Imperatoris epistola exhortatoria ad Leonem filium cognomento Philosophum.

Theodori Abucaræ Episcopi Cariæ opuscula varia contra hæreticos Judæos & Saracenos, ex editione Jacobi Gretseri.

Petri Siculi historia de varia & stolida Manichæorum hæresi per Matthæum Raderum edita.

Luitberti Moguntinensis Archiepiscopi epistola ad Ludovicum Regem pro reformatione quorundam abusuum.

Otfridi præfatio ad opus ſuum quatuor Evangeliorum.

Ravennatenſis Eccleſiæ Cleri epiſtola ad Carolum Juniorem Regem de quibusdam ad diſciplinam Eccleſiæ ſuæ ſpectantibus.

Germaniæ Epiſcoporum epiſtola ad Joannem VIII. Pontificem.

G. Lugdunenſis epiſtola ad R. (forte Radulphum) Turonenſem Archiepiſcopum pro obtinendo Abbate ad regimen Abbatiæ Saviniacenſis.

Adonis Viennenſis Archiepiſcopi Chronicon de ſex mundi ætatibus; Ejusdem Martyrologium cum libello de feſtivitatibus SS. Apoſtolorum & Diſcipulorum Chriſti; item Martyrologium Romanum, cum notis Heriberti Rosweidi.

Remigii Antiſſiodorenſis Monachi expoſitio Miſſæ; Expoſitio in XI. Prophetas minores; Item Commentaria in Pſalmos.

Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis carmina ad Dadonem Epiſcopum & alios, ex editione Henr. Caniſii.

Waldrami ſive *Baltrami* Argentoratenſis Epiſcopi carmina quædam cum Salomonis verſibus.

Smaragdi Abbatis diadema Monachorum.

TO-

Digitized by Google

TOMO XVII.

Continentur Patres ſeculi X. nempe:

Auxilii libri 2. de ordinationibus à Formoſo Papa factis, ex editione Joannis Morini.

Leonis Sapientis Imperatoris Orationes undecim, cum epiſtola ad Omarum Saracenorum Regem, interprete Combefiſio.

Radulphi Flaviacenſis commentariorum in Leviticum libri 20.

Herivei Remenſis Archiepiſcopi capitula 23. ex Patribus, qualiter Nortmanni Eccleſias devaſtantes ad pœnitentiam reverſi excipi debeant.

Odonis Abbatis Cluniacenſis opuſcula varia, ex editione Martini Marrier, & Joſephi Quercetani; Ejusdem Odonis Moralium in Job libri 35. per eundem Marrier editi.

Pelegrini vel *Peregrini* Epiſcopi Laureacenſis ſymbolum fidei.

Moſis Bar-Cephæ commentarius de Paradiſo.

Flodoardi Presbyteri & Canonici Remenſis poſtea Abbatis libri 4. hiſtoriæ Remenſis Eccleſiæ, ex recognitione Georgii Colvenerii cum ejusdem notis.

Adelagi Bremenſis Archiepiſcopi epiſtola conſolatoria ad Flodoardum.

Odilonis Abbatis Cluniacenſis ſermones.

Gerberti Archiepiſcopi Ravennatum poſtea Papæ *Sylveſtri II.* epiſtolæ ante Pontificatum ſcriptæ, ex bibliotheca Papyrii Maſſonii primum editæ.

TOMO XVIII.

Patres & opuſcula ſeculi XI. comprehenduntur. Sunt autem:

Fulberti Carnotenſis Epiſcopi epiſtolæ multæ, ſermones, & hymni aliquot, omnia ex editione Caroli de Villiers cum ejusdem notis.

Bernonis Abbatis Augiæ liber de officio Miſſæ.

Brunonis Herbipolenſis Epiſcopi Commentarius in Pſalterium, & Cantica tam N. quam V. Teſtamenti; item in Orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolorum & Athanaſii, ex Joannis Cochlæi recognitione.

Hermanni Contracti Monachi Augienſis Chronicon, ex editione Henrici Caniſii.

Humberti Epiſcopi Sylvæ Candidæ & Cardinalis liber adverſus calumnias Michaelis Patriarchæ CPtani & Leonis Archiepiſcopi Bulgariæ, cui præmiſſa eſt hujus *Michaëlis* & *Leonis* epiſtola; Item liber adverſus Nicetam Pectoratum, cujus *Nicetæ* libellus præfigitur. Accedit commemoratio eorum, quæ con-

Digitized by Google

contra Michaëlem Patriarcham gesserunt Apostolicæ sedis Apocrisiarii, omnia ex recognitione Henrici Canisii.

Hugonis Lingonensis Episcopi tractatus de corpore & sanguine Christi contra Berengarium.

Durandi Troarnensis Abbatis liber de corpore & sanguine Christi contra Berengarium & ejus Sectatores.

Adelmanni Brixiensis Episcopi de veritate corporis Christi in eucharistia epistola ad Berengarium.

Guitmundi Episcopi Aversani libri 3. de veritate corporis Domini in eucharistia; Ejusdem confessio de Trinitate, Christi humanitate, corporis & sanguinis Domini veritate; Et Oratio ad Guillelmum I. Anglorum Regem.

Micrologus de ecclesiasticis observationibus.

Olympiodori Monachi Græci commentarius in Ecclesiasten.

Rabbi Samuelis Afri epistola sive liber de adventu Messiæ, quem Judæi temere expectant.

Deoduini Leodiensis Episcopi epistola de corpore & sanguine Domini contra Brunonem & Berengarium.

Theo-

Digitized by Google

Theophilacti Bulgariæ Archiepiſcopi epiſtolæ 85. interprete Vincentio Marinerio; Ejusdem inſtitutio regia, interprete Petro Poſſino.

Joannis Calecæ Patriarchæ CPtani ſermo in Dominica ante exaltationem crucis, ex editione Jacobi Gretſeri.

Joannis Xiphilini Patriarchæ CPtani ſermo in tertiam jejuniorum hebdomadam, vel in Crucis adorationem ex eodem Gretſero.

Beati Samoniæ Archiepiſcopi Gazæ diſceptatio cum Achmed Saraceno ſuper veritate corporis & ſanguinis Chriſti in euchariſtia.

Michaëlis Pſelli paraphraſis in Cantica, ex recognitione Andreæ Schotti; Ejusdem libellus de operationibus Dæmonum contra Manetem & Euthuſiaſtas, ex editione Petri Morelli. Accedit ex *Niceta* Choniate ſeu Coloſſenſi fragmentum de Manichæis & Cubricis, item de Maſſalianis.

S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis libri 2. contra Guibertum Antipapam pro defenſione Gregorii VIII. ex editione Henr. Caniſii.

Lanfranci Archiepiſcopi Cantuarienſis & Angliæ Primatis Commentarii in omnes epiſtolas Pauli; Ejusdem liber de corpore & ſanguine Domini; Decreta pro ordine S. Benedicti; Epiſtolarum liber; De celanda con-

confeſſione libellus, & alia breviora opuſcula, ex recognitione Lucæ Dacherii.

Anonymi liber de Berengarii damnatione multiplici, ex editione Franciſci Chiffletii.

Victoris Papæ III. *Deſiderii* antea vocati, libri 3. de miraculis a S. Benedicto & aliis Monachis in Caſſinenſi monaſterio & alibi factis, ex editione Joannis Baptiſtæ Mari Romani cum ejusdem notis.

TOMO XIX.

Comprehenditur volumen I. *partis primæ* Patrum ſeculi XII. nempe:

Euthymii Zigabeni Monachi Orthodoxæ fidei Panoplia, Petro Franciſco Zino interprete; Ejusdem Commentarii in omnes Pſalmos & decem Cantica, Philippo Saulo Epiſcopo Brugnatenſi interprete; Item in IV. Chriſti Evangelia, interprete Johanne Hentenio. Ad calcem Panopliæ adjectus eſt *Photii* tractatus de ſeptem Synodis, & in fine commentariorum in Evangelia extat confutatio cujusdam libelli ſeu impoſturæ de legali Jeſu Chriſti ſacerdotio, per eundem Joannem Hentenium.

Zachariæ Epiſcopi Chryſopolitani in Concordiam Evangeliſtarum ab Ammonio contextam libri 4.

Alexii Comneni Græcorum Imperatoris reſcri-

Digitized by Google

reſcriptum ſeu oratio de donariis & rebus ſacris, quam auream Bullam inſcripſit.

Conſtantinus Harmenopulus de opinionibus hæreticorum, qui ſingulis temporibus extiterunt; Ejusdem fidei orthodoxæ profeſſio.

TOMO XX.

Comprehenditur volumen 2. *partis primæ* Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum ſeculi XII. ſcilicet:

Honorii Auguſtodunenſis Presbyteri Opera omnia, ex recenſione Andreæ Schotti.

Iſaaci Magnæ Armeniæ Catholici duæ Orationes invectivæ contra Armenos, interprete Franc. Combefiſio.

Germani Patriarchæ CPtani oratio in primam jejuniorum Dominicam & imaginum reſtitutionem, ex editione Jacobi Gretſeri; Ejusdem oratio in corporis Dominici ſepulturam, interprete Combefiſio.

Amedei Epiſcopi Lauſanenſis homiliæ 8. de laudibus B. Virginis, ex recognitione Gibbonii.

Calixti Papæ II. ſermones quatuor in S. Jacobum Apoſtolum, ex editione Joannis Mariani.

Brunonis Aſtenſis, Signienſium Epiſcopi ope-

Digitized by G

opera, ex editione Mauri Marcheſii cum ejusdem Prolegomenis & ſcholiis.

Oddonis Aſtenſis Monachi Benedictini expoſitio in partem Pſalterii ad Brunonem Epiſcopum.

Stephani Auguſtodunenſis Epiſcopi tractatus de ſacramento altaris, & de iis, quæ ad varios Eccleſiæ Miniſtros pertinent.

Guillelmi de Campellis Epiſcopi Catalaunenſis Dialogus inter Chriſtianum & Judæum de adventu Meſſiæ, & aliis ad religionem Chriſtianam ſpectantibus, primum prodit ſtudio Roberti Deſgives.

TOMO. XXI.

Continetur volumen I. *partis ſecundæ* Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum ſeculi XII. nempe:

Goffridi Abbatis Vindocinenſis & Cardinalis epiſtolarum libri quatuor; opuſcula 17; & ſermones 12. omnia ex recognitione Jacobi Sirmondi cum ejus notis.

S. Norberti fundatoris ordinis Præmonſtratenſis & Archiepiſcopi Magdeburgenſis ſermo exhortatorius ad Fratres.

Hildeberti Archiepiſcopi Turonenſis epiſtolæ ad diverſos; carmen de myſterio Miſſæ; poëma in Berengarium, & ſermones duo.

Marbodi Epiſcopi Rhedonenſis epiſtola ad Rai-

Digitized by Google

Rainaldum Andegavenſem Epiſcopum, quæ inſerta eſt Hildeberti epiſtolis.

Petri Alphonſi ex Judæo Chriſtiani dialogus contra Judæos.

Odonis Tornacenſis Abbatis poſtea Cameracenſis Epiſcopi opuſcula varia, ex editione Andreæ Schotti.

Algeri Scholaſtici Leodienſis de ſacramento corporis & ſanguinis Domini libri 3.

Franconis II. Abbatis Affligienſis de Gratia Dei libri 12. & epiſtolæ duæ.

Drogonis Epiſcopi Hoſtienſis ſermo de paſſione Domini; Ejusdem alia tria opuſcula.

Petri Diaconi Monachi Caſſinenſis opuſculum de viris illuſtribus Caſſinenſibus, cum notis Joannis Baptiſtæ Mari; Cui accedit appendix *Placidi* Diaconi Caſſinenſis.

Joannis Sapientis cognomento *Cyparisſiotæ* expoſitio materiaria eorum, quæ de Deo a Theologis dicuntur, in X. decades partita, Franciſco Turriano interprete, additis ejusdem annotationibus; & *Maximi* Scholiis; Ejusdem *Joannis* Palamicarum transgreſſionum ſermones duo, interprete Combefiſio.

Pothonis Presbyteri Prumienſis de ſtatu domus Dei libri quinque, item de magna domo ſapientiæ liber.

Nico-

Nicolai Claræ vallenſis epiſtolæ quædam ad diverſos.

Philippi Solitarii Græci dioptra, i. e. regula ſive amuſſis rei Chriſtianæ ad Callinicum, quatuor libris per dialogum explicata, ex interpretatione Jacobi Pontani, & cum notis Jacobi Gretſeri. Præmiſſa eſt *Michaëlis Pſelli*, item *Phinlitti* præfatio.

TOMO XXII.

Continetur volumen II. *partis ſecundæ* Patrum & Scriptorum eccleſiaſticorum ſeculi XII. nempe:

Michaëlis Glycæ diſputationes duæ, ex interpretatione Andreæ Schotti, adjecto ſcholio Jacobi Gretſeri.

Simeonis Junioris Theologi & Præpoſiti orationes 33. de fide & moribus tum Chriſtianis, tum Monaſticis; Ejusdem divinorum amorum ſive commentationum ſacrarum liber ſingularis; Capita moralia 227; Tractatus de alterationibus animæ & corporis, qui novus huic editioni accedit, interprete Petro Poſſino.

His Simeonis operibus accedunt:

Scholaſtici cujusdam dialogi de Deo ad Simeonem Theologum;

Baſilii Monachi & Presbyteri aſceticæ vitæ deſcriptio;

Digitized by Google

Ex capitibus *Theodori Edeſſeni* cap. 50;
Ex vita S. Syncleticæ 10;
Florilegium ex *Eliæ* Presbyteri ſententiarum florilegio;
Decerpta ex florilegio *Petri* Abbatis;
Leonis Imperatoris canticum compunctionis;
Canon *Theolepti* Epiſcopi Philadelphienſis;
Anonymi canones ſive cantica 2. agentis animam, ex Græcorum euchologio;
Simeonis Archiepiſcopi Theſſalonicenſis de divino templo, ejus miniſtris, veſtibus, & de Miſſa commentariolus. Hæc omnia ex Jacobi Pontani editione cum notis.
Simeonis ejusdem libri 2. de ſacris ordinationibus & ſacramento pœnitentiæ, interprete Morino.
Theoriani Græci dialogus Theoriani orthodoxi cum Generali Armenorum.
Manuelis Patriarchæ CPtani reſponſa ad Bellæ Epiſcopi interrogationes.
Petri Mauritii Abbatis Cluniacenſis opera omnia, præmiſſa vita ejus, ex editione Domni Marier & And. Quercetani.
Petri Pictavienſis, Monachi panegyricus in primo adventu Petri Mauritii Venerabilis ad Aquitaniam ſecundam, cum aliis quibusdam ejus opuſculis. *Guil-*

Digitized by Google

Guillelmi Abbatis S. Theodorici Cluniacenſis meditationes, & libellus de amore Dei.

Guigonis V. Prioris Carthuſiæ meditationes.

Hugonis Eteriani liber de regreſſu animarum ab inferis; Item de proceſſione Spiritus S. contra Græcorum errores libri 3.

Arnoldi Carnotenſis tractatus de 7. verbis Domini in cruce prolatis cum ſcholiis Franciſci Titelmanni, ex recognitione Andr. Schotti; Ejusdem ſermo de laudibus B. Virginis; Item tractatus de operibus ſex dierum, ex recognitione Dionyſii Perroneti.

Arnulphi Lexovienſis Epiſcopi epiſtolæ, conciones, & epigrammata, ex bibliotheca Odonis Turnobi edita.

Hugonis Rothomagenſis Archiepiſcopi dogmatum chriſtianæ fidei contra hæreticos, ſive de Eccleſia & ejus miniſtris libri 3. cum aliquot epiſtolis.

TOMO XXIII.

Comprehenditur volumen I. *partis tertiæ* opuſculorum & Scriptorum eccleſiaſticorum ſeculi XII. ſcilicet:

B. Ælredi Rievallenſis in Anglia Ordinis Ciſtercienſis Abbatis opera omnia, ex Richardi Gibboni editione, cum variis lectionibus ac notis. Subjuncti ſunt

Digitized by Google

Anonymi Rythmi de laude Virginitatis.

Guarrici Abbatis Igniacenſis ſermones, ex editione Joannis Coſterii.

Anonymi cujusdam *Decani Reichersper-genſis* libri apologetici contra errores Folmari fragmentum & præfatio.

Joannis Sarisberienſis Epiſcopi Carnotenſis Policraticus, ſeu de nugis Curialium libri 8. & epiſtolæ 303.

S. Hildegardis Abbatiſſæ liber epiſtolarum, & diverſa alia opuſcula.

Eckberti Monachi Schonaugienſis ſermones contra Catharos hæreticos; item excerptum ex *Auguſtino* de Manichæis.

Joannis Zonaræ Monachi Græci canon de ſanctiſſima Virgine.

Nicolai Methonenſis Epiſcopi libellus ad eos, qui hæſitant, ajuntque conſecratum panem & vinum non eſſe corpus & ſanguinem Chriſti.

Petri Cellenſis Epiſcopi Carnotenſis opera omnia, ex editione unius e S. Mauri Congregatione Monachi. Additæ ſunt Jacobi Sirmondi notæ ad epiſtolas.

TOMO XXIV.

Comprehenditur volumen II. *partis tertiæ* Patrum & Scriptorum eccleſiaſticorum ſeculi XII. & ſunt:

Petri

Petri Bleſenſis Bathonienſis in Anglia Archidiaconi opera omnia, cum notis, vita, & variis monumentis Petri de Guſſanuilla. Accedunt etiam notæ & variæ lectiones Joannis Buſæi.

Guigonis Carthuſiæ Prioris liber de quadripertito exercitio cellæ, ex editione Chifletii cum ejusdem prolegomenis.

Bernardi Carthuſiæ Portarum I. Prioris epiſtolæ 3. ad virtutem & vitam religioſam commonentes.

Joannis Carthuſiæ Portarum Monachi epiſtolæ quinque.

Stephani de Chalmeto Carthuſienſis epiſtola ad Monachos S. Sulpitii Ordinis Ciſtercienſis de perſeverantia ordinis.

Alexandri Papæ III. epiſtola ad Arthaudum Priorem Alveriæ de ſchiſmate illius temporis.

Ebrardi ſive *Eberhardi* tractatus contra Waldenſes hæreticos, cum notis Jacobi Gretſeri.

Bernhardi Abbatis Fontis Calidi tractatus contra Waldenſes & Arianos.

Ermengardi ſive *Ermengaudi* opuſculum contra Waldenſium ſectam, ex editione Jacobi Gretſeri.

Digitized by Google

TOMO XXV.

Continentur Patres & Scriptores eccleſiaſtici ſeculi XIII. nimirum:

Stephani Tornacenſis Epiſcopi epiſtolæ, ex editione Papirii Maſſonii.

Niceta Choniatæ libri 5. priores theſauri orthodoxæ fidei, Petro Morello interprete; Item fragmentum ex libro 20. de ordine, qui ſervatur, cum quis a Saraceniſmo ad Chriſtianiſmum tranſit.

Michaëlis Choniatæ Athenarum Epiſcopi Monodia in funere fratris ſui, interprete Petro Morello.

Lucæ Tudenſis Epiſcopi libri 3. de altera vita fideique controverſiis adverſus Albigenſium errores, ex editione ac cum notis Joannis Marianæ, Jacobi Gretſeri & Andreæ Schotti. Accedunt contra Waldenſes ſuccedanei a Gretſero ſimul editi:

1. *Reineri* liber contra Waldenſes,
2. Catalogus, in quo variorum hæreticorum deliramenta,
3. *Petrus de Pilichdorff* contra Waldenſes,
4. *Anonymi* Refutatio errorum, quibus Waldenſes diſtinentur,
5. Index errorum Waldenſium,
6. Modus examinandi Waldenſes,
7. Fragmentum de erroribus Beghardorum,

8. *Anonymi* epiſtolæ 7. de venerabili ſacramento Euchariſtiæ contra Folmarum.

Edmundi Cantuarienſis Epiſcopi ſpeculum eccleſiæ.

Niconis Græci fragmentum quoddam ex epiſtola ad Enclyſtium de injuſta excommunicatione, & aliud de peſſima Armeniorum religione.

Guillelmi Arverni Pariſienſis Epiſcopi damnatio errorum aliquot contra catholicam veritatem, cum aſſertionibus oppoſitis.

Fr. Guillelmi Minoritæ, Conſtantienſis Epiſcopi errores damnati Pariſiis A. 1240.

Stephani Templier Pariſienſis Epiſcopi reſcriptum de quorundam errorum & librorum damnatione A. 1270. & 1277. cum rotulo errorum.

Urbani IV. ſeu III. expoſitio Pſalmi 50.

Roberti de Sorbona, S. Ludovici Regis Gall. Pœnitentiarum Oeconomi, opuſcula tria, nempe de conſcientia, de Confeſſione, & iter Paradiſi.

Engelberti Abbatis Admontenſis liber de ortu, progreſſu & fine Romani imperii, ex recognitione And. Schotti.

Guiberti Tornacenſis ſive Gilberti tractatus duo, 1. de pace & tranquillitate animi, 2. de officio Epiſcopi & eccleſiæ ceremoniis.

Digitized by Google

Humberti Ordinis Prædicatorum Prioris Generalis libri 2. de eruditione Prædicatorum; Ejusdem expoſitio ſuper Regulam S. Auguſtini; epiſtola de tribus votis ſubſtantialibus Religionis, & ſpeculum Religioſorũ.

Cœleſtini Papæ V. antea *Petri de Murrbone* dicti, opuſcula in ſacra Eremo elaborata, ex editione Cœleſtini Teleræ, cum ejus vita & vindiciis.

Davidis de Auguſta opuſcula varia ſpiritualia.

Jacobi Cajetani liber de anno jubileo, cum notis Julii Roſei; Item carmen de eadem materia cum aliquot Bullis *Bonifacii VIII.*

Athanaſii CPtani Patriarchæ epiſtolæ 8. de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia.

Ptolomei Lucenſis Epiſcopi Torcellani Annales ab Anno 1060. usque ad A. 1303.

TOMO XXVI.

Comprehenduntur Patres & Scriptores eccleſiaſtici ſeculorum XIV. XV. & XVI. ſcilicet:

Autores ſeculi XIV. ſunt:

Juſti Abbatis Ordinis Ciſtercienſis ſermo habitus in conventu multorum Abbatum ejusdem Ordinis.

Barlaami Græci Cyracenſis, vel verius Hieracenſis Epiſcopi epiſtolæ ad Græcos de unio-

unione cum Romana ecclesia, & processione Spiritus S. per Henricum Canisium editæ; Ejusdem Ethica secundum Stoicos.

Andronici CPtani dialogus contra Judæos, ex interpretatione Joannis Livinei.

Theodori Lectoris ecclesiæ CPtanæ libri 2. collectaneorum historiæ ecclesiasticæ excerptorum ex ore Nicephori Callixti.

Lupoldi Bebenburgii Episcopi Bambergensis liber de veterum Germanorum Principum zelo in christianam religionem.

Petri Bertrandi Senioris Episcopi Eduensis & Cardinalis libellus contra Petrum de Cugneriis super facto Prælatorum Ecclesiæ Gallicanæ; Ejusdem tractatus de spirituali & temporali potestate.

Nicolai Cabasilæ Archiepiscopi Thessalonicensis de vita in Christo libri 6. & oratio contra fœneratores, ex Jacobi Pontani recognitione; Ejusdem expositio Liturgiæ, interprete Gentiano Herveto.

Gregorii Palamæ Archiepiscopi Thessalonicensis Prosopopœia; Ejusdem orationes 2. in Dominicam transformationem, interprete Franc. Combefisio.

Philothei Patriarchæ CPtani ordo instituendi Diaconum; Ejusdem laudationes in Basilium Magnum, Gregorium Theologum,

Digitized by Google

& Johannem Chryſoſtomum, ex editione Jacobi Pontani.

Nicolai Oreſmii Lexovienſis Epiſcopi tractatus de mutatione monetarum.

Gerardi Zutfanii Belgæ opuſcula duo ſpiritualia, unum de Reformatione interiori ſeu virium animæ, alterum de ſpiritualibus aſcenſionibus.

Radulphi de Rivo Decani Tungrenſis liber de canonum obſervantia.

Manuelis Calecæ Græci, Ordinis Prædic. tractatus de eſſentia & operatione; Ejusdem liber de fide & principiis fidei catholicæ, interprete Combefiſio; & libri 4. contra Græcorum errores, interprete Ambroſio Camaldulenſi, cum notis Petri Stevartii.

Articuli revocati Pariſiis per Guidonem A. 1318.

Articuli de divina eſſentia damnati per Pariſienſes A. 1340.

Pariſienſis Academiæ conſtitutiones A. 1344.

Joannis de Mercuria Ciſtercienſis Ordinis errores A. 1348.

Joannis de Ultricuria errores & propoſitiones.

Concluſionum revocatio per *Simonem* A. 1351.

For-

Digitized by Goo

Formula revocationis per *Guidonem* A. 1354.

Articulorum *Ludovici* revocatio A. 1362.

Magiſtri Joannis de Calore revocatio A. 1363.

De Almaricianorum hæreſibus narratio.

Dionyſii Soulechat Minoritæ revocatio A. 1365. & 1369.

Autores Seculi XV. ſunt:

Manuelis II. Palæologi Bizantini Imperatoris oratio funebris in fratrem ſuum Theodorum Deſpotam Palæologum, interprete Combefiſio.

Demètrii Cydonii Theſſalonicenſis Orationes 2. eodem Combefiſio interprete.

Hieronymi a Sancta Fide ex Judæo Chriſtiani tractatus contra errores Judæorum & contra Talmudiſticas quiſquilias.

Georgii Scholarii ſive *Gennadii* Patriarchæ CPtani confeſſio ſeu ſermocinatio cum Sultano Mahomete II. de recta Chriſtianorum fide; Item Orationes 5. de 5. articulis controverſis pro veritate catholica, cum oratione ad unum & Trinum Deum.

Richardi Hampoli ſive *Pampolitani* Anglo-Saxonis Eremitæ opuſcula.

Maphei Vegii Laudenſis opuſcula ſacra, ex recognitione Andreæ Schotti.

Bos-

Digitized by Google

Bessarionis Patriarchæ CPtani & Cardinalis tractatus de sacramento eucharistiæ.

Joannis Antonii Campani Episcopi Aprutini tractatus de gerendo Magistratu, & Oratio Cinericia.

Autores seculi XVI. sunt:

Moysis Mardeni Assyrii Jacobitæ professio fidei, & theologica de S. Trinitate contemplatio.

Sisiud sive *Sulakæ* electi Patriarchæ Nestorianorum professio fidei, quam ore & scripto professus est Romæ Anno 1552.

TOMUS XXVII.

Seu Supplementum in duas partes dividitur: *Prima pars* continet Autores, qui post editos præcedentes tomos detecti sunt, & ad secula, quibus vixerunt, revocantur, nempe:

Hippolyti Portuensis Episcopi demonstratio de Christo & Antichristo, interprete Combefisio; Ejusdem explicatio historiæ Susannæ & annorum captivitatis Babylonicæ.

Commodiani cognomine *Mendici Christi* instructiones adversus Gentium Deos, ex editione Nicolai Rigaltii.

Eustathii Antiocheni Archiepiscopi commentarius in Hexaëmeron; Ejusdem de Engastri-

Digitized by G

gaſtrimytho diſſertatio adverſus Origenem, cum ipſius *Origenis* tractatu de eadem materia, ex editione Leonis Allatii.

Damaſi Romani Pont. epiſtolæ & varia carmina cum notis Martii Mileſii Sarazanii.

Evagrii Pontici Monachi liber de 8. vitioſis cogitationibus.

Severiani Gabalorum Epiſcopi orationes 6. de mundi creatione cum aliquot ſymbolis, interprete Combefiſio.

Marii Mercatoris commonitorium, cum refutatione ſermonis ſeu ſymboli Theodori Mopſueſteni, & duabus epiſtolis. Additæ ſunt in hæc Acta Rigberii notæ.

Theodoti Epiſcopi Ancyrani expoſitio in ſymbolum Nicænum, ſeu adverſus Neſtorium liber, ex interpretatione Lucæ Holſtenii.

Arſenii Rom. Eccleſiæ Diaconi exhortatio, interprete Fr. Combefiſio.

Eucherii exhortatio ad Monachos, & ſententia ad eosdem, ex editione Lucæ Holſtenii.

Nili Abbatis opera ex Joſephi Suareſii, & Leonis Allatii interpretatione.

Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis homiliæ 14. cum notis Steph. Baluzii, & aliis ejusdem opuſculis.

Ful-

Fulgentii Episcopi Ruspensis liber ad interrogationes Scarilæ de mysterio incarnationis, & de vilium animalculorum autore, ex editione Guillelmi Camerarii.

Eustathii Presbyteri CPtani tractatus adversus eos, qui dicunt, animas statim atque è corpore solutas non operari, cum observationibus L. Allatii.

Niceta Davidis Paphlagonis Orationes 17. laudatoriæ Apostolorum, & festivæ, interprete Fr. Combefisio.

Anselmi Episcopi Lucensis meditationes in orationem Dominicam, in salutationem Angelicam, super Salve Regina, & de gestis Jesu Christi, ex editione Lucæ Wadingi.

Secunda pars hujus supplementi repræsentat eos, quorum ætas ignoratur, additis quibusdam Anonymorum opusculis, nempe:

Alexandri Lycopolitæ tractatus contra Manichæos, interprete Combefisio.

Hiperechii Presbyteri adhortatio ad Religiosam palæstram exercentes, eodem interprete.

Evagrii Monachi sententiæ ad eos, qui in cœnobiis habitant, & ad quandam Virginem, ex editione Holstenii.

Joannis Geometræ Poëtæ Græci hymni 4. in

in Virginem Deiparam; item paradisus Tetrastichorum moralium & piorum, interprete Frederico Morello, cum alio hymno cujusdam Anonymi.

Severiani Episcopi doctrina.

Eusebii Episcopi cujusdam oratio de commemoratione Sanctorum, ex editione Thomæ Galleti.

Eutropii Abbatis tractatus de remediis contra vitia principalia; item epistola ad Petrum Papam.

Porcarii Abbatis epistola.

Pauli Diaconi homilia in illud: *simile est regnum cœlorum Regi &c.*

Maximi Planudis CPtani Monachi oratio in corporis Christi sepulturam & Mariæ lamentationem.

Martini de Lauduno Prioris Carthusiensis epistola parænetica ex meris S. Scripturæ sententiis contexta.

Monasterii S. Galli illustrium Virorum & antiquorum Patrum epigrammata seu hymni, ex editione Hen. Canisii.

Merobaudis Hispani Scholastici carmen de Christo.

Incerti cujusdam carmen de Bebiani baptismo, & uxoris Apræ obitu.

Incerti carmen de laudibus Domini.

Ano-

Anonymi carmen de Cantico Moſis.

Anonymi carmen de die paſchatis.

Anonymi carmen de die Aſcenſionis.

Anonymi cujusdam, qui ſub nomine *Ruffini* Presbyteri a Jac. Sirmondo editus eſt, liber de fide.

Anonymi cujusdam Prædeſtinati titulo a Sirmondo editi libri 3. de hæreſibus, cum refutatione cujusdam operis, falſo ſub Auguſtini nomine conficti.

Anonymi Monachi Ratisbonenſis benedictio Dei, ſeu commentariolus, quomodo Deus per Pſalmos præcipue benedicendus.

Anonymi oppoſitio ex parte Severianorum contra fidem orthodoxam cum reſponſione incerti Autoris.

Anonymi (qui à quibusdam creditur eſſe Manuel Calecas, ab aliis Pantaleo,) tractatus contra Græcorum errores.

Anonymi collectanea contra Judæos.

Anonymi collectanea de quibusdam hæreſibus earumque Autoribus, ex editione Petri Stevartii.

Anonymi narratio in rem animarum utilis, interprete Combefiſio.

Miſſa, qua Æthiopes communiter utuntur, quæ etiam Canon univerſalis appellatur; Item ordo benedictionis Puerperæ ſecundum

dum uſum Æthiopum; ordo Baptiſmi & Confirmationis.

Miſſa Mozarabum Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo peculiariter in Hiſpaniis uſitata.

Miſſa ſeu *Liturgia Græcorum*, & officium eorum de myſteriis ante conſecratis S. Quadrageſimæ tempore, interprete Gilberto Genebrardo.

Miſſa & ordo divini officii *Gothici* Muſtarabum excerptus & in latinum ſermonem converſus ex Hiſpanico libro de vita & rebus geſtis Franciſci Ximenii; ad cujus calcem officium & Miſſa particularis diei feſti S. Jacobi repræſentatur.

Miſſæ, qua utuntur antiqui Chriſtiani Epiſcopatus Angamallenſis in Montanis Mallabarici Regni, ex Syriaco in Latinum converſa ab *Alexio Meneſio* Archiep. Goano Indiarum Primate.

Miſſales orationes ex Manuſcripto Gothico Miſſali.

Hanc Lugdunenſem Patrum bibliothecam doctiſſimus Daumius in præfatione ad Hieronymi cujusdam Græci diſputationem inter alia ex eo commendat, quod centum circiter Autoribus locupletior & pingvior exiſtat, quam Colonienſis. Miratur tamen & mirari ſatis non poteſt, quod cum Lugdu-

Digitized by Google

nensis Patrum bibliotheca XII. tomis Colonienſem ſuperet, non plures quam centum, & quidem magna ex parte breves, ſi non breviſſimi Autores in Lugdunenſi bibliotheca additi fuerint. Poſtea longum Scriptorum illorum catalogum contexit, quorum opera in Lugdunenſi Patrum bibliotheca addi potuiſſent. Placet autem illos ipſius Daumii verbis recenſere, cum ille diſcurſus inſignem veterum Scriptorum eccleſiaſticorum notitiam ſuppeditet. *At quantum*, inquit, *augeri locupletarique de facili illa poterat, ſi Congeſtores ejus adjeciſſent inſuper nonnullos, inter Orthodoxographos, & apud Caniſium, aliosq; adhuc latitantes libellos, cujuscunque etiam cenſus, tamen in publico jam cognitos*; Prot-Evangelium *puta* Jacoci, & Nicodemi Evangelium, *aliis* Geſta Pilati *nuncupatum, ut ut ſcripta ὑποβολιμαῖα, & inter Apocrypha jam diu relata. Poſterioris enim Autorem* Gregorium Turonenſem *eſſe Catalogos Anglicanos indicare notat noſter Barthius ad Gallum Confeſſorem. Ediderunt ſane in I. Tomo* Linum *de paſſione Petri & Pauli, cur non eosce, commatis haud diſparis? Sed & deſideratur in hac nova editione* Abdias Babylonius, *vulgo ſic appellatus, quisquis etiam ille fuerit, ſive Julius Africanus, ſive quis alius, (nam*

nunc

518 / 549 / 5'0-

nunc iſtud non inquiro) *de vitis A*
una cum Anonymo Philalethe Ei
paſſionibus Apoſtolorum, à Frid. N
Coloniæ in quarta, quam vocant, for
ci juris facto, ex quo aut Pſeudo-Abdias tu
ſua exſcripſit, aut ex iſto ille, ut videbunt, qui
utrumque inter ſe committent. Abſunt & à
nupero hoc opere Gelaſius Cyzicenus *de Actis*
Concilii Nicæni à Rob. Balforeo foras datus,
in Tomis tamen conciliorum Binii, ut nunc vi-
deo, ſed 2. editionis, exhibitus ; Charitony-
mus Chriſtonymus *pro divinitate Chriſti con-*
tra Neſtorianos a Joh. Wegelino ; Adriani *Iſa-*
goge & de tropis Scripturæ ab Hœſchelio ; An-
dreas Hieroſolymitanus *Archiepiſcopus Cre-*
tenſis in humanam vitam & in dormientes ;
Methodius *de libero arbitrio ;* Timotheus
Presbyter Conſtantinopolitanus *de duabus*
naturis in Chriſto &c. Hilario Monachus *de*
pane myſtico Græcorum & azymo Latinorum ;
Polychronius, *cujus & multa alia in biblio-*
thecis latent, & Pſellus, *uterque in Canticum*
Canticorum ; hi ſex à Meurſio ; Manuelis
Comneni *Legatio ad Armenios a Leunclavio ;*
Manuelis Palæologi *præcepta educationis re-*
giæ, (*nam* Baſilii Imper. *epiſtolam exhortato-*
riam ad Leonem filium inſeruerunt) *ab eo-*
dem ; Leontii *defenſio de proceſſione Spiritus*

ne a *Christoph. Pelargo, evulgati. Nec conspiciuntur ibi* Euthalius *de vita S. Pauli*, Nectarii, Cyri Theodori Prodromi, Joh. Metropolitani Euchaitensis *opuscula, nii &* Ezekielis *Hebræorum eductio. Idem fatum* Gesta collationis Carthagini habita *subierunt, &* Eugippius, *cujus neque vitam S. Severini a Marco Velsero, neque epistolam de Severino a Canisio supplendæ Velserianæ editioni depromptam, nec Thesauros ex Augustino Basileæ, & post Venetiis excusos adjunxerunt. Desunt &* Boethii *opuscula, ut liber de Trinitate, utrum tres personæ de divinitate substantialiter prædicentur, quomodo substantiæ bonæ sint, brevis fidei christianæ complexio, de Persona & Natura, a Renato Vallino Lugd. Batav. 1656. primum in lucem non sine notis prolata. Nec reperies* Ivonis Carnotensis *Epistolas Franc. Jureti notis illustriores: Nec insunt in Cantica Canticorum* Wolbero, *ac* Lucas Abbas San-Cornelianus, *Aponii Epitomator; in idem* Wilramus *Paraphrasi gemina, rhythmis latinis, & veteri lingva Francica a Paulo Merula, male tamen omisso carmine dedicatorio ad Henricum Regem, Lugd. Bat. 1598. editâ; alterâ autem a Menrado Molthero latine versa, & Haganoæ 1528. typis exscriptâ. Sic* Alani *Insulensis Opuscula a Carolo de Visch* jun-

junctim promulgata, quibus tamen Distinctiones Dictionum Theologicalium, quæ cum nascente Typographia lucem simul aspexerunt, non sunt additæ, desiunt. Desit & Joh. Sarisberiensis *Metalogicus, cum Policraticus tamen, & Epistolæ ejus compareant. Omissi sunt &* Joachimus Abbas, Nicolaus de Clemangis, Henricus Harphius *vel* Herpius, Rodericus Zamorensis, *Autor incognitus* Pharetræ, *cujus subinde auctæ triplicem editionem vidi*; Petri de Vergeria, Aureoli *dicti Compendium Biblicum &c. Et quo jure* Flodoardus *atque* Idacius, *eodem inesse poterant* Adrevaldus, Gulielmus Neubrigensis, Gulielmus de Nangis, Baldericus Cameracensis, Baldericus Dolensis, Henricus de Gandavo, Petrus Comestor *Historiæ Scholasticæ Autor*, Victor Tunnunensis, *vel* Tononensis, Joh. Biclariensis, Cæsarius Heisterbachensis, Usuardus, *& longe plures tales alii. Quos, puto, reservarunt forte uni magno Historicæ Bibliothecæ corpori. Nonnemo fuisset & adjuncturus* Giselberti *Monachi Altercationem Synagogæ & Ecclesiæ, librum perrarum:* Waltrami *item Numburgensis de unitate Ecclesiæ conservanda*; Pelagii Alvari *de planctu Ecclesiæ. Sunt qui ægre ferunt, frustra hic quæri* Radulphi Ardentis, *Scriptoris eximii, cujus*

neque Bellarminus, neque Labbeus meminêre, tam in Dominicalia Evangelia, quam in Sanctorum festa sermones, qui præ pluribus referri huc merebantur; Sermones quoque Absolonis, *ex Canonico S. Victoris Lutetiæ Parisiorum, Abbatis in Sprinckirsbach Coloniæ 1534. provulgatos;* Feliciarii *Episcopi Arelatensis opusculum Admonitionum quarundam atque interpretationum locorum aliquot Scripturæ difficilium, Coloniæ a Joh. Dietenbergio A. 1531. editum, una cum speculo Ecclesiæ, sive sermonibus tam de tempore, quam de Sanctis,* Honorii Augustodunensis, *quos Colonienses, jactantes se omnia Honorii opera edere, omiserunt, nescio an & Lugdunenses. Nec reperiri queruntur hic* Taulerum *a Laurentio Surio latine versum,* Henricum Susonem, *vulgo* Amandum, Thomam Kempisium &c. *Par fortuna sermonum spiritualium* Sensati, *ser nonum* Parati, Rapularii, Incerti *de Sanctis, vulgo* Dormi secure. *Quanquam isti minores si fuissent inserti, facile illi suo jure attrahere sibi poterant socios, nisi prolixitatis privilegium eximeret,* Pelbartum *scil.* Petrum de Palude, Robertum de Lycio, Jacobum Vitriacum, Joh. Heroldum, *vulgo* Discipulum de tempore, Meffretum, Jacobum de Voragine, Gottschalcum &c. *quos recensere uni-*

ver-

versos longum foret, oneri magis quam decori futuros immani tanto operi. Poterant tamen minutiora huic inferri choragio opuscula, qualia sunt : Gennadii Massil. *de dogmatibus Ecclesiasticis, & de Viris illustribus*; Udalrici *Episcopi epistola*; Fausti Regii *Galliæ Episcopi de ratione fidei ad objecta quædam responsio, in Antidotario Sichardi p. 239. b. in Hæreseologia p. 700. & inter veteres aliquot Galliæ Scriptores a P. Pithœo cum Vincentio Lirinensi, & Phœbadio publicatos p. 124. a.* Bened. Paulini *ad Faustum epistola edita a Pithœo p. 133. b. Vet. Scrip. Gall. Utraque nescio an insit Lugdunensi; nam in Colonienſi bibliotheca neutra est :* Georgii Flori Baldini *de oratione & precibus, inter Orthodoxographos*; Evodii Episcopi Uzalensis *de fide seu unitate Trinitatis, uti Sirmondus evicit, inter opera Augustini*; Columbani & Dinamii *epistolæ a Goldasto inter Paræneticos datæ*; SS. Armenii & Honorii *Monachorum diligentia de libris Canonicis Vet. & Novi Testamenti*, Euphronii *Presbyteri expositio fidei catholicæ*, Cyrini *Episcopi Frisingensis confessio peccatorum apud eundem Manuali Biblico*; Günteri *Ordinis Benedicti Monasterii Elvonensis de tribus usitatis Christianorum ritibus, oratione videl. jejunio & eleemosyna libri 13. Basileæ 1507. in*

4. excusi. Defensoris, *sive* Alvari Corduben-sis *Scintilla seu Loci Communes*; Eckerhardi *convivium de paupertate Spiritus*; Guerneri *Carthusiani de venerabili Sacramento*; Ritus Baptismi & Præfationes, *Colon. 1530. & longe plures alii. Ex Poëtis vero Latinis addi debuerant* Monumenta Christiana *pleraque apud Gruterum in Inscriptionibus*, Publii Porphyrii Optatiani *Panegyricus Constantino dictus*; Paulini Pellæi *sive Junioris, Ausonii Nepotis, Eucharisticon, quod cum* Paulino Petrocorio *de vita Martini prelo jam subjectum una cum Barthii notis brevi, Deo dante, exstabit*; Cresc. Corippus *de laudibus Justini, ejusdemque Johanneis, si adhuc supereſt*; Andreæ Oratoris *de partu Virginis elegans carmen a Pulmanno primum Antverpiæ cum Paulino Nolano & Prospero 1560. deinde a Grutero in Inscriptionibus, post a Barthio in Adversariis, tandem & a nobis editum*; Herici Monachi *Altissiodorensis de vita S. Germani libri sex*; Günteri *Solimarius cum Ligurino*; Ceponii *Geneſis, cujus partem Barthius dedit Adversariorum libro CIX. & ad Statium aliqua*; Rhosvitæ *Monialis Opera, ut &* Rilindis *Abbatissæ Bergensis in Episcopatu Eistadiano, quæ vixit circa annum 1095. ad Sorores Altitonenses versus*; Hildeberti Ceno-

Cenomanenſis, *quæ, præter jam in Bibliothecis PP. & in Ribini editione comparentia, in Bibliothecarum Conditoriis, ut in Thuana olim, nunc Colbertina aliorumque a Labbeo in nova MSS. Bibliotheca pag. præſertim 59. memoratorum ſupereſſe novimus, ſperamusque a V.CL. Stephani Baluzii in rem literariam munificentia;* Theoduli *Ecloga, qua olim, & diu poſt a Goldaſto recuſa, longe ſe meliorem habere narrat Labbeus, dicto libro p. 64.* Erinfredus *a Barthio Adverſ. lib. 32. cap. 12. datus;* Eupolemii *libri duo de Agathi & Caci pugna, quos ex Martisburgenſi Bibliotheca Georgius Fabricius habuit, nonnullisque inde deſumptis ſcholam ſuam Chriſtianam auxit;* Joſephus Bripius *de laudibus S. Alexii;* Auctor Elegiæ in Hieruſalem *excuſus cum S. Hieronymi in Eccleſiaſten commentariis, Colon. 1530. & a Georgio Vitelio in carminibus eccleſiaſticis;* Petri de Riga *Aurora, Teſtamentum vetus ac novum complexa; cujus prima ἔκδοσις in membranis a Nob. Barthio ad me pervenit, qui librum Eſther inde in Adverſaria ſua transſcripſit, unum etiam & alterum exemplum Lipſiæ in Paulina cuſtoditur; Interpolavit autem poſtea Pariſiis* Ægidius Levita, *neſcio quis, cujus præfationem vide apud laudatum Barthium Animadv. ad Gul. Britonem p. 755. Is*

Bessarionis Patriarchæ CPtani & Cardinalis tractatus de sacramento eucharistiæ.

Joannis Antonii Campani Episcopi Apruntini tractatus de gerendo Magistratu, & Oratio Cinericia.

Autores seculi XVI. sunt:

Moysis Mardeni Assyrii Jacobitæ professio fidei, & theologica de S. Trinitate contemplatio.

Sifud sive *Sulakæ* electi Patriarchæ Nestorianorum professio fidei, quam ore & scripto professus est Romæ Anno 1552.

TOMUS XXVII.

Seu Supplementum in duas partes dividitur: *Prima pars* continet Autores, qui post editos præcedentes tomos detecti sunt, & ad secula, quibus vixerunt, revocantur, nempe:

Hippolyti Portuensis Episcopi demonstratio de Christo & Antichristo, interprete Combefisio; Ejusdem explicatio historiæ Susannæ & annorum captivitatis Babylonicæ.

Commodiani cognomine *Mendici Christi* instructiones adversus Gentium Deos, ex editione Nicolai Rigaltii.

Eustathii Antiocheni Archiepiscopi commentarius in Hexaëmeron; Ejusdem de Engastri-

Digitized by Google

gaſtrimytho diſſertatio adverſus Origenem, cum ipſius *Origenis* tractatu de eadem materia, ex editione Leonis Allatii.

Damaſi Romani Pont. epiſtolæ & varia carmina cum notis Martii Mileſii Sarazanii.

Evagrii Pontici Monachi liber de 8. vitioſis cogitationibus.

Severiani Gabalorum Epiſcopi orationes 6. de mundi creatione cum aliquot ſymbolis, interprete Combefiſio.

Marii Mercatoris commonitorium, cum refutatione ſermonis ſeu ſymboli Theodori Mopſueſteni, & duabus epiſtolis. Additæ ſunt in hæc Acta Rigberii notæ.

Theodoti Epiſcopi Ancyrani expoſitio in ſymbolum Nicænum, ſeu adverſus Neſtorium liber, ex interpretatione Lucæ Holſtenii.

Arſenii Rom. Eccleſiæ Diaconi exhortatio, interprete Fr. Combefiſio.

Eucherii exhortatio ad Monachos, & ſententia ad eosdem, ex editione Lucæ Holſtenii.

Nili Abbatis opera ex Joſephi Suareſii, & Leonis Allatii interpretatione.

Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis homiliæ 14. cum notis Steph. Baluzii, & aliis ejusdem opuſculis.

Ful-

Digitized by Google

Fulgentii Episcopi Ruspensis liber ad interrogationes Scarilæ de mysterio incarnationis, & de vilium animalculorum autore, ex editione Guillelmi Camerarii.

Eustathii Presbyteri CPtani tractatus adversus eos, qui dicunt, animas statim atque è corpore solutas non operari, cum observationibus L. Allatii.

Niceta Davidis Paphlagonis Orationes 17. laudatoriæ Apostolorum, & festivæ, interprete Fr. Combefisio.

Anselmi Episcopi Lucensis meditationes in orationem Dominicam, in salutationem Angelicam, super Salve Regina, & de gestis Jesu Christi, ex editione Lucæ Wadingi.

Secunda pars hujus supplementi repræsentat eos, quorum ætas ignoratur, additis quibusdam Anonymorum opusculis, nempe:

Alexandri Lycopolitæ tractatus contra Manichæos, interprete Combefisio.

Hiperechii Presbyteri adhortatio ad Religiosam palæstram exercentes, eodem interprete.

Evagrii Monachi sententiæ ad eos, qui in cœnobiis habitant, & ad quandam Virginem, ex editione Holstenii.

Joannis Geometræ Poëtæ Græci hymni 4. in

in Virginem Deiparam; item paradisus Tetrastichorum moralium & piorum, interprete Frederico Morello, cum alio hymno cujusdam Anonymi.

Severiani Episcopi doctrina.

Eusebii Episcopi cujusdam oratio de commemoratione Sanctorum, ex editione Thomæ Galleti.

Eutropii Abbatis tractatus de remediis contra vitia principalia; item epistola ad Petrum Papam.

Porcarii Abbatis epistola.

Pauli Diaconi homilia in illud: *simile est regnum cœlorum Regi &c.*

Maximi Planudis CPtani Monachi oratio in corporis Christi sepulturam & Mariæ lamentationem.

Martini de Lauduno Prioris Carthusiensis epistola paræneticaex meris S. Scripturæ sententiis contexta.

Monasterii S. Galli illustrium Virorum & antiquorum Patrum epigrammata seu hymni, ex editione Hen. Canisii.

Merobaudis Hispani Scholastici carmen de Christo.

Incerti cujusdam carmen de Bebiani baptismo, & uxoris Apræ obitu.

Incerti carmen de laudibus Domini.

Ano-

Digitized by Google

Anonymi carmen de Cantico Moſis.

Anonymi carmen de die paſchatis.

Anonymi carmen de die Aſcenſionis.

Anonymi cujusdam, qui ſub nomine *Ruffini* Presbyteri a Jac. Sirmondo editus eſt, liber de fide.

Anonymi cujusdam Prædeſtinati titulo a Sirmondo editi libri 3. de hæreſibus, cum refutatione cujusdam operis, falſo ſub Auguſtini nomine conficti.

Anonymi Monachi Ratisbonenſis benedictio Dei, ſeu commentariolus, quomodo Deus per Pſalmos præcipue benedicendus.

Anonymi oppoſitio ex parte Severianorum contra fidem orthodoxam cum reſponſione incerti Autoris.

Anonymi (qui à quibusdam creditur eſſe Manuel Calecas, ab aliis Pantaleo,) tractatus contra Græcorum errores.

Anonymi collectanea contra Judæos.

Anonymi collectanea de quibusdam hæreſibus earumque Autoribus, ex editione Petri Stevartii.

Anonymi narratio in rem animarum utilis, interprete Combefiſio.

Miſſa, qua Æthiopes communiter utuntur, quæ etiam Canon univerſalis appellatur; Item ordo benedictionis Puerperæ ſecundum

Digitized by Google

dum uſum Æthiopum; ordo Baptiſmi & Confirmationis.

Miſſa Mozarabum Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo peculiariter in Hiſpaniis uſitata.

Miſſa ſeu *Liturgia Græcorum*, & officium eorum de myſteriis ante conſecratis S. Quadrageſimæ tempore, interprete Gilberto Genebrardo.

Miſſa & ordo divini officii *Gothici* Muſtarabum excerptus & in latinum ſermonem converſus ex Hiſpanico libro de vita & rebus geſtis Franciſci Ximenii; ad cujus calcem officium & Miſſa particularis diei feſti S. Jacobi repræſentatur.

Miſſa, qua utuntur antiqui Chriſtiani Epiſcopatus Angamallenſis in Montanis Mallabarici Regni, ex Syriaco in Latinum converſa ab *Alexio Meneſio* Archiep. Goano Indiarum Primate.

Miſſales orationes ex Manuſcripto Gothico Miſſali.

Hanc Lugdunenſem Patrum bibliothecam doctiſſimus Daumius in præfatione ad Hieronymi cujusdam Græci diſputationem inter alia ex eo commendat, quod centum circiter Autoribus locupletior & pingvior exiſtat, quam Colonienſis. Miratur tamen & mirari ſatis non poteſt, quod cum Lugdu-

Digitized by Google

nensis Patrum bibliotheca XII. tomis Colonienſem ſuperet, non plures quam centum, & quidem magna ex parte breves, ſi non breviſſimi Autores in Lugdunenſi bibliotheca additi fuerint. Poſtea longum Scriptorum illorum catalogum contexit, quorum opera in Lugdunenſi Patrum bibliotheca addi potuiſſent. Placet autem illos ipſius Daumii verbis recenſere, cum ille diſcurſus inſignem veterum Scriptorum eccleſiaſticorum notitiam ſuppeditet. *At quantum*, inquit, *augeri locupletarique de facili illa poterat, ſi Congeſtores ejus adjeciſſent inſuper nonnullos, inter Orthodoxographos, & apud Caniſium, aliosq; adhuc latitantes libellos, cujuscunque etiam cenſus, tamen in publico jam cognitos*; Prot-Evangelium *puta* Jacoci, & Nicodemi Evangelium, *aliis* Geſta Pilati *nuncupatum, ut ut ſcripta ὑποβολιμαῖα, & inter Apocrypha jam diu relata. Poſterioris enim Autorem* Gregorium Turonenſem *eſſe Catalogos Anglicanos indicare notat noſter Barthius ad Gallum Confeſſorem. Ediderunt ſane in I. Tomo* Linum *de paſſione Petri & Pauli, cur non eosce, commatis haud diſparis? Sed & deſideratur in hac nova editione* Abdias Babylonius, *vulgo ſic appellatus, quisquis etiam ille fuerit, ſive Julius Africanus, ſive quis alius, (nam nunc*

nunc istud non inquiro) *de vitis Apostolorum, una cum Anonymo* Philalethe Eusebiano *de passionibus Apostolorum, à Frid. Nausea A.1531. Coloniæ in quarta, quam vocant, forma publici juris facto, ex quo aut Pseudo-Abdias ille sua exscripsit, aut ex isto ille, ut videbunt, qui utrumque inter se committent. Absunt & à nupero hoc opere* Gelasius Cyzicenus *de Actis Concilii Nicæni à Rob. Balforeo foras datus, in Tomis tamen conciliorum Binii, ut nunc video, sed 2. editionis, exhibitus ;* Charitonymus Christonymus *pro divinitate Christi contra Nestorianos a Joh. Wegelino ;* Adriani *Isagoge & de tropis Scripturæ ab Hœschelio ;* Andreas Hierosolymitanus *Archiepiscopus Cretensis in humanam vitam & in dormientes ;* Methodius *de libero arbitrio ;* Timotheus Presbyter Constantinopolitanus *de duabus naturis in Christo &c.* Hilario Monachus *de pane mystico Græcorum & azymo Latinorum ;* Polychronius, *cujus & multa alia in bibliothecis latent, &* Psellus, *uterque in Canticum Canticorum ; bi sex à Meursio ;* Manuelis Comneni *Legatio ad Armenios a Leunclavio ;* Manuelis Palæologi *præcepta educationis regiæ,* (*nam* Basilii Imper. *epistolam exhortatoriam ad Leonem filium inseruerunt*) *ab eodem ;* Leontii *defensio de processione Spiritus*

S. a Christoph. Pelargo, evulgati. Nec conspiciuntur ibi Euthalius *de vita S. Pauli*, Nectarii, Cyri Theodori Prodromi, Joh. Metropolitani Euchaitensis *opuscula, uti &* Ezekielis *Hebræorum eductio. Idem fatum* Gesta collationis Carthagini habita *subierunt, &* Eugippius, *cujus neque vitam S. Severini a Marco Velsero, neque epistolam de Severino a Camisio supplendæ Velserianæ editioni depromptam, nec Thesauros ex Augustino Basileæ, & post Venetiis excusos adjunxerunt. Desunt &* Boethii *opuscula, ut liber de Trinitate, utrum tres personæ de divinitate substantialiter prædicentur, quomodo substantiæ bonæ sint, brevis fidei christianæ complexio, de Persona & Natura, a Renato Vallino Lugd. Batav. 1656. primum in lucem non sine notis prolata. Nec reperies* Ivonis Carnotensis *Epistolas Franc. Jureti notis illustriores: Nec insunt in Cantica Canticorum* Wolbero, *ac* Lucas Abbas San-Cornelianus, *Aponii Epitomator; in idem* Wilramus *Paraphrasi gemina, rhythmis latinis, & veteri lingva Francica a Paulo Merula, male tamen omisso carmine dedicatorio ad Henricum Regem, Lugd. Bat. 1598. editâ; alterâ autem a Menrado Molthero latine versa, & Haganoæ 1528. typis exscriptâ. Sic* Alani *Insulensis Opuscula a Carolo de Visch* jun-

junctim promulgata, quibus tamen Distinctiones Dictionum Theologicalium, quæ cum nascente Typographia lucem simul aspexerunt, non sunt additæ, desiunt. Desit & Joh. Sarisberiensis *Metalogicus, cum Policraticus tamen, & Epistolæ ejus compareant. Omissi sunt &* Joachimus Abbas, Nicolaus de Clemangis, Henricus Harphius *vel* Herpius, Rodericus Zamorensis, *Autor incognitus* Pharetræ, *cujus subinde auctæ triplicem editionem vidi*; Petri de Vergeria, Aureoli *dicti Compendium Biblicum &c. Et quo jure* Flodoardus *atque* Idacius, *eodem inesse poterant* Adrevaldus, Gulielmus Neubrigensis, Gulielmus de Nangis, Baldericus Cameracensis, Baldericus Dolensis, Henricus de Gandavo, Petrus Comestor *Historiæ Scholasticæ Autor*, Victor Tunnunensis, *vel* Tononensis, Joh. Biclariensis, Cæsarius Heisterbachensis, Ulsuardus, *& longe plures tales alii. Quos, puto, reservarunt forte uni magno Historicæ Bibliothecæ corpori. Nonnemo fuisset & adjuncturus* Giselberti *Monachi Altercationem Synagogæ & Ecclesiæ, librum perrarum:* Waltrami *item Numburgensis de unitate Ecclesiæ conservanda*; Pelagii Alvari *de planctu Ecclesiæ. Sunt qui ægre ferunt, frustra hic quæri* Radulphi Ardentis, *Scriptoris eximii, cujus*

neque Bellarminus, neque Labbeus meminêre, tam in Dominicalia Evangelia, quam in Sanctorum festa sermones, qui præ pluribus referri huc merebantur; Sermones quoque Absolonis, *ex Canonico S. Victoris Lutetiæ Parisiorum, Abbatis in Sprinckirsbach Coloniæ 1534. provulgatos;* Feliciarii *Episcopi Arelatensis opusculum Admonitionum quarundam atque interpretationum locorum aliquot Scripturæ difficilium, Coloniæ a Joh. Dietenbergio A. 1531. editum, una cum speculo Ecclesiæ, sive sermonibus tam de tempore, quam de Sanctis,* Honorii Augustodunensis, *quos Colonienses, jactantes se omnia Honorii opera edere, omiserunt, nescio an & Lugdunenses. Nec reperiri queruntur hic* Taulerum *a Laurentio Surio latine versum,* Henricum Susonem, *vulgo* Amandum, Thomam Kempisium &c. *Par fortuna sermonum spiritualium* Sensati, *ser nonum* Parati, Rapularii, Incerti *de Sanctis, vulgo* Dormi secure. *Quanquam isti minores si fuissent inserti, facile illi suo jure attrahere sibi poterant socios, nisi prolixitatis privilegium eximeret,* Pelbartum *scil.* Petrum de Palude, Robertum de Lycio, Jacobum Vitriacum, Joh. Heroldum, *vulgo* Discipulum de tempore, Meffretum, Jacobum de Voragine, Gottschalcum &c. *quos recensere univer-*

versos longum foret, oneri magis quam decori futuros immani tanto operi. Poterant tamen minutiorae huic inferri choragio opuscula, qualia sunt : Gennadii Massil. *de dogmatibus Ecclesiasticis, & de Viris illustribus*; Udalrici *Episcopi epistola*; Fausti Regii *Galliae Episcopi de ratione fidei ad objecta quaedam responsio, in Antidotario Sichardi p. 239. b. in Haereseologia p. 700. & inter veteres aliquot Galliae Scriptores a P. Pithoeo cum Vincentio Lirinensi, & Phoebadio publicatos p. 124. a.* Bened. Paulini *ad Faustum epistola edita a Pithoeo p. 133. b. Vet. Scrip. Gall. Utraque nescio an insit Lugdunensi; nam in Colonienſi bibliotheca neutra est :* Georgii Flori Baldini *de oratione & precibus, inter Orthodoxographos*; Evodii Episcopi Uzalensis *de fide seu unitate Trinitatis, uti Sirmondus evicit, inter opera Augustini*; Columbani & Dinamii *epistolae a Goldasto inter Paraeneticos datae*; SS. Armenii & Honorii *Monachorum diligentia de libris Canonicis Vet. & Novi Testamenti*, Euphronii *Presbyteri expositio fidei catholicae*, Cyrini *Episcopi Frisingensis confessio peccatorum apud eundem Manuali Biblico*; Günteri *Ordinis Benedicti Monasterii Elvonensis de tribus usitatis Christianorum ritibus, oratione videl. jejunio & eleemosyna libri 13. Basileae 1507. in*

4. excuſi. Defenſoris, *ſive* Alvari Corduben-ſis *Scintilla ſeu Loci Communes*; Eckerhardi *convivium de paupertate Spiritus*; Guerneri *Carthuſiani de venerabili Sacramento*; Ritus Baptiſmi & Præfationes, *Colon. 1530. & longe plures alii. Ex Poëtis vero Latinis addi debuerant* Monumenta Chriſtiana *pleraque apud Gruterum in Inſcriptionibus*, Publii Porphyrii Optatiani *Panegyricus Conſtantino dictus*; Paulini Pellæi *ſive Junioris, Auſonii Nepotis, Euchariſticon, quod cum* Paulino Petrocorio *de vita Martini prelo jam ſubjectum una cum Barthii notis brevi, Deo dante, exſtabit*; Creſc. Corippus *de laudibus Juſtini, ejusdemque Johanneis, ſi adhuc ſupereſt*; Andreæ Oratoris *de partu Virginis elegans carmen a Pulmanno primum Antverpiæ cum Paulino Nolano & Proſpero 1560. deinde a Grutero in Inſcriptionibus, poſt a Barthio in Adverſariis, tandem & a nobis editum*; Herici Monachi *Altiſſiodorenſis de vita S. Germani libri ſex*; Günteri *Solimarius cum Ligurino*; Ceponii *Geneſis, cujus partem Barthius dedit Adverſariorum libro CIX. & ad Statium aliqua*; Rhoſvitæ *Monialis Opera, ut &* Rilindis *Abbatiſſæ Bergenſis in Epiſcopatu Eiſtadiano, quæ vixit circa annum 1095. ad Sorores Altitonenſes verſus*; Hildeberti Ceno-

Cenomanenſis, *quæ, præter jam in Bibliothecis PP. & in Ribini editione comparentia, in Bibliothecarum Conditoriis, ut in Thuana olim, nunc Colbertina aliorumque a Labbeo in nova MSS. Bibliotheca pag. præſertim 59. memoratorum ſupereſſe novimus, ſperamusque a V.CL. Stephani Baluzii in rem literariam munificentia;* Theoduli *Ecloga, qua olim, & diu poſt a Goldaſto recuſa, longe ſe meliorem habere narrat Labbeus, dicto libro p. 64.* Erinfredus *a Barthio Adverſ. lib. 32. cap. 12. datus;* Eupolemii *libri duo de Agathi & Caci pugna, quos ex Martisburgenſi Bibliotheca Georgius Fabricius habuit, nonnullisque inde deſumptis ſcholam ſuam Chriſtianam auxit;* Joſephus Bripius *de laudibus S. Alexii;* Auctor Elegiæ in Hieruſalem *excuſus cum S. Hieronymi in Eccleſiaſten commentariis, Colon. 1530. & a Georgio Vitelio in carminibus eccleſiaſticis;* Petri de Riga *Aurora, Teſtamentum vetus ac novum complexa; cujus prima ἔκδοσις in membranis a Nob. Barthio ad me pervenit, qui librum Eſther inde in Adverſaria ſua tranſcripſit, unum etiam & alterum exemplum Lipſiæ in Paulina cuſtoditur; Interpolavit autem poſtea Pariſiis* Ægidius Levita, *neſcio quis, cujus præfationem vide apud laudatum Barthium Animadv. ad Gul. Britonem p. 755. Is*

Digitized by Google

forte Ægidius *Leoninis versibus adjecit Jobum, Threnos Jeremiæ, Canticum Canticorum, Acta Apostolica, cum hæc omnia a prima editione absint, & alio metro utantur; etsi laudentur* Auroræ *vel* Rigensis *nomine, sed ab ejus Interpolationis ignaris. Hujus forte etiam sunt* Proverbia Salomonis, *Leoninis itidem scripta versibus, quæ producit Albertus ab Eybe in Margarita Poëtica, Auroræ vero titulo laudat Vetus Florilegii Poëtici collector, quæque etiamnum in Italia, teste Tomasino p. 91. Catalogi Batavini, supersunt. Exstat ab Ægidio interpolatum exemplar in Lipsiensi Paulina Bibliotheca. Cui altera denuo interpolata successit, nescio cujus ausu, quam Rhedigerianæ Vratislaviæ custodes, etsi alicubi mutilam, asservant; unde varias & additamenta liberalissime mecum communicarunt Viri CLL. Joh. Gebhardus, & Martinus Hankius ejus ibidem Præfecti. Auctor certe in scholis ante renatas literas tritissimus, & in tot sublapsi ævi Lexicis frequentissimus.* Ejusdem Petri *vitâ SS. Crispini & Crispiniani utitur productis inde versibus* Jacobus Magdalius Gaudensis *in Stichologia sua fol. m. 19. b. & 41. b. neminitamen hucusque, quantum novi, ea cognita fuit. Debebat & Bibliothecæ huic inferri paris genii Scriptor* Matthæus Vindocinensis, *qui Elegiacis*

giacis versibus Historiam Tobiæ contexuerat, non ita pridem a Joh. Heringio JCto in lucem e duobus MStis quasi primum prolatus: cum tamen non solum Lugdunensis An. 1505. cum Commentar. inter Auctores octo morales, &, ex eadem editione, Argentoratensis An. 1510. prodiissent longe, præsertim circa finem, auctiores; sed etiam alia Lugdunensis per Joan. Rænerium An. 1538. in 8. apud Theobaldum Paganum, at sine Comment. procurata esset. Post istos Joh. Heroldus Oporino An. 1563. excudendum tradidit, cujus exemplar nondum oculis usupavi. Hujus Matthæi *Poëtica, sive Poëtria, ut tum vocabant, soluta partim, partim ligata oratione, cæteris ignota, laudatur non semel ab Hieremia de Montagnone civi Paduano in Epitome Sapientiæ. Insuper habuerunt & Editionum Bibliothecæ ὑπερμεγέθης Curatores apponere Margaritam Bibliæ* Guidonis Ferrariensis *a Lilio Greg. Gyraldo Dial. 5. de Poëtis Vett. & Vossio cap. 6. de Poëtis Latinis p. 76. nominatam:* Petri *item* de Rosenheym, *Monachi Mellicensis Cœnobii in Austria, Roseum memoriale divinorum eloquiorum, ejusdemque Rationarium Evangelistarum, omnia Evangelia prosa, versu, imaginibusque continens, Phorcæ 1510. impressum. Debebant* & P. Apollonium Collatium, *post Doctorum*

monitiones, ſeculo quinto decimo reſtituere, addereque ejus Faſtos. Sed deſino tandem, numero ab hac Bibliotheca exulantium mægis magisque excreſcente, quos nec charta hæc capiat, & peculiaris operæ res ſit, a nobis jam non ſuſcepiæ. Ego imprimis miror *Clementis Romani* priorem ad Corinthios epiſtolam, cum poſterioris fragmento in hac maxima, quæ dicitur, Patrum bibliotheca omiſſam fuiſſe. Exiguæ enim illa molis eſt, quæ ſine magnis impenſis addi poterat, & magnæ ſemper fuit autoritatis. Poterant etiam addi monumenta quædam ex Dacherii Spicilegio, cujus duodecim tomi, adeoque omnes excepto ultimo ſeu decimo tertio, jam prodierant, cum Lugdunenſis Patrum bibliotheca prodiret. Verum hujus Spicilegii monumenta Collector Lugdunenſis bibliothecæ de induſtria ſe omiſiſſe dicit, cum illud Spicilegium peculiaris quædam Patrum bibliotheca videatur. Cæterum cum Daumius tantum catalogum Scriptorum Lugdunenſi Patrum bibliotheca contentorum in Slüteri Propylæo legerit, ipſam autem bibliothecam non viderit, neſcire ſe fatetur, an forte lacuna Fortunati, quæ in Colonienſi bibliotheca relicta eſt, ex Binianis Conciliorum tomis ſuppleta fuerit, item an in Hugonis Etheriani libris

libris de hæresibus sive processione Spiritus S. errata typographica, quæ in Basileensi Heroldi editione commissa sunt, in hac Patrum bibliotheca correcta fuerint. Sed tam curiosa diligentia in hac Lugdunensi PP. bibliotheca quærenda non est, in qua non raro supina negligentia deprehenditur, qualis est, cum Evagrii tractatus de octo vitiosis cogitationibus semel tomo V. & iterum tomo XXVII. editus legitur.

II. Jam supra diximus, apparatum ad hanc Lugdunensem PP. BB. seorsim editum fuisse. Et primus quidem tomus Parisiis A. C. 1694. in 8°. prodiit hoc notatus titulo:

Apparatus ad Bibliothecam maximam veterum Patrum & antiquorum Scriptorum Ecclesiasticorum Lugduni editam: in quo quicquid ad eorum scripta & doctrinam, variosque scribendi & docendi modos pertinet, Dissertationibus Criticis examinatur & illustratur. De Scriptoribus primi Ecclesiæ sæculi. Opera & studio Dom. Nicolai de Nourry Presbyteri & Monachi Ordinis sancti Benedicti e Congregatione sancti Mauri. Parisiis apud Joannem Anisson, Typographiæ Regiæ Directorem, viâ Jacobæa, sub Lilio Florentino. M. DC. XCIV.

Primum hunc tomum in eadem forma

Digitized by Google

A. C. 1697. excepit Tomus II. de Scriptoribus ſeculi ſecundi agens. Anno autem Chr. 1703. idem Nourry apparatum ſuum in majori forma ſeu in Folio, ut loquuntur, publicavit, cujus primus tomus hoc gaudet titulo:

Apparatus ad Bibliothecam maximam veterum Patrum, & antiquorum Scriptorum eccleſiaſticorum Lugduni editam. In quo quicquid ad eorum ſcripta, & doctrinam, variosque ſcribendi, & docendi modos pertinet, Diſſertationibus Criticis examinatur & illuſtratur. De Scriptoribus primi & ſecundi Eccleſiæ ſeculi, ac de omnibus Clementis Alexandrini Operibus. Opera & ſtudio Domni Nicolai le Nourry Presbyteri & Monachi Ordinis ſancti Benedicti, e Congregatione ſancti Mauri. Pariſiis, apud Joannem Aniſſon Typographiæ Regiæ Præfectum, via Cytharea MDCCIII.

Et primo quidem hujus apparatus libro ſequentes diſſertationes continentur. I. de omnibus generatim primi Eccleſiæ ſeculi Scriptoribus, ubi etiam ſimul de ejusdem ſeculi hæreticis agitur. II. de Liturgiis Jacobi, Marci, & Petri. III. De Barnabæ epiſtola. IV. de libris Hermæ. V. de vita Johannis Prochoro tributa. VI. de paſſione Petri & Pauli, quæ Lino ſupponitur. VII. de Ignatii

tii epistolis. VIII. de epistola Polycarpi. IX. de epistolis Martialis Lemovicensis. X. de operibus Dionysii Areopagitæ. XI. de Clementis Romani recognitionibus. XII. de Aristea, testamento 12. Patriarcharum, & octo libris Oraculorum Sibyllinorum. Secundus hujus Apparatus liber sex dissertationes comprehendit, nempe I. de seculi secundi Scriptis generatim, ubi simul de hæreticis secundi seculi agitur. II. de Justini Martyris Operibus. III. de scriptis Athenagoræ. IV. de operibus Theophili Antiocheni. V. de Tatiani & Melitonis Sardensis Operibus, & VI. de Irenæi scriptis. Tertius denique liber circa Clementis Alexandrini opera versatur, & tres dissertationes continet, quarum prima de Clementis admonitione ad Græcos & Pædagogo, secunda de libris Stromatum, & tertia de aliis Clementis hujus operibus veris & falsis, editis & ineditis agit, & simul varias chronologias ab ipso repræsentatas exhibet. Huc usque hactenus Nourry in apparatu suo progressus est, nempe usque ad scripta Clementis Alexandrini, quæ sub initium tomi tertii Lugdunensis Patrum bibliothecæ leguntur. Cum autem ne tertium quidem tomum hactenus absolverit, nulla spes supersit, omnes hujus bibliothecæ

thecæ tomos, qui ſunt numero ſeptem & viginti, ſimili apparatu ab eo illuſtratum iri. Cæterum cum Vir doctus in hoc apparatu de Clementis Alexandrini libello, *quis dives ſalvus ſit*, prolixe agit, meæ quoque græco-latinæ, quam A. C. 1700. Lipſienſibus typis in lucem publicam emiſi, p. 1297. honeſtam mentionem facit. Video tamen poſtea p. 1305. ipſi diſplicere, quod in epiſtola dedicatoria ad B. DN. D. Eliam Vejelium, Theologum de eccleſia noſtra meritiſſimum, nunc deſideratiſſimum, hunc Clementis libellum de Novatianiſmo ſuſpectum habuerim, cum in illo libello penitus a Deo rejecti & reprobi dicantur, qui poſt ſignaculum & liberationem ſeu baptiſmum vel per ignorantiam vel per involuntarios vitæ caſus in peccata lapſi, iisque penitus obruti fuerint. Doctiſſimus enim hujus apparatus Autor putat, nihil aliud illis verbis Clementem ſignificare voluiſſe, niſi eum, qui in peccatis perſeverat, tamdiu a Deo rejici & reprobari, quamdiu in peccatis perſeverat. Quem ſenſum num Clementis verba admittant, aliis dijudicandum relinquo. Ego quidem exiſtimavi, commodius hunc Clementis locum a Novatianiſmi ſuſpicione abſolvi poſſe, ſi ex Carpophili vel Ghiſlerii ſententia particula nega-

negativa inferatur, cum præsertim Clemens de peccatis ex ignorantia commissis & involuntariis agat, quibus Clementem veniam negasse probabile non est, cum in eodem libello etiam latronem, qui in gravissima peccata lapsus fuerat, in gratiam a Deo receptum referat. Interim nolui Clementi defendendo multum temporis impendere, cum ex Hermæ Pastore, ex quo in suis scriptis multa mutuatus est, facile aliquid Novatianismi haurire potuerit. Etsi enim me non lateret, Clarissimum Nourrium cum aliis quibusdam viris doctis etiam Hermam a Novatianismo liberare voluisse, mihi tamen semper visum fuit, invito Herma illud fieri, & adhuc videtur. Quia tamen Nourrius me ne tantillum quidem contra rationes ab ipso adductas in medium adducere potuisse scribit, verbo nunc dico, expositiones illas, quibus Hermæ verba emollire, & bonum sensum illis affingere conatur, contortas & a mente Hermæ alienas esse, partim etiam minus orthodoxas, qualis est, cum verba Hermæ dicentis: *transfugis mortem, non pœnitentiam propositam esse*, ita explicat, quasi Deus apostatis occasionem & facultatem veniam peccatorum consequendi non concedat.

III. Prodiit Lugduni A. C. 1613. *Chronolo-*

Digitized by Google

gia Sanctorum & aliorum virorum illustrium ac Abbatum sacræ Insulæ Lirinensis, a Domno Vincentio Barrali Salerno Monacho Lerinense in unum volumen compilata, cum annotationibus ejusdem.

Hanc chronologiam inter Lugdunenses Patrum bibliothecas refero, quia illi varia veterum & imprimis Monachorum & Abbatum Lerinensium monumenta inseruntur. Leguntur enim inter alia in hac Chronologia:

Hilarii Arelatensis oratio de vita S. Honorati.

Petri Damiani historia vitæ & miraculorum S. Odilonis Abbatis Cluniacensis.

Fausti Regiensis instructio ad Monachos.

Ejusdem epistola ad Lucidum.

Vita S. Attalæ edita a *Jona Scoto.*

Vita Hilarii Arelatensis scripta per *Honoratum Juniorem.*

Hilarii Arelatensis epistola ad Eucherium.

Vincentii Lirinensis de catholicæ fidei antiquitate adversus hæresium novationes, cum notis *Johannis Costerii.*

Vita Cæsarii Arelatensis scripta per *Cyprianum* & *Messianum.*

Cæsarii Arelatensis testamentum per modum epistolæ conscriptum.

Ejus-

Ejusdem ſermones 18.

Eucherii Lugdunenſis intelligentiæ ſpiritualis formulæ.

Ejusdem inſtructionum libri 2.

Ejusdem epiſtola paræneticaad Valerianum.

Ejusdem de laudibus eremi.

Jonæ Abbas de vita S. Columbani.

Columbani epiſtola de deteſtanda avaritia.

Fauſti homilia de S. Maximo Regienſi.

Dinamius Patricius de vita S. Maximi Regienſis.

Ennodius Ticinenſis de vita Antonii Cyri.

Claudunt hanc chronologiam *Dionyſii Faucherii* Monachi Lerinenſis recentioris, qui ſeculo 16. vixit, opera omnia, ſive ſoluta ſive ligata oratione ſcripta.

IV. Prodiit etiam Lugduni 1588. *Bibliotheca homiliarum & ſermonum priſcorum eccleſiæ Patrum* in quatuor tomos ſatis ſpiſſos congeſta, quam colligere & digerere cœpit Laurentius Cumbdius Italus, poſt cujus obitum Gerardus Moſanus Dominicani Ordinis frater opus hoc continuavit & perfecit. In hac bibliotheca juxta temporum & feſtorum ordinem occurrunt varii tractatus, ſermones, & evangeliorum expoſitiones a priſcis Patribus concinnatæ, quibus etiam nonnun-

quam Autores quidam ſequioris ævi, & inter Patres non facile numerandi, interjecti ſunt. Margini nonnunquam etſi rarius aſcriptæ ſunt notulæ, ut ſi quid vel hæreſes, quas putant, jugulare videatur, vel in ipſis Patrum homiliis aliquid durius & a communi eccleſiæ pontificiæ doctrina alienum legatur, velut digito monſtretur, uti obſervat Combefiſius in præfatione ad ſuam bibliothecam Patrum concionatoriam, quam ſupra inter Pariſienſes memoravimus, & Poſſevinus in apparatu Tom. II. p. 10.

V. Vetuſtior bibliotheca Patrum homiletica Lugduni prodiit A. C. 1525. hoc titulo:

Homiliæ Doctorum eccleſiaſticorum in evangelia Dominicalia ac temporanea, una cum ſermonibus ornatiſſimis in unum redactæ codicem, juſſu Divi Caroli Magni Imperatoris ſemper Auguſti. Opera & ingenio Venerabilis Chriſti profeſſoris Alchuini. Cujus ejusdem inſeruntur tres libri diſerti atque acuti de ſacroſancta Trinitate ad eundem Carolum. Omnia terſiſſime impreſſa, docte recognita, ſententiis ac ſacræ ſcripturæ teſtimoniis marginatim illuſtrata. MCCCCCXXV.

Cæterum hoc Homiliarium, quod in titulo ab Alchuino collectum & digeſtum dicitur,

citur, a Viris nonnullis doctis Paulo potius Diacono, quam Alcuino tribuendum ſtatuitur.

VI. Opuſcula quædam Patrum Lugduni A. C. 1615. a Thoma Galleto edita fuiſſe indicat Labbeus diſſert. de Script. eccleſ. Tom. II. in appendice, ubi de Paulo Diacono agit. Sunt autem inter illa Patrum opuſcula *Euſebii* cujusdam oratio de commemoratione Sanctorum, *Neropii Paulini* & *Theratiæ* epiſtola ad Sanctum & Amandum, *Eutropii* Abbatis epiſtola ad Petrum Papam, *Porcarii* Abbatis epiſtola, *Sedati* Epiſcopi homilia de Epiphania, *Pauli Diaconi* homilia ſuper parabola Regis volentis rationem poſcere de ſervis ſuis; *Syneſii* tres epiſtolæ, *Procli* oratio panegyrica in S. Andream, & *Heſychii* oratio in S. Andream. Quæ opuſcula poſtea ex hac Lugdunenſi Galleti editione in ſupplementum Colonienſis Patrum bibliothecæ tranſierunt.

VII. In eadem Galliæ urbe ſumtibus Laurentii Aniſſon & Joh. Bapt. Devenet A. C. 1657. prodiit:

Aloyſii Lippomani Meton. Epiſcopi Coadjutorisque Veronenſis Catena in Geneſim ex Autoribus eccleſiaſticis plus minus ſexaginta, iisque partim Græcis, partim Latinis

Digitized by Google

connexa; in qua nihil eorum, quæ ad explanationem Geneſeos faciunt, ſeu hiſtoricam ſeu myſticam, deſiderandum.

Patres Græci, ex quibus hæc in Geneſin catena conflata eſt, ſunt: *Philo Hebræus*, *Melito* Epiſcopus Sardicenſis, *Apollinarius* Epiſcopus Hieropolitanus *Irenæus*, *Origenes*, *Hippolytus*, *Theodorus*, *Euſebius Cæſarienſis*, *Euſtathius Antiochenus*, *Euſebius Emiſſenus*, *Acacius*, *Serapion*, *Didymus*, *Philo Epiſcopus*, *Apollinarius* alter, *Ephrem*, *Baſilius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Cyrillus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Epiphanius*, *Diodorus*, *Theophilus* Epiſcopus Alexandrinus, *Theodorus Mopſuheſtiæ*, *Chryſoſtomus*, *Caſſianus*, *Joannes Damaſcenus*, *Severianus* Gabalenſis, *Theodoretus*, *Gennadius*, *Iſidorus Peluſiota*, *Iſidorus* Abbas, *Græcus incertus autor*, & *Gloſſa græca*. Patres Latini, quibus etiam recentiores quidam Scriptores adduntur, ſunt: *Zeno* Epiſcopus Veronenſis, *Hilarius*, *Ambroſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, *Eucherius*, *Leo Papa*, *Proſper* Aquitanenſis Epiſcopus, *Gregorius* Papa, *Iſidorus* Epiſcopus Hiſpalenſis, *Junilius*, *Beda*, *Strabus*, *Alcuinus* qui & *Albinus*, *Rabanus*, *Nicolaus Papa*, *Bernardus*, *Hugo de ſancto Victore*, *Rupertus*, *Gratianus*, *Magiſter ſententiarum*, *Bonauentura*, *Thomas Aquinas*, *Ordi-*

Digitized by Google

Ordinaria, *Interlinearis*, *Cajetanus*, *Gloſſa*, ſeu ipſius Catenæ autor.

Eodem anno eademque methodo ejusdem Autoris catena in Exodum prodiit. Sunt autem Autores, quos ad hanc catenam adhibuit, iterum vel Græci, quorum tamen verba tantum ex verſione latina allegantur, vel Latini. Latini ſunt: *Cyprianus*, *Zeno* Epiſcopus Veronenſis, *Hilarius*, *Ambroſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, *Gregorius Magnus*, *Leo* Papa, *Iſidorus* Epiſcopus Hiſpalenſis, *Maximus* Epiſcopus Taurinenſis, *Iſychius*, *Proſper* Aquitanenſis Epiſcopus, *Eucherius*, *Beda*, *Strabus*, *Gilbertus*, *Alcuinus*, *Sixtus* Papa, *Bernardus*, *Gillibertus de Hollandia*, *Guerricus* Abbas Igniacenſis, *Joannes* Abbas Caſemarii, *Hugo de Sancto Victore*, *Rupertus*, *Rabanus*, *Ordinaria*, *Interlinearis*, *Thomas Aquinas*, *Cajetanus*, & *Autor Catenæ*. Græci ſunt: *Philo* Judæus, *Dionyſius* Areopagita, *Irenæus* Epiſcopus Lugdunenſis, *Joſephus*, *Origenes*, *Antonius* Abbas, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Gregorius* Nazianzenus, *Gregorius* Nyſſenus, *Chryſoſtomus*, *Cyrillus*, *Euſebius* Cæſarienſis, *Euſebius* Emiſenus, *Theodoretus*, *Acacius*, *Damaſcenus*, *Diodorus*, *Epiphanius*, *Hirenæus* Antiochenus, *Euthymius* Monachus Zigabenus, *Collationes Patrum*, *Philo* Epiſcopus, *Dionyſius*

nysius alter, *Severus* Antiochenus Episcopus, *Severus* alter, *Severianus*, *Oecumenius*, Sexta Synodus, *Isidorus* Peluſiota, & *Græcus incertus Autor.*

VIII. Catena Græca in Jobum Pauli cum Deo Lugduni 1586. impreſſa in catalogo bibliothecæ Heinſianæ p. 36. recenſetur. Sed quis ſit ille Paulus cum Deo, me neſcire fateor, & forte nemo erit, qui ſciat. Suſpicor ergo pro *Pauli cum Deo* legendum eſſe Pauli Comitoli. Nam illius catena in Jobum Lugduni A. 1586. primum prodiit. Sed de illa Patrum catena agemus, cum ad Venetas Patrum bibliothecas pervenerimus, quia illa catena ſequenti anno 1587. auctior Venetiis prodiit, quod exemplar ad manus habeo. Autores octo morales & inter hos *Matthæi Vindocinenſis* Tobiam carminice redditum, Lugduni A. 1505. prodiſſe Daumius in verbis ſupra laudatis me docuit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

DE

BIBLIOTHECIS PATRUM LUGDUNO-BATAVIS, SEU LEIDENSIBUS.

I. Lugduni Batavorum A. C. 1619. opuſcula quædam Veterum Scriptorum Græca antehac inedita obſtetricante Johanne Meurſio in lucem prodierunt. Præfixit Meurſius huic Collectioni ſequentem titulum:

Joannis Meurſii variorum divinorum liber unus: in quo Auctores Theologi Græci varii antehac nunquam vulgati.

Sunt autem iſta opuſcula ſequentia:

ΚΥΡΙΛΛΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, εἰς τὴν ἁγίαν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λόγος ά.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς παναχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας λόγοι β'.

ΑΝΔΡΕΟΥ Ἱεροσολυμίτου, Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ εἰς κοιμηθέντας, λόγος ά.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, λόγος ά.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ Πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως,

περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγία ἐκκλησίᾳ, λόγος ά.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν δύο Φυσέων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΙΛΑΡΙΩΝΟΣ Μοναχοῦ, περὶ ἄρτου μυστικοῦ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀζύμου τῶν Λατίνων, λόγος ά.

h. e.

Cyrilli Alexandrini oratio in transfigurationem Chriſti.

Anaſtaſii Antiocheni in annunciationem B. Virginis Mariæ orationes 2.

Andreæ Hieroſolymitani Cretenſis Epiſcopi de vita humana & defunctis oratio.

Methodii de libero arbitrio ſermo.

Timothei Presbyteri CPtani tractatus de illis, qui ab hæreticis ad eccleſiam accedunt.

Ejusdem de duabus naturis in Chriſto.

Hilarionis Monachi de pane Græcorum myſtico & azymo Latinorum ſermo.

Et *Andreas* quidem *Cretenſis* vere in hac homilia de humana vita & mortuis Cretenſem mendacem agit, dum damnatis de miſericordia Dei non deſperandum eſſe docet. *Methodii* orationem de libero arbitrio quantum attinet, obſervat Combefiſius in notis ad Methodii opera p. 462. quod Meurſius eam integram non ediderit, defectu ne leviter quidem inſinuato, quem tamen ipſe titulus

lus arguit, cum in ea orationis hujus parte, quam Meurſius vulgavit, nihil de libero arbitrio agatur. Unde Combefiſius in ſua Methodii operum editione defectum illum qualitercunque ſupplevit, partim ex Photionis excerptis, partim ex fragmento, quod a Jacobo Sirmondo accepit. De *Timothei* tractatu, quem hic Meurſius edidit, jam ſupra notavimus, quod tam a Combefiſiana quam Coteleriana editione multum diſcrepet. Tandem de Hilarionis tractatu obſervamus, quod illum poſtea etiam Leo Allatius in Græcia ſua orthodoxa ediderit, & ſimul latinam ſuam interpretationem adjecerit. Cæterum idem Meurſius A. C. 1617. in eadem urbe nempe Lugduni Batavorum *Euſebii*, *Pſelli*, & *Polychronii* commentaria in Canticum Canticorum græce in lucem publicam emiſit.

II. In eadem Lugdunenſi Batavorum Academia Stephanus Le Moyne ſub titulo *Variorum Sacrorum* Patres aliquos & Scriptores veteres collegit. Ubi obiter noto hallucinari eos, qui Stephanum le Moyne a Stephano Monachio tanquam diverſum diſtinguunt, quod ab autore des Monatlichen Auszugs factum video, Menſe Januarii 1700. p. 59. ubi inter autores Joſephi editionem molitos duodecimus numeratur Monachius, & decimus

cimus quintus Stephanus le Moyne, quasi a Monachio diversus. Legerat enim in epistolis Reinesii, & Bosii mutuis, quas ibi recenset, & Monacho & Le Moynio propositum Josephum edendi tribui, non attendens eundem modo Gallico nomine Le Moyne, modo Latino Monachum vel Monachium appellari. Integer autem titulus illius Patrum bibliothecæ, quam Stephano Le Moyne debemus, ita se habet:

Varia Sacra, seu Sylloge variorum opusculorum Græcorum ad rem ecclesiasticam spectantium. Cura & studio Stephani Le Moyne Theologi Leydensis, qui collegit, versiones partim addidit, & notis & observationibus uberioribus illustravit.

Divisa autem est hæc Sylloge, quæ Lugduni Batavorum 1685. prodiit, in duos tomos. Quorum prior ipsos Scriptores a Le Moyne collectos, posterior ejus notas & observationes continet. Præmittuntur priori tomo Autoris prolegomena, quorum maximam partem dissertationes de Polycarpo, Barnaba, & Hippolyto constituunt. Opuscula autem, quæ primo tomo continentur, sunt sequentia:

Polycarpi Episcopi Smyrnensis epistola.
Barnabæ quæ tribuitur epistola.

Hip-

Hippolyti Sermo περὶ τῆς παυλός.

Hippolyti Laterculus, in quo continentur lemmata illius operum.

Brevis interpretatio orationis Dominicæ.

Germani tractatus de sex Synodis Oecumenicis.

Alius tractatus de septem Synodis Oecumenicis.

Brevis Elucidatio fidei Christianæ.

Brevis instructio quomodo credere debeamus.

Basilii M. Expositio fidei.

Euthymii Zygabeni præfatio in Psalmos.

Nili Doxopatrii Notitia Patriarchatuum.

Manuelis M. Rhetoris CPtani apologia.

Ecclesiæ Constantinopolitanæ epistola ad Bohemos.

Bartholomæi Edesseni Confutatio Hagareni.

Confutatio Muhammedis.

Nomina Mensium variarum Gentium.

Epiphanii Episcopi de Ponderibus & Mensuris.

Fragmenta Veterum de Ponderibus & Mensuris.

Antonii Eparchi Volumen, in quo varia Opuscula continentur.

D. Chrysostomi epistola ad Cæsarium.

Pro-

thecæ tomos, qui ſunt numero ſeptem & viginti, ſimili apparatu ab eo illuſtratum iri. Cæterum cum Vir doctus in hoc apparatu de Clementis Alexandrini libello, *quis dives ſalvus ſit*, prolixe agit, meæ quoque græco-latinæ, quam A. C. 1700. Lipſienſibus typis in lucem publicam emiſi, p. 1297. honeſtam mentionem facit. Video tamen poſtea p. 1305. ipſi diſplicere, quod in epiſtola dedicatoria ad B. DN. D. Eliam Vejelium, Theologum de eccleſia noſtra meritiſſimum, nunc deſideratiſſimum, hunc Clementis libellum de Novatianiſmo ſuſpectum habuerim, cum in illo libello penitus a Deo rejecti & reprobi dicantur, qui poſt ſignaculum & liberationem ſeu baptiſmum vel per ignorantiam vel per involuntarios vitæ caſus in peccata lapſi, iisque penitus obruti fuerint. Doctiſſimus enim hujus apparatus Autor putat, nihil aliud illis verbis Clementem ſignificare voluiſſe, niſi eum, qui in peccatis perſeverat, tamdiu a Deo rejici & reprobari, quamdiu in peccatis perſeverat. Quem ſenſum num Clementis verba admittant, aliis dijudicandum relinquo. Ego quidem exiſtimavi, commodius hunc Clementis locum a Novatianiſmi ſuſpicione abſolvi poſſe, ſi ex Carpophili vel Ghiſlerii ſententia particula nega-

negativa inferatur, cum præsertim Clemens de peccatis ex ignorantia commissis & involuntariis agat, quibus Clementem veniam negasse probabile non est, cum in eodem libello etiam latronem, qui in gravissima peccata lapsus fuerat, in gratiam a Deo receptum referat. Interim nolui Clementi defendendo multum temporis impendere, cum ex Hermæ Pastore, ex quo in suis scriptis multa mutuatus est, facile aliquid Novatianismi haurire potuerit. Etsi enim me non lateret, Clarissimum Nourrium cum aliis quibusdam viris doctis etiam Hermam a Novatianismo liberare voluisse, mihi tamen semper visum fuit, invito Herma illud fieri, & adhuc videtur. Quia tamen Nourrius me ne tantillum quidem contra rationes ab ipso adductas in medium adducere potuisse scribit, verbo nunc dico, expositiones illas, quibus Hermæ verba emollire, & bonum sensum illis affingere conatur, contortas & a mente Hermæ alienas esse, partim etiam minus orthodoxas, qualis est, cum verba Hermæ dicentis: *transfugis mortem, non pœnitentiam propositam esse*, ita explicat, quasi Deus apostatis occasionem & facultatem veniam peccatorum consequendi non concedat.

III. Prodiit Lugduni A. C. 1613. *Chronologia*

gia Sanctorum & aliorum virorum illustrium ac Abbatum sacræ Insulæ Lirinensis, a Domno Vincentio Barrali Salerno Monacho Lerinense in unum volumen compilata, cum annotationibus ejusdem.

Hanc chronologiam inter Lugdunenses Patrum bibliothecas refero, quia illi varia veterum & imprimis Monachorum & Abbatum Lerinensium monumenta inseruntur. Leguntur enim inter alia in hac Chronologia:

Hilarii Arelatensis oratio de vita S. Honorati.

Petri Damiani historia vitæ & miraculorum S. Odilonis Abbatis Cluniacensis.

Fausti Regiensis instructio ad Monachos.

Ejusdem epistola ad Lucidum.

Vita S. Attalæ edita a *Jona Scoto.*

Vita Hilarii Arelatensis scripta per *Honoratum Juniorem.*

Hilarii Arelatensis epistola ad Eucherium.

Vincentii Lirinensis de catholicæ fidei antiquitate adversus hæresium novationes, cum notis *Johannis Costerii.*

Vita Cæsarii Arelatensis scripta per *Cyprianum* & *Messianum.*

Cæsarii Arelatensis testamentum per modum epistolæ conscriptum.

Ejus-

Ejusdem ſermones 18.

Eucherii Lugdunenſis intelligentiæ ſpiritualis formulæ.

Ejusdem inſtructionum libri 2.

Ejusdem epiſtola parænetica ad Valerianum.

Ejusdem de laudibus eremi.

Jonæ Abbas de vita S. Columbani.

Columbani epiſtola de deteſtanda avaritia.

Fauſti homilia de S. Maximo Regienſi.

Dinamius Patricius de vita S. Maximi Regienſis.

Ennodius Ticinenſis de vita Antonii Cyri.

Claudunt hanc chronologiam *Dionyſii Faucherii* Monachi Lerinenſis recentioris, qui ſeculo 16. vixit, opera omnia, ſive ſoluta ſive ligata oratione ſcripta.

IV. Prodiit etiam Lugduni 1588. *Bibliotheca homiliarum & ſermonum priſcorum eccleſiæ Patrum* in quatuor tomos ſatis ſpiſſos congeſta, quam colligere & digerere cœpit Laurentius Cumbdius Italus, poſt cujus obitum Gerardus Moſanus Dominicani Ordinis frater opus hoc continuavit & perfecit. In hac bibliotheca juxta temporum & feſtorum ordinem occurrunt varii tractatus, ſermones, & evangeliorum expoſitiones a priſcis Patribus concinnatæ, quibus etiam nonnun-

Digitized by Google

quam Autores quidam ſequioris ævi, & inter Patres non facile numerandi, interjecti ſunt. Margini nonnunquam etſi rarius aſcriptæ ſunt notulæ, ut ſi quid vel hæreſes, quas putant, jugulare videatur, vel in ipſis Patrum homiliis aliquid durius & a communi eccleſiæ pontificiæ doctrina alienum legatur, velut digito monſtretur, uti obſervat Combefiſius in præfatione ad ſuam bibliothecam Patrum concionatoriam, quam ſupra inter Pariſienſes memoravimus, & Poſſevinus in apparatu Tom. II. p. 10.

V. Vetuſtior bibliotheca Patrum homiletica Lugduni prodiit A. C. 1525. hoc titulo:

Homiliæ Doctorum eccleſiaſticorum in evangelia Dominicalia ac temporanea, una cum ſermonibus ornatiſſimis in unum redactæ codicem, juſſu Divi Caroli Magni Imperatoris ſemper Auguſti. Opera & ingenio Venerabilis Chriſti profeſſoris Alchuini. Cujus ejusdem inſeruntur tres libri diſerti atque acuti de ſacroſancta Trinitate ad eundem Carolum. Omnia terſiſſime impreſſa, docte recognita, ſententiis ac ſacræ ſcripturæ teſtimoniis marginatim illuſtrata. MCCCCCXXV.

Cæterum hoc Homiliarium, quod in titulo ab Alchuino collectum & digeſtum dicitur,

citur, a Viris nonnullis doctis Paulo potius Diacono, quam Alcuino tribuendum ſtatuitur.

VI. Opuſcula quædam Patrum Lugduni A. C. 1615. a Thoma Galleto edita fuiſſe indicat Labbeus diſſert. de Script. eccleſ. Tom. II. in appendice, ubi de Paulo Diacono agit. Sunt autem inter illa Patrum opuſcula *Euſebii* cujusdam oratio de commemoratione Sanctorum, *Neropii Paulini* & *Theratiæ* epiſtola ad Sanctum & Amandum, *Eutropii* Abbatis epiſtola ad Petrum Papam, *Porcarii* Abbatis epiſtola, *Sedati* Epiſcopi homilia de Epiphania, *Pauli Diaconi* homilia ſuper parabola Regis volentis rationem poſcere de ſervis ſuis; *Syneſii* tres epiſtolæ, *Procli* oratio panegyrica in S. Andream, & *Heſychii* oratio in S. Andream. Quæ opuſcula poſtea ex hac Lugdunenſi Galleti editione in ſupplementum Colonienſis Patrum bibliothecæ tranſierunt.

VII. In eadem Galliæ urbe ſumtibus Laurentii Aniſſon & Joh. Bapt. Devenet A. C. 1657. prodiit:

Aloyſii Lippomani Meton. Epiſcopi Coadiutorisque Veronenſis Catena in Geneſim ex Autoribus eccleſiaſticis plus minus ſexaginta, iisque partim Græcis, partim Latinis

Digitized by Google

connexa; in qua nihil eorum, quæ ad explanationem Geneſeos faciunt, ſeu hiſtoricam ſeu myſticam, deſiderandum.

Patres Græci, ex quibus hæc in Geneſin catena conflata eſt, ſunt: *Philo Hebræus, Melito* Epiſcopus Sardicenſis, *Apollinarius* Epiſcopus Hieropolitanus *Irenæus*, *Origenes*, *Hippolytus*, *Theodorus*, *Euſebius Cæſarienſis*, *Euſtathius Antiochenus*, *Euſebius Emiſſenus*, *Acacius*, *Serapion*, *Didymus*, *Philo Epiſcopus*, *Apollinarius* alter, *Ephrem*, *Baſilius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Cyrillus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Epiphanius*, *Diodorus*, *Theophilus* Epiſcopus Alexandrinus, *Theodorus Mopſuheſtiæ*, *Chryſoſtomus*, *Caſſianus*, *Joannes Damaſcenus*, *Severianus* Gabalenſis, *Theodoretus*, *Gennadius*, *Iſidorus Peluſiota*, *Iſidorus* Abbas, *Græcus incertus autor*, & *Gloſſa græca*. Patres Latini, quibus etiam recentiores quidam Scriptores adduntur, ſunt: *Zeno* Epiſcopus Veronenſis, *Hilarius*, *Ambroſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, *Eucherius*, *Leo Papa*, *Proſper* Aquitanenſis Epiſcopus, *Gregorius* Papa, *Iſidorus* Epiſcopus Hiſpalenſis, *Junilius*, *Beda*, *Strabus*, *Alcuinus* qui & *Albinus*, *Rabanus*, *Nicolaus Papa*, *Bernardus*, *Hugo de ſancto Victore*, *Rupertus*, *Gratianus*, *Magiſter ſententiarum*, *Bonauentura*, *Thomas Aquinas*, *Ordi-*

Ordinaria, *Interlinearis*, *Cajetanus*, *Gloſſa*, ſeu ipſius Catenæ autor.

Eodem anno eademque methodo ejusdem Autoris catena in Exodum prodiit. Sunt autem Autores, quos ad hanc catenam adhibuit, iterum vel Græci, quorum tamen verba tantum ex verſione latina allegantur, vel Latini. Latini ſunt: *Cyprianus*, *Zeno* Epiſcopus Veronenſis, *Hilarius*, *Ambroſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, *Gregorius Magnus*, *Leo* Papa, *Iſidorus* Epiſcopus Hiſpalenſis, *Maximus* Epiſcopus Taurinenſis, *Iſychius*, *Proſper* Aquitanenſis Epiſcopus, *Eucherius*, *Beda*, *Strabus*, *Gilbertus*, *Alcuinus*, *Sixtus* Papa, *Bernardus*, *Gillibertus de Hollandia*, *Guerricus* Abbas Igniacenſis, *Joannes* Abbas Caſemarii, *Hugo de Sancto Victore*, *Rupertus*, *Rabanus*, *Ordinaria*, *Interlinearis*, *Thomas Aquinas*, *Cajetanus*, & *Autor Catenæ*. Græci ſunt: *Philo* Judæus, *Dionyſius* Areopagita, *Ireneus* Epiſcopus Lugdunenſis, *Joſephus*, *Origenes*, *Antonius* Abbas, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Gregorius* Nazianzenus, *Gregorius* Nyſſenus, *Chryſoſtomus*, *Cyrillus*, *Euſebius* Cæſarienſis, *Euſebius* Emiſenus, *Theodoretus*, *Acacius*, *Damaſcenus*, *Diodorus*, *Epiphanius*, *Hirenæus* Antiochenus, *Euthymius* Monachus Zigabenus, *Collationes Patrum*, *Philo* Epiſcopus, *Dio-*

Digitized by Google

nyſſus alter, *Severus* Antiochenus Epiſcopus, *Severus* alter, *Severianus*, *Oecumenius*, Sexta Synodus, *Iſidorus* Peluſiota, & *Græcus incertus Autor.*

VIII. Catena Græca in Jobum Pauli cum Deo Lugduni 1586. impreſſa in catalogo bibliothecæ Heinſianæ p. 36. recenſetur. Sed quis ſit ille Paulus cum Deo, me neſcire fateor, & forte nemo erit, qui ſciat. Suſpicor ergo pro *Pauli cum Deo* legendum eſſe Pauli Comitoli. Nam illius catena in Jobum Lugduni A. 1586. primum prodiit. Sed de illa Patrum catena agemus, cum ad Venetas Patrum bibliothecas pervenerimus, quia illa catena ſequenti anno 1587. auctior Venetiis prodiit, quod exemplar ad manus habeo. Autores octo morales & inter hos *Matthæi Vindocinenſis* Tobiam carminice redditum, Lugduni A. 1505. prodiſſe Daumius in verbis ſupra laudatis me docuit.

CAP.

CAP. VI.

DE

BIBLIOTHECIS PATRUM LUGDUNO-BATAVIS, SEU LEIDENSIBUS.

I. Lugduni Batavorum A. C. 1619. opuſcula quædam Veterum Scriptorum Græca antehac inedita obſtetricante Johanne Meurſio in lucem prodierunt. Præfixit Meurſius huic Collectioni ſequentem titulum:

Joannis Meurſii variorum divinorum liber unus: in quo Auctores Theologi Græci varii antehac nunquam vulgati.

Sunt autem iſta opuſcula ſequentia:

ΚΥΡΙΛΛΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, εἰς τὴν ἁγίαν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λόγος ά.

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς παναχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας λόγοι β'.

ΑΝΔΡΕΟΥ Ἱεροσολυμίτου, Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ εἰς κοιμηθέντας, λόγος ά.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, λόγος ά.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ Πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως,

περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, λόγος ά.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν δύο Φυσέων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΙΛΑΡΙΩΝΟΣ Μοναχοῦ, περὶ ἄρτου μυστικοῦ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀζύμου τῶν Λατίνων, λόγος ά.

h. e.

Cyrilli Alexandrini oratio in transfigurationem Chriſti.

Anaſtaſii Antiocheni in annunciationem B. Virginis Mariæ orationes 2.

Andreæ Hieroſolymitani Cretenſis Epiſcopi de vita humana & defunctis oratio.

Methodii de libero arbitrio ſermo.

Timothei Presbyteri CPtani tractatus de illis, qui ab hæreticis ad eccleſiam accedunt.

Ejusdem de duabus naturis in Chriſto.

Hilarionis Monachi de pane Græcorum myſtico & azymo Latinorum ſermo.

Et *Andreas* quidem *Cretenſis* vere in hac homilia de humana vita & mortuis Cretenſem mendacem agit, dum damnatis de miſericordia Dei non deſperandum eſſe docet. *Methodii* orationem de libero arbitrio quantum attinet, obſervat Combefiſius in notis ad Methodii opera p. 462. quod Meurſius eam integram non ediderit, defectu ne leviter quidem inſinuato, quem tamen ipſe titulus

lus arguit, cum in ea orationis hujus parte, quam Meurſius vulgavit, nihil de libero arbitrio agatur. Unde Combefiſius in ſua Methodii operum editione defectum illum qualitercunque ſupplevit, partim ex Photionis excerptis, partim ex fragmento, quod a Jacobo Sirmondo accepit. De *Timothei* tractatu, quem hic Meurſius edidit, jam ſupra notavimus, quod tam a Combefiſiana quam Coteleriana editione multum diſcrepet. Tandem de Hilarionis tractatu obſervamus, quod illum poſtea etiam Leo Allatius in Græcia ſua orthodoxa ediderit, & ſimul latinam ſuam interpretationem adjecerit. Cæterum idem Meurſius A. C. 1617. in eadem urbe nempe Lugduni Batavorum *Euſebii*, *Pſelli*, & *Polychronii* commentaria in Canticum Canticorum græce in lucem publicam emiſit.

II. In eadem Lugdunenſi Batavorum Academia Stephanus Le Moyne ſub titulo *Variorum Sacrorum* Patres aliquos & Scriptores veteres collegit. Ubi obiter noto hallucinari eos, qui Stephanum le Moyne a Stephano Monachio tanquam diverſum diſtinguunt, quod ab autore des Monatlichen Auszugs factum video, Menſe Januarii 1700. p. 59. ubi inter autores Joſephi editionem molitos duodecimus numeratur Monachius, & decimus

cimus quintus Stephanus le Moyne, quasi a Monachio diversus. Legerat enim in epistolis Reinesii, & Bosii mutuis, quas ibi recenset, & Monacho & Le Moynio propositum Josephum edendi tribui, non attendens eundem modo Gallico nomine Le Moyne, modo Latino Monachum vel Monachium appellari. Integer autem titulus illius Patrum bibliothecæ, quam Stephano Le Moyne debemus, ita se habet:

Varia Sacra, seu Sylloge variorum opusculorum Græcorum ad rem ecclesiasticam spectantium. Cura & studio Stephani Le Moyne Theologi Leydensis, qui collegit, versiones partim addidit, & notis & observationibus uberioribus illustravit.

Divisa autem est hæc Sylloge, quæ Lugduni Batavorum 1685. prodiit, in duos tomos. Quorum prior ipsos Scriptores a Le Moyne collectos, posterior ejus notas & observationes continet. Præmittuntur priori tomo Autoris prolegomena, quorum maximam partem dissertationes de Polycarpo, Barnaba, & Hippolyto constituunt. Opuscula autem, quæ primo tomo continentur, sunt sequentia:

Polycarpi Episcopi Smyrnensis epistola.
Barnabæ quæ tribuitur epistola.

Hip-

Digitized by G

Hippolyti Sermo περὶ τῆς παυλός.

Hippolyti Laterculus, in quo continentur lemmata illius operum.

Brevis interpretatio orationis Dominicæ.

Germani tractatus de ſex Synodis Oecumenicis.

Alius tractatus de ſeptem Synodis Oecumenicis.

Brevis Elucidatio fidei Chriſtianæ.

Brevis inſtructio quomodo credere debeamus.

Baſilii M. Expoſitio fidei.

Euthymii Zygabeni præfatio in Pſalmos.

Nili Doxopatrii Notitia Patriarchatuum.

Manuelis M. Rhetoris CPtani apologia.

Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ epiſtola ad Bohemos.

Bartholomæi Edeſſeni Confutatio Hagareni.

Confutatio Muhammedis.

Nomina Menſium variarum Gentium.

Epiphanii Epiſcopi de Ponderibus & Menſuris.

Fragmenta Veterum de Ponderibus & Menſuris.

Antonii Eparchi Volumen, in quo varia Opuſcula continentur.

D. Chryſoſtomi epiſtola ad Cæſarium.

Pro-

tized by Google

Prolegomena Auctoris, in quibus tres dissertationes de Polycarpo, Barnaba, & Hippolyto.

Et Polycarpi quidem epistolæ in hac editione uno contextu Barnabæ epistola ita jungitur, ut, ubi Polycarpi epistola desinit, eadem linea Barnabæ epistola addatur, nullo novo titulo, neque alterius autoris nomine præmisso, quasi epistola, quæ alias Barnabæ tribuitur, pars sit epistolæ Polycarpianæ, quod minime probabile videtur. Barnabæ enim epistolam & materia, & stylo, & scribendi genere à Polycarpiana epistola tantum distare, quantum cœlum a terra, rectissime doctissimus Cave in historia sua literaria p. 12. animadvertit. Nec probandum est, quod in hac epistolæ Polycarpianæ editione testimonium de epistolis Ignatianis desideratur, quod in Usseriana & aliis editionibus exhibetur. Etsi vero dubio procul doctissimus horum Variorum Sacrorum Editor in animo habuerit omnia illa opuscula, quæ primus tomus exhibet, in secundo tomo notis suis illustrare, videmus tamen eum in tribus prioribus nempe Polycarpo, Barnaba, & Hippolyto subsitisse. Sunt autem istæ observationes in Barnabam, Polycarpum, & Hippolytum tam prolixæ, ut Vir multæ lectionis

non

non tam Scriptores illos illuſtrare, quem collectanea ſua pleno modio effundere voluiſſe videatur. Unde multas in his notis digreſſiones, & ſæpe in ipſis digreſſionibus novas digreſſiones videas, in quibus non exiguus variæ & imprimis Orientalis literaturæ apparatus ſe oſtendit. Nec dubium eſt, pleraque hæc collectanea primum a Moynio Joſephi, quam parabat, editioni deſtinata, ſed poſtea cum editio Joſephi ab aliis prærepta videretur, in hanc Variorum Sacrorum Syllogen congeſta fuiſſe. Cæterum inter has digreſſiones notatu non indigna eſt, quam Sandio oppoſuit. Cum enim Sandius in ſuo nucleo Patres, qui ante Concilium Nicænum floruerunt, de Chriſti Deitate idem ac Arianos docuiſſe ſtatuerit, Moynius in notis ad nomen Σωτῆρος quod Polycarpus in epiſtola ſua Chriſto tribuit, a pag. 137. usque ad p. 292. contrarium evincit, & trium priorum ſeculorum Patres veram Chriſti divinitatem agnoviſſe prolixe oſtendit, præter quem Gardinerus in hypotypoſi Catholicæ circa Trinitatem fidei ex Patribus Ante-Nicænis deſumpta, item in reſponſione ad ea, quæ Sandius de Patribus Ante-Nicænis in gratiam Arianorum diſſerit, nec non in duabus epiſtolis ad Sandium, Comenius in ſcriptis

pris contra Zwickerum, Ludovicus Thomassinus dogmatum Theologicorum Tom. III. tract. 2. de Trinitate a Cap. 37. usque ad c. 47. Georgius Bullus in defensione fidei Nicænæ, item in primitiva & apostolica traditione dogmatis de Christi Deitate contra Zwickerum ejusque nuperos in Anglia Sectatores (quos inter Lucas quidam Mellier in fide primorum Christianorum ex Barnaba, Herma & Clemente Romano Londini 1697. edita,) alii que videri poterunt.

III. Addimus his bibliothecis Patrum Lugduno-Batavis

Veterum aliquot Galliæ & Belgii Scriptorum Opuscula sacra nunquam edita, jam vero e MSS. Codicibus Bibliothecarum Galliæ in lucem prodeuntia. Cum effigiebus, vitaque eorum compendio. Lugduni Batavorum, ex officina Petri van der Meersche. M. DC. XCII. in 8vo.

Sunt illa opuscula:

Hincmari Archiepiscopi Rhemensis opusculum de fonte vitæ.

Fulberti Episcopi Carnotensis commentarius in Actor. XII. Misit Herodes Rex manus, ut quosdam affligeret de Ecclesia &c.

Hermanni Abbatis S. Martini Tornacensis tractatus de incarnatione Domini.

Ernal-

Ernaldi Abbatis Bonæ Vallis Ordin. S. Benedicti Commentarius in Pſalm. CXXXII. Ecce quam bonum & jucundum fratres habitare in unum &c.

Ejusdem libellus de donis Spiritus S.

Guillelmi Abbatis primum S. Theodorici Rhemenſis ac poſtea Monachi Ordinis Ciſtercienſis Commentarius in Cantica Canticorum.

Gualteri de Caſtellione Tornac. Canonic. Præpoſ. libelli tres contra Judæos.

Collegit autem hos Scriptores *Caſimirus Oudinus*, etſi nomen ſuum non adjecerit.

CAP. VII.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM INGOLSTADIENSIBUS.

I. Sub Antiquarum Lectionum titulo bibliothecam veterum Scriptorum Henricus Caniſius edidit, qui PRIMO TOMO hunc titulum præfixit:

Antiquæ Lectionis Tomus I. in quo XVI. antiqua Monumenta ad hiſtoriam mediæ ætatis illuſtrandam nunquam edita.

Digitized by Google

ALCUINI *epistolæ ad Carolum Magnum & alios.*

TIRONIS PROSPERI *Chronicon auctius vulgato & Pithœano, quæ etiam hic adjuncta.*

WEINGARTENSIS *de Gwelffis Principibus.*

EJUSDEM *Chronicon à Christo nato usque ad An. 1197.*

HENRICUS STERO *auctior.*

EBERHARDI *Altahensis, Ratisponensis Archidiaconi, annales a Rudolpho Habspurgio ad An. 1305.*

SANGALLENSIS *de gestis Caroli Magni libri duo.*

HERMANNUS *Comes Veringensis auctior.*

Concilia Salisburgensia tria, & Viennense unum.

SANCTI COLUMBANI,
SALOMONIS *Episcopi Constantiensis,*
WALDRAMNI,
METELLI *Tegernseensis* } *Carmina.*
Quirinalia.

Omnia nunc primum e Manuscriptis edita & notis illustrata ab Henrico Canisio Novio-

viomago JC. & SS. Canonum Professore Ordinario in Academia Ingolstadiensi. Cum gratia & privilegio Cæsareæ Majestatis. Ingolstadii, ex officina Ederiana apud Andream Angermarium, Anno 1601.

Alcuini epistolis, quæ agmen hujus tomi ducunt, subjungitur, loco plane alieno, Edmundi Campiani Pseudo-Martyris, qui A. C. 1581. sub imperio Elisabethæ in Anglia misere periit, epistola ad Richardum Cheneum Episcopum Gloceſtrensem, qua in epistolæ ad Papismum amplectendum eum vehementer hortatur, his tandem verbis epistolam finiens: *Deus judicet inter me & te; sanguis tuus super temet ipsum. Vale.* Chronicon *Prosperi* Canisius ex triplici editione exhibet. Nempe ex vulgata editione, quæ Hieronymi chronico subjungi solet, deinde ex MSC. Augustano monasterii S. Afræ & Udalrici, quod a Velsero acceptum Canisius in hoc tomo primus edidit, & tertio ex editione Petri Pithœi. Chronicon *Weingartensis Monachi* de Gwelffis Principibus, ejusdemque chronicon a Christo nato usque ad A. C. 1197. itidem ex MSCto Augustano Velseri beneficio Canisius vulgavit. Annales *Steronis* ab A. C. 1152. ad A. C. 1273. jam antea quidem prodierunt, sed Canisius eos ex ejusdem Augustani

Digitized by Google

Monaſterii codice completiores publicavit. Ex eodem Monaſterio accepit annales *Eberhardi* Ratisbonenſis Archidiaconi ab anno 1273. usque ad A. C. 1305. nondum antea editos. Ex libris 4. de geſtis Caroli M. quos nullo autoris nomine aſcripto Codex MStus Monacenſis exhibet, Caniſius tantum duos poſtremos publicare voluit, quia animadvertit, primum librum eſſe purum putum Eginhartum de vita Caroli M. & ſecundum continere annales à Reubero, ſub titulo cujusdam Aſtronomi, Ludovici Regis Domeſtici editos. Edidit ergo tantum duos poſtremos libros, quos a Monacho S. Galli ſcriptos eſſe ex ipſo ſcripto probat. *Hermanni Contracti* chronicon, quod hic tomus exhibet, a vulgato, & ab eo quoque, quod Urſtiſius vulgavit, diverſiſſimum eſt, & longe auctius. Ex tribus conciliis Salisburgenſibus, quæ ſequuntur, primum A. C. 1274. ſub Epiſcopatu Friderici, quem per literam F. indicari Caniſius minime dubitat, Viennenſe autem, quod his additur, A. C. 1267. celebratum eſt. Appendicis loco tomo huic primo Antiquæ Lectionis adduntur aliqua Columbani, Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis, Waldramni & Metelli Tegernſeenſis poëmata. Copioſas opuſculis hoc tomo contentis notas voluit

luit Canisius adjicere, sed breviores dedit, quæ ante appendicem poëmatum leguntur p. 630. sequ.

TOMI SECUNDI titulus talis est:

Antiquæ Lectionis Tomus II. in quo plurâ quam XX. antiqua monumenta nunquam edita.

MEGINFREDUS *Magdeburgensis de Sancto Emerano.*

ARNOLFUS *Comes a Cham & Vochburg de SS. Emmeranno, Wolfgango &c.*

De S. Lamberto Martyre & Episcopo Trajectensi autor σύγχρονος.

Panegyricus WIPONIS *ad Henricum III. Imperatorem.*

UDALSCALCUS *de controversiis Hermanni & Eginonis: ubi & epistolæ* PASCHALIS, ARNOLDI, EGINONIS.

S. EBERHARDI *discipulus de Episcopis Salzburg. ubi & vitæ S. Ruperti, S. Virgilii, S. Eberhardi, S. Hartwici, S. Gebhardi.*

De S. Ottone & Pomeranorum conversione libri 3. ubi & epistolæ S. OTTONIS, PASCHALIS, CALIXTI, INNOCENTII POLIZLAI *Ducis Poloniæ;* & IMBRICONIS *oratio.*

ARNO *Archiepiſcopus Salzburg. ſub Carolo M. de donis Ducum Bavariæ Salzburgenſi Eccleſiæ datis.*

Privilegium PHILIPPI II. *Regis pro Salzb.*

PRUFLINGENSIS *de S. Erminoldo I. Abbate Prüflingenſi prope Ratisponam libri 2.*

De S. Günthero, S. Stephani Regis Ungariæ cognato, auctor σύγχρονος.

Collectio hiſtorica ex anonymo, qui ſub Alexandro Severo Imperat. vixit, IDACIO, TOROMACHO *aliisque, collectore Gallo quodam ſub Carolo Magno.*

Acceſſit MENOLOGIUM *Græcorum ex Bibliotheca & interpretatione Guilielmi Sirleti Cardinalis.*

Omnia nunc primum e Manuſcriptis edita, & notis illuſtrata ab Henrico Caniſio Noviomago JC. & SS. Canonum Profeſſore Ordinario in Academia Ingolſtadienſi. Cum gratia & privilegio Cæſareæ Majeſtatis. Ingolſtadii, ex officina typographica Ederiana, apud Andream Angermarium, An. 1602.

Et Menologium quidem Græcorum, quo hic tomus clauditur, Andreæ Schotto acceptum refert Caniſius, ut & Antonio Velſero, qui

qui Frilinga ad ipsum misit tomos magnos Menæorum græce excusos, sine quibus maculas Menologii in apographo suo eluere non potuisset. Neque tamen solum cum Menæis hoc Menologium contulit, sed etiam cum Typico Sabæ, Horologio, Euchologio, Anthologio, Triodio, & Paracletice Græcorum, nec non cum Græcorum fastis, quos Genebrardus suo in Psalmos commentario præmisit. Proxime hoc Menologium in hoc secundo tomo antecedit Collectio historica Chronographica ex Anonymo, qui sub Alexandro Severo Imperatore vixit, Idacio, Toromacho & aliis, collectore Gallo quodam, qui Corolo M. suppar fuit. Notamus autem de hac collectione, quod Vossius de Historicis Latin. p. 756. suspicetur, primam hujus Collectionis partem nihil aliud esse, quam Julii Africani Chronographiam, quod aliis dispiciendum jam relinquimus. Cæterum Canisius, etsi tomo huic secundo notas se adjecturum in ipso titulo promiserit, promissis tamen non stetit, quod ipse ad calcem hujus tomi agnoscit, ubi se has notas tertio tomo editurum pollicetur. At neque hoc promissum servavit. Nam tomo tertio nullæ notæ ad Scriptores tomo secundo comprehensos comparent,

ſed tantum notæ ad unum alterumque tomi tertii Scriptorem.

Ita autem ſe habet TOMI TERTII titulus:

Antiquæ Lectionis Tomus III. bipartitus, in quo XI. antiqua Monumenta nunquam edita.

In prima parte:

S. GREGORII THAUMATURGI *Epiſc. Neocæſar. Anathematiſmi Græco-latini.*

GERMANI *Patriarchæ CPtani fragmentum ex oratione de hæreſibus, Græco-latinum.*

S. ZACHARIÆ *Pont. ſeptem capita ex libro 3. Dialogorum S. Gregorii M. Græca hactenus deſiderata.*

HIPPOLYTI *Thebani Chronicon, Græco-latinum.*

S. ANASTASII *Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni orationes duæ Græco-latinæ: I. de S. Synaxi. II. in Pſalmum ſextum.*

Alterius ANASTASII *Abbatis liber contra Judæos.*

Francicorum Annalium fragmentum ab An. 741. ad annum 793. quos Regino Prumienſis ſe fatetur ſecutum.

In

In ſecunda parte:

JOANNIS RAGUSINI *Oratio, quæ in Concilio Baſileenſi reſpondit per octo dies ad articulum primum Bohemorum, de communione ſub utraque ſpecie, propoſitum a Magiſtro Joanne Rockyzana Huſſita.*

ÆGIDII CARLERII *Decani Eccleſiæ Cameracenſis oratio, quæ in Concilio Baſileenſi reſpondit per quatuor dies ad articulum ſecundum Bohemorum de corrigendis peccatis publicis, quem propoſuit Nicolaus Taborita.*

Diſputatio Capituli Eccleſiæ Pragenſis cum Rockyzana, de Huſſiticis controverſiis, habita per dies quinque anno 1465. coram Gyrzikone Rege Bohemiæ.

Omnia nunc primum e MStis edita & notis illuſtrata ab Henrico Caniſio Noviomago JC. & SS. Canonum Profeſſore Ordinario in Academia Ingolſtadienſi. Cum gratia & privilegio Cæſareæ Majeſtatis, Ingolſtadii, Anno 1603.

Primum ergo hujus tomi locum occupant *Gregorii* Neocæſarienſis, cognomento *Thaumaturgi* Anathematiſmi cum explicationibus additis duodecim, quod ſcriptum cum

Digitized by Google

Neſtorianorum & Eutychianorum erroribus imprimis opponatur, qui Gregorii hujus ætate nondum enati erant, pro ſuppoſito merito habetur. Exhibentur autem hi anathematiſmi cum explicationibus additis a Caniſio græce & latine. Cum enim græcum textum a Poſſevino accepiſſet, eum a neſcio quo latine verti procuravit, & verſionem e regione græci textus poſuit, & anathematiſmos etiam notis quibusdam illuſtravit. Sequitur itidem græce & latine fragmentum ex narratione *S. Germani* Patriarchæ CPlitani ad Anthimum Diaconum de ſacris Synodis, & quænam quovis tempore Apoſtolicæ prædicationi hæreſes ſuccreverint. Narrat autem Germanus in hoc fragmento fabuloſam viſionem Johannis Evangeliſtæ & Mariæ Virginis, per quam Gregorius Neocæſarienſis Epiſcopus cognomento Thaumaturgus de myſterio Trinitatis edoctus perhibetur. Hoc fragmentum excipiunt aliqua capita ex libro tertio Dialogorum *Gregorii Magni* juxta verſionem græcam Zachariæ Papæ. Cum enim in Romana editione Operum Gregorii, quæ A. 1590. prodiit, ſex capita cum dimidio in græca Zachariæ verſione deeſſent, Caniſius ex MSCto Auguſtano defectum illum ſupplere voluit, unde in editionibus

ized by Google

nibus operum Gregorii poſtea vulgatis græca hæc Zachariæ verſio integra legitur. *Hippolytum* illum, cujus chronicon antea inedi-tum græce & latine exhiberur, ab Hippolyto tertii ſeculi ſcriptore diſtinguendum, & illo longe juniorem eſſe Caniſius in notis ad hoc Chronicon recte obſervavit. De duabus *Anaſtaſii* Sinaitæ Orationibus, quas Caniſius primum ex codice MSCto bibliothecæ Bavaricæ edidit, quarum prior de ſacra Synaxi, & de non judicando & oblivione injuriarum agit, poſterior ſextum Pſalmum explicat, notamus, quod utramque Combefiſius in Auctario novo bibliothecæ Patrum græco-latino ediderit, & ita quidem, ut partim textum Græcum e codicibus Regiis Pariſienſibus emendaverit, & lacunas ſupplerit, partim pro latina Svevezelii verſione, quam Caniſius græco textui adjunxit, vel novam, vel fere novam ſubſtituerit. His duabus Anaſtaſii Sinaitæ orationibus Caniſius ſubjungit alterius cujusdam Anaſtaſii tractatum contra Judæos, quem latine tantum ex Franciſci Turriani verſione exhibet. Claudit primam tertii tomi partem fragmentum Annalium Francicorum ab A. C. 741. usque ad A. C. 793. de quo, ut & de monumentis ſecunda parte comprehenſis, nihil addimus.

QUAR-

Digitized by Google

QUARTUS TOMUS hoc gaudet titulo: *Antiquæ Lectionis Tomus IV. bipartitus, in quo XXXIIX. antiqua monumenta nunquam visa.*

In prima parte:

LEONTII *Byzantini in Eutychianos & Nestorianos libri 3.*

EJUSDEM *in fraudes Apollinaristarum.*

EJUSDEM *solutiones argumentationum Severi.*

EJUSDEM *dubitationes hypotheticæ.*

Auctoritates SS. Patrum à TIMOTHEO.

S. DAMASCENUS *in Acephalos.*

IDEM *in Nestorianos.*

Collectanea Anonymi in Severianos.

Oppositio Severianorum cum responso. XIII. cap. de unione in Christo.

S. NICEPHORI *in Iconomachos 4. opuscula: 1. in principes Apostasiæ de incarnatione. 2. de differentia imaginis Christi & crucis. 3. de Cherubinis a Mose factis. 4. ex libro de Imaginibus.*

THEODORI *Hagiopolitani disputationes tres.*

In secunda parte:

HENRICI KALTEISEN *Orat. in Concilio Basil. de libera prædicatione verbi Dei.*

JO-

Digitized by Goog

JOANNES POLEMAR *in Concilio Basil. de dominio Clericorum.*
S. WILLIBALDUS *de S. Bonifacio.*
OTHLONUS *Fuldensis de eodem.*
De fundatione Illminensi.
Fragmentum Chron. THADÆI *Scoti.*
Hodœporica 2. S. Willibaldi, & ejus vita.
HEIDENHEIM. SANCTIMON. *de S. Wunibaldo.*
ERMENOLDUS *de S. Sola.*
PHILIPPUS *Episcopus Aichstad. de S. Walpurga.*
WOLFHARDUS *Hasenrietanus de eadem.*
Anonymi de S. Kiliano, & S. Burchardo.
De S. Tyemone Archiep. Salzburgensi Martyre æquævus auctor.

Omnia nunc primum e Manuscriptis edita, & notis illustrata ab Henrico Canisio Noviomago JC. & SS. Canonum Professore ordinario in Academia Ingolstadiensi. Cum gratia & privilegio Cæsareæ Majestatis. Ingolstadii, ex officina Typographica Ederiana, apud Andream Angermarium, Anno 1603.

Primo igitur loco comparent *Leontii*, contra Nestorianos & Eutychianos, libri tres, quorū pri-

primus contra Enantiodocetas, ſecundus contra Aphthartodocetas, tertius contra illos, qui ſimulabant, ſe Chalcedonenſem Synodum recipere, cum eſſent Neſtoriani, dirigitur; Item Ejusdem liber in fraudes Apollinariſtarum, ſeu in eos, qui proferunt quædam Apollinarii falſo inſcripta nomine ſanctorum Patrum; nec non liber qui inſcribitur: *Solutiones argumentationum Severi*, & alius qui inſcribitur: *dubitationes hypotheticæ & definientes contra eos, qui negant eſſe in Chriſto poſt unionem duas veras naturas.* Cum autem Cyrillus in vita Sabæ & Quiriaci Leontium incuſet, quod Origenis & Theodori Mopſueſteni dogmata defenderit, dubitat Caniſius, an res ita ſe habeat, cum ex Leontii ſcriptis contrarium eluceſcat, niſi quis dicat, Leontium vel illam Origeniſmi labem in ſcriptis ſuis diſſimulare voluiſſe, vel poſtea demum, cum librum de ſectis jam ſcripſiſſet, in Origenis hæreſin incidiſſe. Indicat etiam Caniſius extare in bibliotheca Bavarica ejusdem Leontii inſigne volumen adverſus Severianos, ſeu Eutychianos & Neſtorianos in 8. libros diſtinctum, optatque, ut eruditus aliquis illius operis interpres & editor ſeſe offerat. Notulæ autem, quibus Caniſius

Digitized by Goo

niſius tres libros Leontii Eutychianis & Neſtorianis oppoſitos illuſtrat, non tam ſunt Caniſii, quam Franciſci Turriani, qui eas adverſariorum ſuorum margini aſcripſerat. Hos Leontii tractatus excipit fragmentum aliquod, cujus hæc eſt inſcriptio: *Autoritates S. Patrum contra eos, qui dividunt in duas naturas unum Dominum Jeſum Chriſtum poſt unionem, collectæ a quodam hæretico, ſive is Timotheus, ſive quis alius fuerit.* De *Damaſceni libro contra Acephalos ac Monophyſitas*, qui proximum locum occupat, monet Caniſius, eum diverſum eſſe a libro Damaſceni de natura compoſita contra Acephalos, qui inter Damaſceni opera extat, dolet præterea hunc tractatum contra Acephalos a ſe editum, ipſum quoque eſſe acephalum, cum ſeptem priora capita deſint. *Nicephorum*, cujus quatuor opuſcula ex latina Turriani verſione publico bono communicare voluit, non dubitat fuiſſe Patriarcham illum CPlitanum, cujus memoria à Latinis d. 12. Martii, & à Græcis d. 2. Junii colitur. De *Theodori Hagiopolitani* tribus diſputationibus a Caniſio latine ex Turriani verſione editis notamus, quod inter opuſcula Theodori Abucaræ a Gretſero edita etiam græce extent, qui Abucaras verus illarum diſputationum autor eſt.

Se-

Digitized by Google

Secundam tomi hujus IV. partem incipit oratio *Henrici Kalteiſen* Dominicani, Profeſſoris Theologiæ in Academia Colonienſi & hæreticæ pravitatis Inquiſitoris, qua in Concilio Baſileenſi A. 1433. per dies tres refutavit tertium articulum Bohemorum de libera prædicatione verbi Dei, quem propoſuit per biduum Udalricus Presbyter Orphanorum. Sequitur deinde oratio *Johannis de Polemar* Archidiaconi Barcinonenſis, Apoſtolici Palatii cauſarum Auditoris, qua in Concilio Baſileenſi anno 1433. per dies tres refutavit quartum articulum Bohemorum de civili dominio Clericorum, quem propoſuit per triduum Petrus Rayne Anglus: Item *S. Willibaldi* Epiſcopi Aichſtadiani de vita Bonifacii Martyris, Germanorum Apoſtoli & Archiepiſcopi Moguntini liber, notis quibusdam & variis lectionibus illuſtratus: nec non *Othloni* Fuldenſis Presbyteri & Monachi libri duo de vita S. Bonifacii Martyris, Germanorum Apoſtoli, Archiepiſcopi Moguntini. Ediderat quidem hanc vitam etiam Surius in actis Sanctorum, ſed mutato ſtylo & autoris nomine non addito. Quia autem Surius in epiſtolis, quæ libro ſecundo hujus vitæ extant, nihil mutaverat, Caniſius eas epiſtolas repetere non voluit, ſed tantummodo varias

Digitized by Goo

varias lectiones annotavit. Quia tamen in codice ſuo plures epiſtolas deprehendit, quam Surius in ſuo codice habuit, illas, quæ in Suriana editione deſiderantur, una cum Othloni contextu, quem Surius paſſim interpolavit, exhibere voluit. Reliqua hujus tomi monumenta ſunt: *de fundatione Eccleſiæ Illminenſis, & Tegernſeenſis, & de translatione S. Arſacii*; item *fragmentum chronicon Thadæi Scoti Abbatis Ratisbonæ*, *de S. Kiliano, S. Virgilio, & S. Lullo*; Vita, ſive potius Hodœporicon S. Willibaldi primi Epiſcopi Aichstadiani, ſcriptum à Conſanguinea S. Willibaldi Sanctimoniali Heidenheimenſii; Vita S. Wunibaldi Fratris S. Willibaldi, ſcripta a quadam Sanctimoniali Heidenheimenſi, nunc primum ex MSC. Monaſteri Rebdorffenſis prope Aichstadium; Vita S. Solæ Angli Abbatis in Solenhoven, ſive cella Solonis ſeu cella Solæ, ſcripta ab *Ermenoldo* Diacono & Monacho; Vita Sanctæ Walpurgis & Abbatiſſæ Heidenheimenſis, ſcripta a *Philippo XXXIX.* Præſule Aichſtadiano; Alia vita S. Walpurgis Virginis & Abbatiſſæ Heidenheimenſis, ſcripta a *Wolfhardo* Monacho Haſenrietano, juſſu Erchemboldi octavi Præſulis Eistetenſis; Vita SS. Kiliani Epiſcopi Wirzburgenſis,

Digitized by Google

Kolomanni Presbyteri, & Totnani martyrum, autore Anonymo; Vita S. Burchardi Herbipolensis Episcopi, autore Anonymo; Vita & passio S. Tyemonis sive Theodamari Archiepiscopi Saltzburgensis Martyris in terra sancta, autore æquævo S. Tyemonis. Ad calcem hujus tomi nonnulla leguntur, quæ in titulo prætermissa sunt, quia serius ad manus Canisii pervenerunt, nempe vita S. Willibaldi Episcopi Aichstadiani, autore Anonymo; Vita sive potius itinerarium S. Willibaldi Episcopi Aichstadiani ex membranis MSCtis Monasterii Oxenhusiani nunc primum editum; Variæ lectiones in Wolfhardum de vita S. Walpurgis Virginis, una cum libro secundo ejusdem Wolfhardi de eadem S. Walpurge, qui liber secundus hactenus desiderabatur, ex membranis MS. Monasterii Windbergensis in Bavaria; & vita S. Solæ copiosior & correctior ex codice MSto Windbergensi. Accedunt ultimo loco variæ lectiones ad vitam Bonifacii scriptam a Willibaldo.

TOMUS QUINTUS antiquæ lectionis, qui A. C. 1604. prodiit, & 50. vetera monumenta continet, iterum bipartitus est. Et prioris quidem partis monumenta Canisius accepta refert Antonio Possevino, qui

Digitized by Go

qui ea poſt mortem Franciſci Turriani quaſi pupillos in ſuam tutelam ſuſcepit, & per Marcum Velſerum evulganda transmiſit. Sunt autem prioris partis monumenta:

Serapionis Epiſcopi Thmueos adverſus Manichæos liber.

Didymi Alexandrini liber contra Manichæos, quem etiam Poſſevinus tomo primo apparatus ſui ſacri inſeruerat, Caniſio ſerius id cognoſcente.

Titi Boſtrenſis Epiſcopi libri III. una cum argumento libri quarti, adverſus Manichæos.

Zachariæ Mitylenenſis Epiſcopi ſyntagma adverſus Manichæos.

Excerpta ex libro *S. Hippolyti* Epiſcopi Portuenſis & Martyris, de theologia & incarnatione contra Beronem & Helicem hæreticos.

Epiſtola *Gregorii Nyſſeni* contra Apollinarium, ad Theophilum Alexandrinum Archiepiſcopum.

S. Baſilii Magni rationes ſyllogiſticæ contra Arianos, quod Filius in divinis ſit Deus.

Scholion *Eunomii*, & diſputatio orthodoxi contra eum.

Expoſitio SS. Patrum *Baſilii magni*, & *Gregorii* Theologi de ſancta & orthodoxa fide.

Digitized by Google

Photii Patriarchæ CPtani epiſtola ad Michaelem Bulgarorum Regem, una cum ſex diſſertationibus ejusdem *Photii* de divinitate & incarnatione.

Fragmentum *Leontii* Epiſcopi Cyprii contra Hebræos.

Monumenta ſecundæ partis hujus tomi ſunt ſequentia:

Vita ſanctæ Virginis Mechtildis Principis Berchtoldi Comitis de Andechs filiæ, Fridrici I. Barbaroſſæ Imperatoris cognatæ, Abbatiſſæ in Dieſſen, deinde in Oetilſtetten, autore *Engelhardo* Abbate in Lanchaim.

Friderici I. Imperat. cognomento Barbaroſſæ expeditio Aſiatica & ad ſepulchrum Domini, ab æquævo autore conſcripta.

Guilielmi de Baldenſel Equitis aurati Hieroſolymitani hodœporicon ad terram ſanctam A. 1336. ab ipſo ſcriptum, rogatu Thalayrandi Comitis Petragoricenſis S. R. E. Presbyteri Cardinalis; una cum epiſtola ad Petrum Abbatem aulæ Regiæ Ciſtercienſis ordinis diœceſeos Pragenſis.

Theodorici Thuringi ordinis Prædicatorum libri 8. de S. Eliſabeth Andreæ Regis Hungarorum filia, Ludovici Langravii Thuringiæ, Principis Haſſiæ & Saxoniæ, Comitis Palatini uxore.

Halit-

Halitgarii Episcopi Cameracensis de vitiis & virtutibus, & ordine pœnitentium libri V. ad Ebonem Archiepiscopum Rhemensem.

Pœnitentiale *Halitgarii*, sive alterius incerti Autoris, ubi præter cætera etiam est epistola *Hormisdæ* Papæ; Nec non Fragmentum epistolæ *Gregorii M.* ad Secundinum; Item *Isidori* Episcopi epistola ad Masonem Episcopum de restauratione sacerdotis.

S. Isidorus de conversis, sive ad Monachos.

Flacci Alcuini epistola de confessione peccatorum facienda ad pueros S. Martini.

De S. Adalberto Pragensi Episcopo & Martyre, Ottoni III. Imperatori perquam familiari, Prussorum, Bohemorum, Polonorum & Hungarorum Apostolo, Auctor æquævus.

Guntheri Monachi in cœnobio Parisiensi historia Constantinopolitana sub Balduino circa A. D. 1203.

De Adalhaide conjuge Ottonis I. Imp. Matre Ottonis II. Imp. Avia Ottonis III. Imp. libri duo, Autore familiari ejus, ut videtur, *Odilone* Cluniacensi.

Fausti Rhegiensis admonitio.

Digitized by Google

Fausti Rhegiensis Episcopi epistolæ, una cum *Cæsarii*, *Eufrasii*, *Græci*, *Sedati*, *Taurentii* & *Victurini* epistolis ad Ruricium Episcopum Lemovicensem.

Ruricii Lemovicensis Episcopi epistolarum libri duo.

Desiderii Episcopi Cadurceni epistolarum liber.

Ad Desiderium Episcopum Cadurcenum epistolæ *Abbonis*, *Auiulfi Bertegyseli*, *Cbænulfi*, *Constantii*, *Dadonis*, *Elegii*, *Felicis*, *Galli*, *Palladii*, *Pauli*, *Rauracii*, *Sigeberti* Regis, *Sulpitii*, & *Veri*; Item Epistola *Sulpitii* ad Verum.

Evanti Abbatis epistola contra eos, qui sanguinem animalium immundum esse judicant, & carnem mundam esse dicunt.

S Adamanni Scoti libri 3. de S. Columba Scoto, Presbytero & Confessore, qui circa annum Domini 565. floruit.

Cogitosus de S. Brigida Virgine Scota, quæ sub Justino seniore Imp. A. 521. obiit.

Acta S. Albani Martyris incerto Autore, sed esse videtur autor *Sigeardus* Monasterii S. Albani Monachus.

Item alia Acta ejusdem S. Albani & Sociorum incerto Autore, ex MS. Windbergensi.

Vita

Digitized by Google

Vita nobilis viri Henrici a Zwifaltach Suevi, in Monaſterio Ochſenhauſano Prioris religioſiſſimi, ſcripta a *Monacho Ochſenhauſano.*

Synodus Regiaticina; Item Conventus Ticinenſis.

Genealogia Caroli M. Autore anonymo, ſcripta Anno Domini 867.

Acta S. Guthberti Lindisfarnenſis Epiſcopi a Venerabili *Beda* heroico carmine conſcripta.

Epigrammata ſeu hymni ſacri illuſtrium Virorum, antiquorum Patrum Monaſterii S. Galli, videlicet *Bernardi* Abbatis S. Galli, *Columbani*, *Eckerardi*, *Hartmanni*, *Notkeri* Balbuli, *Notkeri* Medici, *Ratperti*, *Strabi Galli* Fuldenſis, *Tutelonis*, *Waldrammi*, & *Anonymorum* variorum carmina ex MStis codicibus S. Galli edita, cum notis Caniſii.

S. Althelmi Schireburnenſis apud occidentales Saxones Epiſcopi libri duo carmine ſcripti: *primus* de laude Virginum; *alter* de octo principalibus vitiis.

Theodulphi Abbatis Floriacenſis poſtea Epiſcopi Aurelianenſis Elegiæ epiſtolares, de ſuo exilio ad Modoinum, & Aigulfum: Item Reſponſoria epiſtola Elegiaca *Modoini* Epiſcopi ad Theodulphum.

Digitized by Google

S. Galli Confeſſoris ſermo dictus Conſtantiæ in templo S. Stephani, in conſecratione Johannis Epiſcopi Conſtantienſis.

Vita S. Magni, Autore *Theodoro* S. Magni diſcipulo, Monacho ad S. Gallum, Campedonenſi Abbate primo.

S. Oreſti Abbatis de ſex cogitationibus Sanctorum libellus: Item Anonymi carmen de S. cruce.

Flacci Albini ſeu *Alcuini* Dialectica & Grammatica.

Admonitio de Synodo Regiaticina ſupra allegata, ex literis *Velſeri* II. viri Auguſtani.

Synodus Auguſtana A. 952. habita, ex MS. Weingartenſi.

Synodus Engilenhemenſis A. C. 948. habita, ex eodem MS. Weingartenſi.

TOMUS SEXTUS isque ultimus Antiquæ Lectionis 45. monumenta Veterum complectitur. Exhibentur enim hoc tomo:

Barlaami de Seminaria Epiſcopi Gyracenſis epiſtolæ ad Græcos, de unione cum Romana Eccleſia, & proceſſione ſancti Spiritus: cum epiſtolis *Alexii Calocheti*, & *Demetrii Theſſalonicenſis* ad Barlaamum.

Ejusdem Ethica ſecundum Stoicos.

Humberti Sylvæ Candidæ Epiſcopi S. R. E. Car-

Digitized by

Cardinalis & Leonis IX. ad Imperatorem CPlitanum Legati, adverſus calumnias Michaëlis PatriarchæCPlitani & Leonis Archiepiſcopi Achridani in Bulgaria liber, cui præmittitur *Michaelis & Leonis* epiſtola.

Ejusdem Humberti liber contra Nicetam Pectoratum Presbyterum & Monachum Monaſterii Studiani Conſtantinopoli: cujus *Nicetæ* libellus contra Latinos præfigitur. Acceſſit brevis relatio rerum Conſtantinopoli ab Apoſtolicæ ſedis Legatis geſtarum, cum excommunicatione Michaëlis Pſeudopatriarchæ.

S. Anſhelmi Lucenſis Epiſcopi libri 2. contra Guibertum Antipapam pro defenſione Gregorii VII. legitimi Pontificis Romani.

Ejusdem Anſelmi Collectanea.

Epitome bellorum, quæ a Chriſtianis Principibus pro recuperatione terræ ſanctæ ſuſcepta ſunt, (in qua etiam deſcriptio Palæſtinæ, & multa de Mahomete,) ab incerto autore conſcripta.

Burchardi de Monte Sion deſcriptio terræ ſanctæ.

Rudolphi de Frameynsberg itinerarium in Palæſtinam, ad montem Sinai, & in Ægyptum A. D. 1346.

Walafredi Abbatis ſermo ſeu tractatus de

Digitized by Google

ſubverſione Hieruſalem, in cap. XIX. Evangelii S. Lucæ.

Flacci Albini ſeu *Alcuini* in natalem S. Wilibrordi Archiepiſcopi homilia; Ejusdem liber de vita & rebus geſtis S. Wilibrordi carmine conſcriptus, & Elegia in S. Wilgiſum parentem S. Wilibrordi.

Alcuini ejusdem epiſtola de illo Canticorum loco: *ſexaginta ſunt Reginæ, & octoginta Concubinæ;* Item epiſtola ejusdem, ut videtur, *Alcuini* de cæremoniis baptismi ad Carolum Imperatorem Auguſtum.

Vita & res geſtæ S. Henrici I. Imperatoris, incerto Autore.

Brevis relatio de origine, fundatione & progreſſu Monaſterii Windbergenſis in Bavaria ordinis Præmonſtratenſium.

Fragmentum ad *Alcuini* libellum de virtutibus & 8. vitiis principalibus, cum Epitaphio Alcuini.

Epitome canonum, quam *Adrianus I.* Pontifex Carolo M. Romæ obtulit.

Officium de Carolo Magno.

Martyrium S. Deſiderii Viennenſis in Gallia Epiſcopi, ex antiquis membranis ab *Adone* ejusdem eccleſiæ Epiſcopo collectum, A. D. 870.

Epiſto-

Epiſtola *Eugippii* Abbatis in vitam S. Severini, ad Paſchaſium Diaconum.

Vita Gregorii M. Pont. Max. ab incerto Autore conſcripta.

De Vita S. Gebhardi Conſtantienſis Epiſcopi libri duo, ex antiquorum relatione & traditione A. D. 1511. conſcripti per *Felicem Manilium.*

Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi, & aliorum poëmata quædam.

Carmina incerti Autoris de Carolo M. & Leonis Pont. Max. ad eundem Carolum, adventu.

Walafridi Strabi poëmata.

Hortulus *Walafridi Strabi* ad Grimaldum cœnobii S. Galli Abbatem.

Rabani Martyrologium.

Notkeri cognomento *Balbuli* Monachi S. Galli Martyrologium.

Eckerhardi Decani S. Galli de vita B. Notkeri cognomento Balbuli; Item actus ſive proceſſus canonizationis ejusdem B. Notkeri, permiſſu & autoritate Leonis X. à Notariis juratis publica fide conſcriptus.

Sequuntur Monumenta Salisburgenſia X. a Johanne Steinhauſero Senatore Salisburgenſi Caniſio oblata, quorum nonnulla jam antea in Tomo II. Antiquæ Lectionis pro-

Digitized by Google

prodierant, hîc vero pleniora & integriora. Sunt autem:

I. Hiſtoria de miraculis S. Vitalis primi Abbatis Monaſterii S. Petri Salisburgi, & ſecundi Epiſcopi ibidem.

II. Hiſtoria S. Rudberti Epiſcopi Salisburgenſis.

III. Vita S. Erentrudis Virginis.

IV. Vita S. Rudberti primi Epiſcopi Salisburgenſis, autore S. Eberhardi Archiepiſcopi Salisburgenſis Diſcipulo.

V. Notitia donationum factarum Eccleſiæ Salisburgenſi & S. Petro.

VI. Vita S. Virgilii Epiſcopi Salisburgenſis.

VII. Vita S. Eberhardi Epiſcopi Salisburgenſis.

VIII. De S. Hartwico Epiſcopo Salisburgenſi.

IX. Catalogus Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Salisburgenſium.

X. Vita S. Gebehardi Archiepiſcopi fundatoris Eccleſiæ Admuntenſis.

Acceſſit chronicon Salisburgenſe ab A. 580. usque ad A. 1475. ex bibliotheca Alberti Hungeri.

Deſcriptio terræ ſanctæ Autore *Anſbelmo* ordinis Minorum de obſervantia.

Ja-

Digitized by Go

Jacobi Vitriaci præfatio in hiſtoriam orientalem & occidentalem.

II. Caniſium imitatus Stevartius ipſe quoque veteres aliquos Scriptores collegit. Sed iſta collectio in uno tomo ſubſtitit, cujus hæc eſt epigraphe:

Tomus ſingularis inſignium Auctorum tam Græcorum quam Latinorum, quos ex variis bibliothecis accerſitos nunc primum in lucem prodire & publice prodeſſe juſſit Petrus Stevartius, Leodius, Theol. D. SS. Literarum in Academia Ingolſtadienſi Profeſſor, Procancellarius, Mauricianus ibidem Paſtor & Canonicus Leodienſis. Ingolſtadii, ex typographia Ederiana, apud Eliſabetham Angermariam, Viduam, Anno Domini M DC XVI.

Agmen ducunt *Etherii*, (qui interdum etiam Heterius, Itherius & Hiterius a librariis nominatur,) Epiſcopi Vxamenſis, & *Beati* Presbyteri, adverſus Elipandum Archiepiſcopum Toletanum, libri duo de adoptione Filii Dei, nunc primum ex bibliotheca Toletana in lucem deprompti. Opus hoc eruditum quidem, ſed ob ſoloeciſmos & barbarismos minus grammaticum Stevartius eſſe aſſerit. Ob argumenti cognationem his Etherii & Beati libris

bris ſubjungitur fragmentum contra Folmarum, qui præter alios errores in Neſtorii & Elipandi hæreſin incidit. Obſervat autem Stevartius, quod Folmarum vaſto volumine refutaverit *Gerobus* Præpoſitus Reichenspergenſis, & quod etiam Decanus ejusdem Monaſterii in tractatu de inveſtigatione Antichriſti Folmarum aggreſſus fuerit. Utrumque opus autem in Bavaricis bibliothecis latere aſſerit, & publica luce non indignum judicat, niſi Scriptores iſti dum unum extremum Neſtorianiſmi refutant, ad alterum h. e. Eutychianiſmum ſeu hodiernam Lutheriſmi ubiquitatem lapſi fuiſſent, ut Stevartius per calumniam Pontificiis pariter & Reformatis ſolennem loquitur. Interim ex apologetico, quod *Adamus* Decanus Reichenſpergenſis contra Folmarum conſcripſit, præfationem & principium libri exhibet. Sequitur *Andronici CPlitani* ex Imperatoria Comnenorum familia Dialogus contra Judæos, cum præfatione Latini interpretis Johannis Livineji, qui opus hoc ſcriptum judicat A. C. 1327. Quæ chronologia ſi vera eſt, non poteſt Euthymius Zigabenus pro autore hujus operis haberi, quæ Cardinalis Sirleti fuit ſententia, cum Euthymius Zigabenus duodecimo floruerit ſeculo. Subji-

citur

citur huic dialogo catalogus Autorum veterum & recentiorum, qui contra Judæos ſcripſerunt ex bibliotheca Theologica Johannis Molani; Item *Baſilii Seleucienſis* Epiſcopi demonſtratio adverſus Judæos de adventu Chriſti, interprete Franciſco Turriano; Collectanea contra eosdem ex Scripturis & ſanctis Patribus; Miſcellanea quædam de hæreſibus & hæreticis; *Photii* Archiepiſcopi CPlitani liber de voluntatibus in Chriſto, quæ dicuntur gnomicæ, Franc. Turriano interprete, cum diſſertatiuncula de ſcriptione Photiana, & quanti ponderis ſint argumenta, quæ adfert pro ſua ſententia ſtabilienda; *Anaſtaſii Sinaitæ* Patriarchæ Antiocheni orationes 5. I. de SS. Trinitate, II. de incircumſcripto, III. de incarnatione Chriſti, IV. de paſſione & impaſſibilitate Chriſti, V. de reſurrectione, interprete Franciſco Turriano; & *Johannis Chryſoſtomi* Archiepiſcopi CPlitani brevis interpretatio in caput I. Evangelii ſecundum Johannem, interprete D. Gerardo Voſſio Eburone. Tractatum contra errores Græcorum de proceſſione Spiritus S., de animabus defunctorum, de azymis & fermentato, de obedientia Romanæ Eccleſiæ, editum Conſtantinopoli in ædibus Fratrum Prædicatorum

Digitized by Google

rum A. D. 1252. quem Stevartius ſine Autoris nomine edidit, autorem habere *Pantaleonem* aſſerit Combefiſius in præfatione auctarii noviſſimi. Pœnitentiale *Rabani* Archiepiſcopi Moguntini, quod Stevartius exhibet, diverſum eſt ab illo Rabani pœnitentiali, quod Antonius Auguſtinus jam vulgaverat. Excipiunt hoc pœnitentiale incerti Collectoris ſtatuta canonum de officio Sacerdotum, & liber pœnitentialis ex ſcrinio Romanæ eccleſiæ aſſumtus, nec non *Halitgarii* præfatiuncula ad pœnitentiale Romanum. Extrema hujus tomi monumenta ſunt chronicon incerti autoris a nativitate Domini usque ad A. C. 1167. & Benedictio Dei, h. e. commentariolus, quomodo Deus præcipue per Pſalmos benedicendus atque laudandus ſit, ex *Caſſidooro* & *Iſidoro* magna ex parte contextus ab Anonymo quodam, ſed, ut videtur, Monacho Ratisbonenſi, ad Bathuricum Epiſcopum Ratisbonenſem, qui ſedem illam obtinuit anno Redemptoris DCCCXIV.

III. Neque hic prætereundos exiſtimo Jacobi Gretſeri libros de Cruce, cum in ſecundo tomo editionis Ingolſtadianæ A. C. 1600. variæ Patrum, veterumque Scriptorum homiliæ, epiſtolæ, & relationes de cruce continc-

tineantur. Index a Gretſero præmiſſus talis eſt: de Inventione crucis *Alexander* Monachus, ex *Georgio Hamartolo*, ex *S. Ambroſio*, epiſtola *S. Paulini*, ex *Sulpicio Severo*, ex *Ruffino*, ex *Theodoreto*, ex *Socrate*, ex *Sozomeno*, ex *Nicephoro*, ex *Leone Imperatore*, & *Petrus Damianus*. De Exaltatione crucis ex Typico *S. Sabæ*, ex *Curopalata*, *Sophronius* Patriarcha Hieroſolymitanus, *Andreæ* Archiepiſcopi Cretenſis orationes duæ, *Joſephus* Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, *Theophanes Cerameus* Archiepiſcopus Tauromeniæ in Sicilia, *Leo Imperator*, *Germanus* Patriarcha CPlitanus, *Philotheus* Patriarcha CPlitanus, *incertus Autor*, *incertus Autor* falſo Chryſoſtomus, & *Macarius* Archiepiſcopus Philadelphienſis. De Adoratione crucis media Quadrageſima ex Typico *Sabæ*, ex *Triodio Græcorum*, ex *Curopalata*, *S. Chryſoſtomus*, *Sophronius* Patriarcha Hieroſolymitanus, *Theodorus Studites*, *Germanus* Patriarcha CPlitanus, *Johannes Xiphilinus* Patriarcha CPlitanus, *Philotheus* Patriarcha CPlitanus, *incertus Autor*, & *Theophylactus* Bulgariæ Archiepiſcopus. De Feſto crucis Kalend. Auguſti, ex Typico S. *Sabæ*, *Timotheus* Presbyter Antiochenus. De Paraſceve ex libro Antiphon. *Gregorii Magni*, *S. Athanaſius*, & *Chryſoſtomi* ora-

Digitized by Google

tiones tres. In crucem absolute *S. Ephræm*, *S. Chrysostomus*, duo fragmenta *Methodii*, ex *Damasceno*, Fragmentum ex *Severiano* Gabalorum Episcopo. De Apparitionibus crucis, ex *Gelasio* de signo crucis, quod apparuit Constantino Magno, epistola *S. Cyrilli* de crucis signo tempore Constantini Imper. viso, de cruce Apameensi ex *Procopio*, de cruce ad templum S. Sergii missa ex *Theophylacto Simocate*, & *Petrus Damianus* de exaltatione S. crucis. Quibus accedunt aliqua dubiæ fidei monumenta, & oratio *Germani* Patriarchæ CPlitani de restitutione imaginum.

IV. Idem Gretserus A. C. 1612. Lucæ Tudensis tractatum contra Albigenses, & succedaneos aliquot Scriptores contra Waldenses edidit. Sunt autem illi Scriptores Waldensibus oppositi *Reinerus*, *Pilichdorfius*, & aliquis *Anonymus*. Aliam triadem Scriptorum anti-Waldensium Gretserus A. C. 1614, Ingolstadii vulgavit, nempe *Ebrordum* Bethorienſem, *Bernardum* Abbatem Fontis Calidi; & *Hermengaudum*.

V. Theodorum Peltanum 17. homilias Patum Græcorum ante annos 1200. in præcipuis Christi festis publice habitas latine reddidisse, in unum volumen collegisse, & Ingol-

golstadii A. C. 1579. edidisse, Antonius Possevinus in apparatu Tom. p. 466. testatur.

VI. Contulit etiam nonnihil ad bibliothecas Patrum Jacobus Pontanus Jesuita. Prodiit enim Ingolstadii A. C. 1603. volumen varia Patrum monumenta continens, hoc titulo inscriptum:

SIMEONIS Junioris, Theologi, Presbyteri & Præpositi Monasterii sanctissimi Martyris Mamantis ad Xylocercum, de fide, & moribus tum christianis tum monasticis orationes XXXIII. Ejusdem divinorum amorum, sive commentationum sacrarum liber singularis; Ejusdem capita moralia ducenta duodetriginta.

Accesserunt:

Scholastici cujusdam dialogus de Deo ad Simeonem Theologum.

BASILII Monachi & Presbyteri ascetice vitæ descriptio.

JOANNIS Carpathiorum Episcopi ad Monachos ex India capita 82.

Ex Capitibus THEODORI Edesseni 50.

Ex vita S. Syncleticæ 10.

Ex ELIÆ Presbyteri sententiarum ex diversis Florilegio florilegium.

Decerpta ex Florilegio PETRI Abbatis.

LEONIS Imp. Canticum compunctionis.

Ejusdem argumenti canon THEOLEPTI Episcopi Philadelphiensis.

Canon agentis animam, ex Græcorum Euchologio.

Alius canon peccatoris ad sanctissimam Deiparam, ex eodem.

SIMEONIS Archiepiscopi Thessalonicensis de divino templo, de ejus ministris, de sacris eorum vestibus, de sacrosancta mystagogia sive Missa commentariolus.

Omnia nunc primum ex bibliotheca Serenissimi utriusque Bavariæ Ducis Maximiliani depromta, & latinitate donata à Jacobo Pontano Societatis Jesu.

Notamus autem Jesuitæ hujus fidem in edendis Patribus non esse usque quaque bonæ notæ. Sane Simeonis Thessalonicensis tractatum de templis & Missa commendans Jacobus Goar in euchologio Græcorum p. 211. extare asserit quidem illum tractatum a Jacobo Pontano editum, sed græcum textum hactenus defuisse, fortasse idcirco suppressum, quia nimio interpretis zelo, ubi nullum erat obvium periculum, rescissus fuerat & mutilatus. Quæ res etiam

præ-

prædictum Goarum movit, ut p. 212. & seqv. & textum græcum exhibere, & fideliorem versionem addere non gravatus fuerit.

VII. Idem Pontanus Ingolstadii A.C. 1604. conjunctim edidit Philippi *Solitarii* dioptram, *Nicolai Cabasilæ* de vita in Christo libros 6. *Johannis Carpathii* capita hortatoria, *Philothei* CPlitani laudationem in Basilium, Gregorium Nazianzenum, & Chrysostomum, ut indicat bibliotheca Telleriana p. 26. Extant vero etiam in hoc volumine *Michaelis Glycæ* duæ disputatiunculæ, quod me docet doctissimus Cave histor. liter. p. 654. Ipse enim hanc Patrum collectionem non habeo ad manus.

VIII. Possideo tamen aliam Patrum collectionem eodem anno ab eodem Pontano editam, cujus titulus est:

THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ *Expræfecti & Observatoris Coactorum historiæ Mauricii Tiberii Imperatoris libri VIII. Item* GEORGII PHRANZÆ *Protovestiarii Chronicorum de ultimis Orientalis Imperii temporibus, de Sultanorum Osmanidarum origine, successione, rebus gestis usque ad Mahometem II. de rebus denique Peloponnesiacis ante & post captam Constantinopolim libri III.*

Epiſtola GEORGII TRAPEZUNTII, *qua Johannem Palæologum Imper. hortatur, ut ad Synodum in Italia celebrandam proficiscatur. Omnia ex bibliotheca Sereniſſimi Maximiliani utriusque Bavariæ Principis deprompta, in latinum converſa, & notis illuſtrata a Jacobo Pontano Societatis Jeſu. Ingolſtadii Anno MDCIV.*

Et Phranzæ quidem Chronicon latine tantum, Simocattæ autem hiſtoria, & Trapezuntii epiſtola græce ſimul exhibentur.

IX. Non prætermittenda inter Ingolſtadienſes Patrum bibliothecas collectio a Tengnagelio adornata, & hac inſcriptione gaudens:

Vetera Monumenta contra Schiſmaticos jam olim pro Gregorio VII. aliisque nonnullis Pontificibus Romanis conſcripta, & nunc primum in lucem vindicata, ſtudio Clariſmi & eruditiſſimi Viri, Domini Sebaſtiani Tengnagel J. V. Doctoris, & Cæſarei Viennæ Bibliothecarii, ad Reverendiſſimum & Illuſtriſſimum Præſulem ac Dominum D N. Melchiorem, Epiſcopum Viennenſem nominatum &c. Anno M DC XII. Ingolſtadii.

Sunt autem iſta monumenta vetera:

Epiſtola S. *Gebhardi* Archiepiſcopi Salisburgenſis ad Hermannum Epiſcopum Metten-

tenſem pro Gregorio VII. Pontifice Maximo, contra ejusdem temporis ſchiſmaticos.

Vita & res geſtæ S. Altmanni Epiſcopi Paſſavienſis, in quibus præclara de Gregorio VII. Pont. Max. lector inveniet.

Vita B. Tiemonis Archiepiſcopi Salisburgenſis, qui a Schiſmaticis ſub Gregorio VII. & Urbano II. Romanis Pontificibus plurima perpeſſus; & tandem martyrii corona redimitus eſt.

Vita S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis, qui Gregorii VII. Pont. Max. familiaris, diſcipulus & ſtrenuus propugnator fuit.

Vita Comitiſſæ Mathildis, duobus libris a *Domnizone* Presbytero carmine conſcripta, eximium ſane antiquitatis monumentum, in quo de Gregorii VII. Pont. Max. inſigni ſanctitate & morum innocentia, deque Urbano II. Paſchali II. Lector non pauca reperiet.

Bernaldi Presbyteri Conſtantienſis de vitanda Excommunicatorum communione, de reconciliatione Lapſorum, & de conciliorum, decretorum, decretalium, ipſorumque Pontificum Romanorum autoritate liber.

Synodus Moguntina in cauſa Caroli Conſtantienſis Epiſcopi Simoniaci ſub Sigefrido

Archiepiſcopo Moguntino, una cum ſex ejusdem *Sigefridi* epiſtolis, quarum quatuor ſunt ad Alexandrum II. Pont. M. duæ ad Gregorium VII. Acceſſerunt Cleri populique Moguntini ad Sigefridum literæ, quibus eum Cluniaco ad ſuam ſedem revocant.

Stephani Epiſcopi Halberſtatenſis & S. *Anſelmi* Archiepiſcopi Cantuarienſis epiſtolæ duæ adverſus Schiſmaticos, ſub Gregorio VII. & Urbano II. Romanis Pontificibus.

Commentariolus *Heſſonis* Scholaſtici de tractatione pacis inter Calliſtum II. Pontif. Rom. & Henricum V. Imper. anno Redemptoris MCXIX. deque Concilio Remenſi.

Variæ hactenus ineditæ epiſtolæ 79. Pontificum, Epiſcoporum, Imperatorum, Regum, Principum & aliorum, quarum lectio mirifice conducit ad illuſtranda ea tempora, quibus eccleſiam Dei ſchiſmata diſtraxerunt, præcipue ſub Gregorio VII. Urbano II. Paſchali II. Alexandro III. Innocentio IV. & Gregorio IX. Romanis Pontificibus, Imperatoribus autem Henrico IV. Henrico V. Friderico I. & Friderico II.

Digitized by Goog

X. Anno post editam hanc Tengnagelii collectionem proximo Gretserus idem, de quo supra thes. III. & IV. egimus, epistolas quorundam Pontificum Romanorum ad Principes quosdam & Reges Francorum collegit, & huic operi talem titulum præfixit:

Volumen epistolarum, quas Romani Pontifices Gregorius III. Stephanus III. Zacharias I. Paulus I. Stephanus IV. Adrianus I. & Pseudopapa Constantinus miserunt ad Principes & Reges Francorum, Carolum Martellum, Pipinum & Carolum Magnum, olim studio & cura ipsius Caroli M. collectum, nunc tandem publici juris factum a Jacobo Gretsero Societatis Jesu Theologo, ad Reverendissimum & Illustrissimum Principem ac Dominum DN. Henricum Episcopum Augustanum. Ingolstadii M DC XIII.

Ejusdem Gretseri studio Ingolstadii 1616. prodierunt variorum Pontificum ad Petrum Cnapheum epistolæ 10. Græco-latinæ, una cum *Gregorii Acindgni* libris duobus de essentia & operatione Dei, ut indicat Bibliotheca Jesuitica Sotvelli p. 371.

XI. Multa vetera monumenta in tomis antiquæ suæ lectionis ex tenebris eruisse

Digitized by Google

Henricum Canisium sub initium hujus capitis retulimus. Nunc sub finem hujus Capitis addimus, eundem Canisium Ingolstadii A. C. 1600. edidisse Chronicon *Victoris* Episcopi Tunnunensis, Chronicon *Johannis Biclarienſis* Episcopi Gerundensis, Legationem *Luitprandi* Episcopi Cremonensis ad Nicephorum Phocam nomine Ottonis Imperatoris, & Synodum Bavaricam sub Tassilone Duce, quæ collectio commemoratur in catalogo Biblioth. Tellerianæ p. 26.

CAP. VIII.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM ANTVERPIENSIBUS.

I. Homilias IV. Sanctorum Patrum Episcoporum Methodii, Athanasii, Amphilochii, & Johannis Chrysostomi græce & latine edidit Petrus Pantinus Tiletanus Interpres, Antverpiæ apud Joachimum Trognæsium 1598. Et prima quidem ex istis homiliis est *Methodii* Martyris & Episcopi Patrensis de occursu Domini & Simeonis, seu de B. Virginis purificatione, quod festum Methodius græce τὴν τῆς ἀπαντήσεως ἡμέραν appellat, cum alii ὑπαντὴν, vel ὑπαπάντην appellent. Exi-

sti-

Digitized by Go

ſtimat autem Pantinus ex hac Methodii homilia probari poſſe, quod feſtum purificationis ante Juſtiniani tempora inſtitutum fuerit, cum Methodius aliquot ſeculis Juſtinianum præceſſerit. Verum nondum liquet autorem hujus homiliæ eſſe Methodium Seniorem, & non potius Juniorem aliquem Methodium, vel etiam alium quempiam, qui Methodii nomen ſibi arrogavit. Equidem præter Pantinum etiam Leo Allatius in diatriba de ſcriptis Methodiorum p. 341. hanc homiliam Methodio non Juniori, ſed Seniori Patareno & poſtea Tyrio Epiſcopo vindicat, quam ſententiam etiam fovet Combefiſius in notis ad Amphilochii orationem in feſtum Hypapantes. At diverſam ſententiam tenet Gretſerus de cruce in duo fragmenta Methodii, ubi hanc homiliam tribuendam aſſerit vel Methodio Patriarchæ CPlitano, qui ſub Theophilo & ſucceſſore ejus Michaele confeſſionis gloria floruit, vel Methodio, qui ſucceſſit Germano, & cujus ſunt homiliæ de cruce. Eidem ſententiæ aſtipulatur Caſimirus Oudinus in ſupplemento de Scriptoribus eccleſiaſticis p. 22. & 23. Ubi tamen obiter noto, quod Oudinus inter autores, qui hanc Methodii homiliam Methodio Seniori tribuerunt, perperam Baronium

Digitized by Google

nium numeret, cum tamen Baronius in Martyrologio festum Hypapantes sub Justiniano institutum censeat, ideoque asserat, nullum vel Latinorum vel Græcorum Patrum, qui ante Justiniani imperium vixerunt, sermonem in festum occursus Domini scriptum reliquisse. Secunda homilia est *Athanasii* Episcopi Alexandrini in diem Parasceves, quem inter spuria Athanasii opera Benedictini e Congregatione S. Mauri in nova editione operum Athanasii Parisiensi A. 1698. recensere minime dubitarunt. Tertia est *Amphilochii* Iconiensis Episcopi in diem Sabbathi, quam postea etiam Combefisius inter opera Amphilochii vulgavit. Quarta denique est *Johannis Chrysostomi* Episcopi CPlitani in sanctum Pascha.

II. Idem Pantinus alias quasdam Patrum variorum homilias græce & latine post sexennium vulgavit. Titulus est:

Conciones Græcorum Patrum a Petro Pantino Tiletano Decano Bruxell. nunc primum græce editæ, latineque conversæ. Antverpiæ apud Joachimum Trognæsium. M.DC. IV. in 8.

Continentur autem hoc volumine:

I. *Johannis Chrysostomi* homilia in natalem

lem Domini noſtri Servatoris, ex libris Pantini, accedente editione Auguſtana.

II. *Ejusdem* homilia in Præcurſorem.

III. *Antiochus* ad Euſtathium de cogitationibus.

IV. *Johannis Damaſceni* homilia de Sabbatho ſancto.

V. *Ejusdem* epiſtola de corpore & ſanguine Domini.

VI. Fragmentum copioſius de eapſe re, ex Bibliotheca Laurentiana Regis Hiſpaniarum.

VII. Annotationes Pantini in priorem Orationem Joannis Damaſceni de nativitate B. Virginis a Billio editam & verſam.

VIII. *Germani* Archiepiſcopi CPlitani homilia de præſentatione D. Virginis in templo.

III. In eadem urbe apud Caſparem Bellerum A. C. 1614. prodiit:

Catena Græcorum Patrum in Proverbia Salomonis, R. P. Theodoro Peltano Soc. Jeſu Theologo interprete. In Eccleſiaſten B. Gregorii Thaumaturgi Metaphraſis Græcolatina. In Canticum Canticorum paraphraſis Michaelis Pſelli.

Et Catena quidem in Proverbia contexta eſt ex *Autore Catenæ, Apollinario, Baſilio, Chryſoſtomo,*

ſtomo, *Cyrillo Alexandrino*, *Didymo*, *Diodoro*, *Epiphanio*, *Evagrio*, *Euſebio*, *Euſtathio*, *Hippolyto*, *Juliano*, *Olympiodoro*, *Origine*, & *Polychronio*, quorum verba latine tantum ex Peltani verſione exhibentur. Eſt autem hæc Peltani verſio opus poſthumum, cujus editionem Johannes de Pineda procuravit. *Gregorii Thaumaturgi* metaphraſis in Eccleſiaſten primum latine, ac deinde græce apparet. Verſionem autem Andreas Schottus ex duabus aliorum verſionibus nempe Jacobi Billii & Johannis Monachi Brigittani concinnavit. Græco textui ſubjiciuntur annotationes & catalogus eorum, qui in Salomonis proverbia, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum ſcripſerunt. Adjecit idem, quem paulo ante nominavimus, Andreas Schottus *Michaelis Pſelli* paraphraſin in Canticum Canticorum politicis verſibus deſcriptam, partim ex ſua, quoad primum caput, partim ex Franciſci Zini verſione, quoad reliqua capita. Obſervat autem verſus politicos ſeu populares rythmos dici, qui ſyllabis quindecim ita conſtant, ut cujusque verſus prior pars octavam ſyllabam integra dictione abſolvat.

IV. Peltanianæ in Proverbia Patrum catenæ

tenæ jungimus Corderianam Patrum in Psalmos catenam. Prodiit enim A. C. 1643. Antverpiæ ex officina Plantiniana Balthasaris Moreti

Expositio Patrum Græcorum in Psalmos a Balthasare Corderio Soc. Jesu ex vetustissimis Sac. Cæsar. Majestatis, & Serenissimi Bavariæ Ducis MSS. Codicibus ἀνεκδότοις concinnata, in paraphrasin, commentarium & catenam digesta, latinitate donata, & annotationibus illustrata.

Hæc in Psalmos expositio in tres tomos distincta est, unoquoque tomo quinquaginta Psalmos continente. Præcedit autem in singulos Psalmos Anonymi cujusdam Scholiastæ paraphrasis. Hanc excipit Theodori Heracleotæ commentarius. Tum sequitur Catena ex variis Patribus contexta. Ultimum in singulis Psalmis locum occupant Corderii annotationes. Patres autem, ex quibus catena in Psalmos conflata est, sunt *Athanasius, Ammonius, Anonymus, Apollinarius, Asterius, Basilius, Gennadius, Georgius Alexandrinus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Didymus, Dionysius Areopagita, Eusebius Cæsariensis, Hesychius, Theodoretus, Theodorus Antiochenus, Theodorus Heracleota, Isidorus, Cyrillus Alexan-*

Digitized by Google

andrinus, Maximus, Pachymera, Chryſoſtomus, Pſellus, & Origenes.

V. Idem Corderius ibidem catenam Patrum in Lucam edidit, cujus hic eſt titulus:

Catena ſexaginta quinque Græcorum Patrum in S. Lucam, quæ quatuor ſimul Evangeliſtarum introducit explicationem; luce ac latinitate donata, & ex aliis Patribus tam Græcis quam Latinis ſuppleta, & annotationibus illuſtrata a Balthaſare Corderio Antverp. Doctore Theologo Soc. Jeſu. Antverpiæ, ex officina Plantiniana, A. C. M DC XXVIII. in fol.

Patres, ex quibus hæc catena concinnata eſt, ſunt: *Ambroſius, Amphilochius, Anaſtaſius,* Ἀνεπίγραφος ſeu *Anonymus, Apollinarius, Aſterius, Athanaſius, Baſilius Magnus, Clemens, Cosmas, Cyrillus Alexandrinus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Didymus Alexandrinus, Dionyſius Alexandrinus, Dionyſius Areopagita, Dorotheus, Ephraem Syrus, Epiphanius, Evagrius Scholaſticus, Eunomius, Euſebius Cæſarienſis, Eutyches, Gregorius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Hippolytus Martyr, Ignatius, Joſephus, Johannes Caſſianus, Johannes Chryſoſtomus, Johannes Climacus, Johannes Geometra, Irenæus, Iſaac, Iſai-*

Iſaias, Iſidorus Peluſiota, Juſtinus, Macarius, Chryſocephalus, Macarius Ægyptius, Marcus Archiepiſcopus, Marcus Eremita, Maximus, Methodius, Michael Pſellus, Nicetas cognomento David, Nicetas, Nilus, Oecumenius, Origenes Philo Judæus, Photius, Phoſterius, Procopius Gazæus, Servius, Severus Antiochenus, Severus, Simeon, Simeon Metaphraſtes, Theodoretus, Theodorus Mopſueſtenus, Theophanes, Theophylactus, Titus Boſtrenſis, Victor & Victorinus; de quibus ſingulis Corderius breviter diſſerit. Plures autem Patres tam Græci, quam Latini in ſupplementis & annotationibus interſertis allegantur, quorum indicem hic apponere nolumus. Cæterum Corderius hanc catenam in Lucam latine tantum edere voluit, paratus græce & latine edere, ſi multos græci textus deſiderio teneri intelligeret.

VI. Ejusdem Corderii ſtudio catena Patrum Græcorum in Johannem prodiit, hoc titulo ſignata:

Catena Græcorum Patrum in ſanctum Johannem ex antiquiſſimo græco codice MSto nunc primum in lucem edita, & auſpicatiſſimis Sereniſſimi ac Potentiſſimi Ferdinandi III. Hungariæ & Bohemiæ Regis nuptiis conſecrata, a Balthaſare Corderio, Antverpiano Soc. Jeſu, S. Theol. Doctore

& in Alma Viennensi Universitate Professore. Antverpiæ, ex officina Plantiniana Balthasaris Moreti M. DC. XXX.

Patres, ex quibus hæc catena conflata est, sunt numero XXI. nempe: *Ammonius, Amphilochius, Antiochus Ptolemaidis, Anonymus, Apollinarius, Basilius, Gregorius Theologus, Gregorius Nyssenus, Didymus, Epiphanius, Eusebius, Theodorus Heracleotes, Theodorus Mopsuestenus, Julius Episcopus, Isidorus, Cyrillus, Proclus, Severus, Photius, Chrysostomus & Origenes.* Cum autem nonnullos viros doctos & græcæ linguæ peritos ægre tulisse animadverteret, quod multitudini potius, quam eruditioribus morem gerens catenam Græcorum Patrum in Lucam latine tantum edidisset, hanc in Johannem catenam & græce, ut eruditis satisfaceret, & simul latine, ut a pluribus legi & intelligi posset, dare voluit. Et græcum quidem exemplar, quod in Cardinalis Cusani bibliotheca hactenus latuerat, ope Heriberti Rosweidi & Petri Lanselii nactus est, qui bibliothecam illam apud Treviros lustraverant, & hanc catenam Antverpiam adipsum detulerant.

VII. Claudium Sanctesium s. de Saintes Sanctorum Patrum liturgias Antverpiæ A.C. 1560. edidisse, e variis catalogis cognosco.

Sunt

Sunt autem istæ liturgiæ, nisi fallor, liturgia *Jacobi*, liturgia *Basilii*, quæ anaphora dicitur, & liturgia *Chrysostomi*. Nam Launojus cum in historia Academiæ Parisiensis scripta Sanctesii recenset, Tom. II. p. 772. primo loco recenset liturgiam Jacobi, S. Basilii & S. Chrysostomi, aitque, quod inter eas octo capita loco præfationis inseruerit. Cum autem Launojus addat, hæc omnia Parisiis extare, vix dubitandum videtur, quin hic Sanctesii tractatus primum Parisiis editus fuerit, ubi & reliqua ejus opera prodierunt. Dolet autem Launojus hunc scriptorem in carcere misere periisse, nisi pereundi causa, nempe regicidii defensio, id juste postulasset.

VIII. Paschales veterum canones in unum volumen collegit Ægidius Bucherius, cui hunc titulum præfixit:

Ægidii Bucherii Atrebatis e Societate JEsu de Doctrina temporum commentarius in Victorium Aquitanum, nunc primum post M. C. LXXVII. annos in lucem editum, aliosque antiquos canonum Paschalium Scriptores, Chronologiæ ecclesiasticæ illustrandæ ac stabiliendæ utilissimos. Antverpiæ, ex officina Plantiniana Balthasaris Moreti, A. C. M. DC. XXXIV. in fol.

Digitized by Google

Canonum autem Paſchalium hoc volumine contentorum hæc eſt ſeries:

Victorii canon annorum 532. ſcriptus anno Chriſti vulgari 457. nunc primum in lucem editus, & uberiore commentario illuſtratus, quo dies & annus paſſionis Chriſti multaque tam veterum Latinorum placita Paſchalia, quam hiſtorica & chronologica eruuntur ac illuſtrantur. Additus eſt in fine *Paſchalis*, Latinorum quorundam *Laterculus*, centum annorum, nempe ab anno Chriſti 312. quo Maxentius a Conſtantino M. victus, ad 411. nunquam antea editus. Accedunt nonnulla Faſtorum Conſularium fragmenta nondum viſa; item vetus Romanorum tempore Conſtantii Imper. Conſtantini Fil. & Liberii Papæ *Kalendarium* ex vetuſtiſſimo MSto.

Hippolyti canon Paſchalis cum brevibus Notis.

Judæorum tempore Chriſti & Machabæorum *Cyclus Paſchalis* 84. annorum, tum ex *Epiphanio* hæreſi 51. tum ex Chronico *Proſperi* manuſcripto nondum edito, fuſiore tractatu expoſitus. In fine additur ejusdem 84. annorum Cycli typus alius, quo aut huic ſimili Latini quidam uſi, teſte Proſpero.

Ana-

Digitized by

Anatolii Laodicenſis in Syria Epiſcopi canon Paſchalis nunc primum etiam e veteri MSto editus, & commentario illuſtratus.

Paſchales veterum aliquot Patrum, *Philippi* de Cæſarienſi Concilio, *Ambroſii*, *Innocentii I.*, *S. Leonis*, *Theophili Alexandrini*, *Cyrilli*, *Proterii*, *Paſchaſini*, *Dionyſii Exigui* Abbatis, & aliorum epiſtolæ notis marginalibus illuſtratæ. Ex quibus Cyrilli, Paſchaſini, Leonis, & Proterii epiſtolæ commentariis in Victorium inſertæ ſunt.

IX. Annumeramus etiam Antverpienſibus Patrum bibliothecis Patres Apoſtolicos, poſt Cotelerium a Johanne Clerico iterum collectos. Etſi enim titulus falſum editionis locum mentiatur, cum verius Amſtelodami quam Antverpiæ hoc opus excuſum fuerit, quandoquidem tamen titulus Antverpiam nominat, hoc loco opus iſtud recenſebimus. Titulus eſt:

SS. Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, BARNABÆ, CLEMENTIS, HERMÆ, IGNATII, POLYCARPI *opera edita & inedita, vera & ſuppoſititia; una cum Clementis, Ignatii, Polycarpi Actis atque Martyriis. J. B. Cotelerius Societatis Sorbonicæ Theologus ex*

Digitized by Google

MSS. Codicibus eruit ac correxit, versionibusque & notis illustravit. Accesserunt in hac nova editione notæ integræ aliorum virorum doctorum, qui in singulos Patres memoratos scripserunt, & quorum nomina in Præfatione habentur; item Guilielmi Beveregii codex Canonum primitivæ Ecclesiæ vindicatus, Jacobi Usserii dissertationes Ignatianæ, & Joan. Pearsonii vindiciæ epistolarum S. Ignatii. Recensuit & Notulas aliquot adsperſit Joannes Clericus. Antverpiæ Huguetanorum sumtibus. M. DC. XCVIII.

Digesta est hæc Patrum Apostolicorum Sylloge in duo volumina. Et primo quidem volumini præter Johannis Clerici præfationem præmissæ sunt Wilhelmi Laudi Archiepiscopi Cantuariensis & totius Angliæ Primatis epistola ad Hugonem Menardum de Barnabæ epistola, Excerptum ex epistola Hieronymi Bignonii ad Hugonem Grotium de epistola Clementis Romani ad Corinthios, Isaaci Vossii epistolæ duæ ad Salmasium de epistolis Ignatii, Stephani Baluzii epistola ad Emericum Bigotium de vita & obitu Joh. Baptistæ Cotelerii, Elogium Cotelerii ex actis Cleri Gallicani, & geminum denique Cotelerii epitaphium. Sequuntur ipsi Patres Apostolici, quorum unicuique & veterum Scriptorum

rum teſtimonia, & recentiorum judicia præmittuntur. Primum locum tenet *Barnabæ* epiſtola Græce & Latine cum notis Menardi, Voſſii, Cotelerii, Oxonienſis, & ipſius Clerici, textui ſubjectis. Seorſim additur antiqua hujus epiſtolæ verſio latina. Sequitur *Hermæ* Paſtor cum notis Cotelerii, & Oxonienſis Editoris, quem Johannem Fell Oxonienſem Epiſopum fuiſſe nulli dubitamus. Varias autem lectiones, quas Cotelerius ad calcem rejecerat, hæc editio in margine collocat, ut lectoris oculis ſtatim ſe offerant, isque moleſtia quærendi ſupersedere poſſit. Inter opera *Clementis* Romani agmen ducunt ejus epiſtolæ ad Corinthios, quibus inter alia Variorum teſtimonia & judicia præmittitur Godofredi Wendelini de Clementis & ejus epiſtolarum tempore divinatio. Præter notas Cotelerii, Junii, Felli, Colomeſii, & Clerici, additæ ſunt nonnullæ aliæ docti cujusdam Scriptoris, qui oræ editionis Cotelerianæ quædam manu ſua alleverat, & hoc imprimis animadverterat, quod prior Clementis epiſtola ad Corinthios ab impoſtore quodam, qui Clementis Alexandrini lacinias Romano aſſuit, interpolata & aucta fuerit. Sequuntur Clementis Conſtitutiones Apoſtolicæ cum notis

Cotelerii & pauculis Clerici; item canones Apoſtolici cum ejusdem Cotelerii notis, quibus cum ob prolixitatem Beveregii annotationes commode miſceri non poſſent, placuit Clerico eas ſeorſim poſt canones Apoſtolicos ex ejus Synodico depromtas addere: Ejusdem autem Beveregii judicium de numero & autoritate canonum Apoſtolicorum, ſimul cum Cotelerii judicio, canonibus Apoſtolicis præmittitur. Ulterius ſequuntur Clementis Recognitionum libri 10. qui latine tantum ex Rufini verſione extant; item Græce & Latine Clementina 19. homiliis conſtantia, quibus *Petri* ad Jacobum, & *Clementis* ad Jacobum epiſtola, quarum poſterior primum Græce & Latine, & deinde Latine tantum ex Rufini verſione exhibetur, præmittuntur; Et denique Clementis de Petri actibus, peregrinationibus & prædicationibus epitome, in qua ipſius etiam Clementis vita continetur. Adduntur etiam his Clementis Romani operibus Martyrium Clementis, & *Ephraimi* Epiſcopi Cherſonis narratio de miraculo, quod Clemens jam mortuus & ſepultus in puero quodam feciſſe dicitur. Et hæc omnia opera Cotelerius notis ſuis illuſtra-

ſtravit, qui etiam Clementina ex Regis Galliæ bibliotheca primus edidit.

Altero volumine Patrum Apoſtolicorum continentur Veterum de Ignatio teſtimonia, ut & Uſſerii, Voſſii & Cotelerii in Ignatium præfationes, epiſtolæ *Ignatii* genuinæ, interpolatæ, ſpuriæ, tam quæ Græce, quam quæ Latine tantum extant; item epiſtolarum Ignatii tam genuinarum, quam ſpuriarum antiqua verſio latina. His epiſtolis Ignatii ſubjungitur Ignatii Martyrium, & primo quidem græce cum nova latina verſione, deinde vero latine tantum ex duplici interpretatione veteri, quarum una ex Cottonianis membranis, altera ex veteri Ignatii interprete deſumta eſt. Adduntur etiam *Tiberiani* & *Plinii* ad Trajanum epiſtolæ cum *Trajani* ad Plinium reſponſo. Subjectæ ſunt epiſtolis Ignatii notæ Cotelerii, Voſſii & Uſſerii; Martyrio Ignatii notæ eorundem Cotelerii & Uſſerii, epiſtolis autem Tiberiani, Plinii & Trajani notæ Uſſerii. Ultimus inter Patres Apoſtolici ævi hac bibliotheca contentos eſt *Polycarpus*, cujus epiſtola Græce & Latine exhibetur cum notis Cotelerii & Uſſerii, quibus etiam notulæ criticæ Patricii Junii inſeruntur, quas Uſſerius ſuis in Polycarpi epiſtolam annotationibus

nibus adjunxerat. Additur antiqua verſio epiſtolæ Polycarpi, & Eccleſiæ Smyrnenſis epiſtola de martyrio Polycarpi, Cotelerii & Uſſerii notis illuſtrata, & fragmenta quinque ex reſponſionum capitulis Polycarpo adſcriptis Victoris Epiſcopi Capuani catenæ in 4. Evangeliſtas inſerta, quibus ſubjunguntur duo indices, alter locorum S. Scripturæ, alter verborum & rerum memorabilium, quæ in primo hujus bibliothecæ volumine & priore ſecundi voluminis parte continentur. Poſteriorem autem ſecundi voluminis partem implent 1. Codex canonum eccleſiæ primitivæ vindicatus & illuſtratus a Gulielmo Beveregio, 2. Jacobi Uſſerii prolegomena in epiſtolas Ignatii, de Ignatii, indeque occaſione data, de Polycarpi quoque ſcriptis atque Apoſtolicis conſtitutionibus & canonibus Clementi Romano tributis, & 3. Vindiciæ epiſtolarum Ignatii autore Johanne Pearſonio, quibus annexæ duæ epiſtolæ Iſaaci Voſſii ad Davidem Blondellum. Et Beveregii quidem codex canonum vindicatus Londini 1678. prodiit, oppoſitus autori Anonymo, qui Rotomagi 1674. obſervationes in Ignatianas Pearſonii vindicias, & annotationes Beveregii in canones Apoſtolicos edidit. Eſt autem Anonymus ille Matthæus Larroquanus, qui,

cur

cur ad Beveregii codicem canonum vindicatum vel non respondere, vel responsum jam paratum supprimere voluerit, in vita ejus, quæ ejusdem adversariis præmittitur, recensetur. Ussérii prolegomena in Ignatii epistolas cum epistolis Polycarpi & Ignatii Oxonii 1644. prodierunt. Pearsonii vindiciæ epistolarum Ignatianarum, Johannis Dallæi tractatui de epistolis Ignatii oppositæ, Cantabrigiæ 1672. lucem publicam aspexerunt, adversus quas Larroquanum observationes nonnullas edidisse modo diximus. Nec male nostro judicio Clericus feciſſet, si exiguum hunc Larroquani libellum partim Beveregio, partim Pearsonio oppositum, simul cum suorum Antagonistarum tractatibus edidisset. Cæterum Clericus Stephanum Baluzium paulo plus, quam necesse fuerat, laudum Cotelerio tribuisse judicat, ad cognitionem Græcæ linguæ & humanioris literaturæ quod attinet, cum neque latinæ elegantiæ studiosus fuerit, & nonnunquam etiam in Græcis, ubi omnia plana erant, cespitaverit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM ROMANIS.

I. Melchiorem Hittorpium varios vetuſtiorum eccleſiæ Scriptorum tractatus de divinis officiis ac miniſteriis in unum volumen collegiſſe, & Coloniæ A. 1568. edidiſſe, ſupra in capite de Colonienſibus Patrum bibliothecis dictum eſt. Eosdem Autores exhibet editio Romana anni 1591. cujus hæc eſt epigraphe:

De catholicæ eccleſiæ divinis officiis ac miniſteriis varii vetuſtorum fere omnium eccleſiæ Patrum ac Scriptorum libri. Ad Sanctiſſimum D. N. Gregorium XIV. P. M. Romæ, M. D. XCI. in ædibus populi Romani apud Georgium Ferrarium, cum Privilegio.

Series Autorum & tractuum, qui hoc volumine continentur, eſt ejusmodi:

I. Ordo Romanus de Miſſæ & reliquis per annum officiis.

II. *B. Iſidori* Hiſpalenſis Epiſcopi de eccleſiaſticis officiis libri duo.

III.

III. *Albini Flacci Alcuini* Angli, cognomento Diaconi, Bedæ discipuli, Præceptoris Caroli M. liber de officiis, seu ordinis Romani expositio.

IV. *Amalarii Fortunati*, Germani, Monachi Luxovienſis & S. R. E. Cardinalis, Treverenſis Archiepiſcopi officiales, ſeu de divinis officiis libri IV. ad Ludovicum Pium Aug.

Ejusdem de ordine Antiphonarii liber.

V. *Rabani Mauri* Archiepiſcopi Moguntini ex Abbate Fuldenſis Monaſterii Ordin. S. Benedicti, natione Germani, ex civitate Fuldenſi in Buchonia, Albini Anglici quondam auditoris, de inſtitutione Clericorum ad Heiſtulfum libri III.

VI. *Walafridi Strabonis* Abbatis Augiæ divitis, natione Germani, de exordiis & incrementis rerum eccleſiaſticarum liber.

VII. *Bernonis* Abbatis Augienſis de quibusdam rebus ad Miſſæ officium pertinentibus libellus.

VIII. *Petri Damiani* Monachi S. Benedicti, Epiſcopi Oſtienſis & S. R. E. Card. liber, qui appellatur: *Dominus vobiscum.*

IX. *Micrologus* de eccleſiaſticis obſervationibus.

X. *B. Ivonis* Carnotenſis Epiſcopi de eccleſiaſti-

Digitized by Google

ſiaſticis Sacramentis ac officiis, & præcipuis per annum feſtis ſermones XXI.

XI. *Hildeberti* Cenomanenſis, & Thuronenſis Epiſcopi poſtmodum Archiepiſcopi de myſterio Miſſæ carmen.

XII. *Ruperti* Abbatis Tuitienſis juxta Coloniam Agrippinam, Ord. S. Benedicti, natione Germani, de divinis officiis libri XII.

XIII. *Petri* Abbatis Cluniacenſis Ord. S. Benedicti Nucleus de ſacrificio Miſſæ.

XIV. *Radulphi de Rivo* Decani Tungrenſis de obſervantia canonum liber.

XV. Miſſæ expoſitio brevis tranſcripta ex venerandæ vetuſtatis codicibus.

XVI. Gemma animæ de divinis officiis, ſive de antiquo ritu Miſſarum.

XVII. *Hugonis de S. Victore* Ordinis Canonicorum Regularium Auguſtinianorum & Abbatis, natione Saxonis, in ſpeculum de myſteriis eccleſiæ.

XVIII. *Ejusdem* de cerimoniis, ſacramentis, officiis & obſervationibus eccleſiaſticis libri III.

XIX. *Idem* in canonem Miſſæ libellus.

De ſingulis his Autoribus Hittorpius in præfatione ad Lectorem ex Trithemio, Sixto Senenſi, & aliis autoribus nonnihil diſſerit, & ſimul, quæ ipſe obſervavit, adjicit.

II.

II. Duos tomos Græciæ orthodoxæ collegit Leo Allatius, in quibus Græcos aliquos Scriptores, imprimis recentiores de processione Spiritus S. & aliis agentes, edidit. TOMUS I. ita inscribitur:

Græciæ orthodoxæ Tomus primus, in quo continentur Scriptores, Nicephorus Blemmida, Joannes Veccus Patriarcha CPtanus, Petrus Episcopus Mediolanensis, Georgius Pachymeres, Esaias Cyprius, Joannes Argyropulus, Gregorius Protosyncellus Patriarcha CPlitanus, Georgius Trapezuntius, Joannes Plusiadenus, Hilario Monachus, Niceta Byzantius, de processione Spiritus S. & aliis. Accedunt de Gregorio Palama Archiepisco-po Thessalonicensi Græcorum sententiæ. Leo Allatius nunc primum è tenebris eruit, & Latine vertit, cujus notæ in postremum tomum rejiciuntur. Romæ M DC LII. typis sacræ Congregationis propagandæ fidei.

Tractatus Autorum in titulo nominatorum sunt sequentes:

Nicephori Blemmidæ oratio prima demonstrans SS. Patrum testimoniis per Filium, & ex Filio Spiritum S. dici, ad Jacobum Bulgariæ Archiepiscopum.

Ejusdem oratio secunda de nonnullis dogmaticis quæstionibus ad Theodorum Ducam

Digitized by Google

cam Laſcarim Imperatorem Conſtantinopolitanum.

Joannis Vecci Epiſcopi CPlitani de unione Eccleſiarum veteris & novæ Romæ.

Ejusdem de proceſſione Spiritus S. capita XII:

I. Adverſus eos, qui aſſerunt Magni Baſilii dictum, quo affirmatur *ex Filio eſſe Spiritum Sanctum*, & reperitur in illius oratione, adulteratum eſſe.

II. Ad eos, qui ſubdubitant de additione, quæ in nonnullis codicibus reperitur, *Fortaſſe* dubitativi adverbii.

III. Adverſus eos, qui contendunt, quod Magnus Baſilius in oratione ſua de Fide dixerit: *aliquando dictiones uſurpaſſe adverſus conſurgentes hæreſes decertantem, alias atque alias pro diverſis temporibus, ut neceſſitas ipſum compellebat*, non eſſe omnibus illius Theologicis dictis attendendum.

IV. Adverſus eos, qui addubitant ſuper eo dicto: *Quod a Filio eſſe dicitur, ad Patrem refertur.*

V. Ad eos, qui dubitant: *Quomodo Spiritus procedit per Filium?*

VI. Ad eos, qui dicunt: *Si per Filium procedit, quomodo non ſunt duæ exiſtentiæ Spiritus?*

VII.

Digitized by Go

VII. Ad eos, qui addiſcere cupiunt, quænam ſit mediatio Filii, quam Nyſſenus Gregorius tradit, dicens: *Filii mediatione illi unigenitum conſervante, & Spiritum a naturali erga Patrem relatione minime arcente.*

VIII. Adverſus eos, qui ordinem in Trinitate reſpuunt, neque per Filium exiſtere Spiritum acceptant.

IX. Ad eos, qui dicunt: *quando una ſimul emanare cum Filio, & una ſimul Spiritus conſequi dicitur, non eſſe per Filium.*

X. Ad eos, qui dicunt: *cum effluere & emanare dicatur Spiritus ex Filio, quare non dicatur procedere etiam ex Filio?*

XI. Adverſus eos, qui dicunt: *emanare & effluere ex Filio Spiritum non ſecundum Verbi divinitatem, ſed ſecundum rem aſſumptam dici, propter ſpiritualia dona.*

XII. Adverſus eos, qui dictum S. Cyrilli proponunt, *Spiritum Sanctum ex ſolo Patre procedere, ut ab ore, ſed apparere per Filium.*

Ejusdem Vecti epiſtola ad Alexium Agallianum magnæ Eccleſiæ Diaconum, de proceſſione Spiritus ſancti.

Ejusdem ſententia Synodalis de corrupto Gregorii Nyſſeni dicto homilia in *Pater noſter*, quæ incipit: ὅτε προσῆγεν.

Ejusdem Teſtamentum.

Niceta Byzantii Philoſophi & Doctoris refutatio epiſtolæ ab Armeniæ Principe miſſæ, qua invidioſe fidem orthodoxam, & ſanctam œcumenicam quartam Synodum criminatur, juſſu piiſſimi Imperatoris, & Patriarcham inducit loquentem.

De Gregorio Palama Archiepiſcopo Theſſalonicenſi a nunnullis Græcorum in numerum Sanctorum aſcito, Græcorum ſententiæ, ſive

Gregorii Acindyni de hæreſibus Palamæ carmen Jambicum.

Huic carmini Gregorii Acindyni de hæreſibus Palamæ ſubjunguntur excerpta quædam ex Allatii diſſert. 2. de libris eccleſiaſticis Græcorum, & ex Ejusdem opere de eccleſiaſtiæ orientalis & occidentalis perpetuo conſenſu, de eodem Palama.

TOMUS II. hoc titulo ſignatur:

Græciæ Orthodoxæ Tomus ſecundus, in quo continentur Scriptores, Joannes Veccus Patriarcha CPlitanus, Conſtantinus Meliteniota Chartophylax, Georgius Metochita Diaconus, Maximus Chryſoberga, de proceſſione Spiritus ſancti & aliis. Leo Allatius nunc primum e tenebris eruit & Latine ver. it, cujus notæ in poſtremum Tomum re-

Digitized by Google

jiciuntur. Romæ, typis Sac. Congr. propagandæ Fidei, M DC LIX.

Tractatus Autorum hoc volumine contentorum ſunt:

Joannis Vecci Epiſcopi CPlitani de omnibus ſuis libris, & ſcripturarum conſenſione animadverſio.

Ejusdem de injuſtitia, qua affectus eſt, a proprio throno ejectus.

Ejusdem oratio, partim ſecundo apologetica pro injuſtitia, qua affectus eſt, partim Antirrhetica, ad pravas expoſitiones nonnullorum ſcripto traditarum auctoritatum.

Ejusdem apologia nullo modo noſtras conſuetudines deſtrui, ſi Eccleſiarum unionem acceptamus, ſed ad conciliandam in Chriſto pacem multum conducere, quod inter ſe in aſſerendo dogmate conveniunt.

Ejusdem ad Sugdææ Theodorum libri tres.

Ejusdem ad Conſtantinum libri quatuor.

Ejusdem in Tomum Cyprii & novas ejusdem hæreſes, de improviſo dictatæ orationes duæ.

Ejusdem refutationes adverſus Andronici Camateri Viglæ Drungarii ſuper ſcripto traditis teſtimoniis de Spiritu ſancto animadverſiones. *Ejus-*

Digitized by Goo

Ejusdem Epigraphæ, ſive in dicta ac ſententias Patrum a ſe collecta, de proceſſione Spiritus ſancti præſcriptiones tredecim.

Conſtantini Meliteniotæ magnæ Eccleſiæ Chartophylacis, de eccleſiaſtica unione Græcorum & Latinorum, & de proceſſione Spiritus ſancti per Filium oratio I.

Ejusdem de proceſſione Spiritus ſancti etiam ex Filio oratio II.

Georgii Metochitæ Diaconi magnæ Eccleſiæ refutatio trium capitum a Maximo Planude editorum.

Ejusdem eorum, quæ ſcripſit Manuel Cretenſis Nepos, refutatio.

Maximi Chryſobergæ de proceſſione Spiritus ſancti ad Cretenſes oratio.

Ex his Johannes Veccus Patriarcha CPlitanus ejusque diſcipuli Conſtantinus Meliteniota, & Georgius Metochita Eccleſiæ CPlitanæ Diaconi pro doctrina Romanæ Eccleſiæ tormenta, exilia & carceres perpeſſi ſunt, ita quidem, ut Veccus quatuordecim, Meliteniota viginti quatuor, & Metochita quatraginta quinque annos in vinculis atque carceribus vi morborum, & rerum omnium inopia ſub inimicis & inhumanis cuſtodibus confecti, & poſt obitum in deſertis profanisque locis extra eccleſiæ

ream defossi fuerint, nec in patria sua sepulturæ locum impetrare potuerint, ut Allatius in epistola ad Flavium Chisium Cardinalem queritur. Cæterum postremus hujus operis tomus, cui Allatius notas reservavit in primi & secundi tomi titulo promissas, lucem publicam, quod sciam, non adspexit: quemadmodum etiam ex decem libris συμμίκτων, quos prælo subjicere parabat, octo postremi, & plura alia ab ipso promissa, cum ipso velut mortua fuerunt.

III. Aliam Romanam Patrum bibliothecam debemus Laurentio Alexandro Zacagnio, cujus primus tomus hunc titulum præ se fert:

Collectanea Monumentorum veterum Ecclesiæ Græcæ ac Latinæ, quæ hactenus in Vaticana Bibliotheca delituerunt. Tomus primus. In quo continentur:

I. ARCHELAI *Episcopi Acta disputationis cum Manete Hæresiarcha, latine ex antiqua versione.*

II. S. EPHREM *Syri Sermones duo latine ex veteri versione.*

III. S. GREGORII *Nysseni Antirrheticus adversus Apollinarem.*

—— *Testimonia adversus Judæos.*

—— *Nova laudatio S. Stephani.*

Ser-

—— *Sermo de Spiritu ſancto.*
—— *Epiſtolæ XIV. omnia Gr. L.*

IV. EUTHALII *Epiſcopi Sulcenſis Actuum Apoſtolorum, & quatuordecim S. Pauli, aliarumque ſeptem Catholicarum epiſtolarum editio ad Athanaſium Juniorem Epiſcopum Alexandrinum.*

Laurentius Alexander Zacagnius Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus e ſcriptis codicibus nunc primum edidit, Græca Latina fecit, notis illuſtravit. Romæ, typis ſacræ congreg. de propaganda Fide Anno. M DC XCVIII.

Primum locum tenent acta geminæ diſputationis ab *Archelao* Epiſcopo Meſopotamiæ cum Manete primum apud Carras, deinde in Diodoridis vico habitæ. Cujus acta Hieronymus & Epiphanius ab ipſo Archelao, Heraclianus autem apud Photium ab Hegemonio ſcripta aſſeruit. Quas ſententias CL. Zacagnius ita conciliat, ut primum iſta acta ab Archelao Syriace ſcripta, poſtea ab Hegemonio melius digeſta, & exordio, epilogo, aliisque nonnullis locupletata, quin etiam in Græcam lingvam verſa judicet. Latinæ autem verſionis, quæ hic exhibetur, autorem ſeculo 7. antiquiorem vir doctiſſimus ex eo conjicit, quod vulgatam verſionem, quæ ſeculo 7. per Occidentem paſſim recepta erat, non utatur. Archelaum autem non

Digitized by Google

Καρχάρων Episcopum fuisse, ut ab Epiphanio & a Socrate nominatur, sed Καρχάρων ex actis hujus disputationis Zacagnius probat, & ab ipso quoque Epiphanio alicubi urbem, ubi Archelaus Episcopus fuit, Καρχάρην in Petaviana editione appellari observat, urbem autem illam non aliam esse putat, quam celeberrimam illam Mesopotamiæ urbem, quæ in actis Disput. cap. 3. Charram, & ab aliis Scriptoribus frequenter Carræ appellatur. Etsi autem Zacagnius de fide & antiquitate horum actorum, quæ ex Vaticano Casiensis codicis apographo nunc primus edit, nihil dubitet, non dissimulat tamen ea nonnullis in locis a librariis mutilata videri, cum in Cyrilli Hierosolymitani Catech. 6. quædam Manetis argumenta cum Archeali responsionibus recitentur, quæ in his actis non reperiuntur. Interim hæc Archelai cum Manete disputatio decuplo major & plenior est, quam illa, quæ Valesius ad calcem suarum ad Socratis & Sozomeni historiam ecclesiasticam annotationum & observationum vulgavit. Præmittuntur his actis testimonia veterum de hac Archelai cum Manete disputatione, nempe Cyrilli, non Alexandrini, ut vitio Typographi legitur, sed Hierosolymitani, Epiphanii, Hieronymi, Heracli-

cliani apud Photium in bibliotheca, Socratis, Petri Siculi, & Photii ex tractatu contra Manichæos nondum edito. Subjungitur autem his actis fragmentum actorum ejusdem disputationis ex Cyrilli catechesi sexta.

Hanc Archelai disputationem excipiunt duo sermones *S. Ephremi Syri* latine tantum, prior de resurrectione & judicio, & de regno cœlorum & mundicie animæ; posterior de agone, seu luctaminibus hujus seculi.

Tertium locum occupant aliqua *Gregorii Nysseni* scripta, nempe ejus antirrheticus adversus Apollinarium græce & latine ex clarissimi Editoris versione, cui scripto, ne quis illud genuinum esse dubitet, veterum aliquot Scriptorum testimonia præmittuntur; Ejusdem testimonia adversus Judæos, quæ cum hactenus latine tantum ex Laurentii Sifanii interpretatione extitissent, nunc græce cum nova doctissimi Editoris versione exhibentur; Ejusdem orationes duæ, una in S. Stephanum, nunc primum græce & latine edita, & altera in Spiritum sanctum seu festum Pentecostes, olim a Francisco Zino latine edita, nunc vero de novo latine facta, & una cum græco textu vulgata; & denique quatuordecim Ejusdem epistolæ varii argumenti, quas in Vaticano codice inventas Za-

Digitized by Google

cagnius latina verſione donavit, & una cum Græco textu typis mandavit. Duabus autem illis orationibus paulo ante memoratis additur etiam ſupplementum textus græci alterius orationis ejusdem Nyſſeni adverſus fornicarios, quod hactenus deſideratum fuit.

Ultimo loco comparet *Euthalii* actuum Apoſtolicorum, & epiſtolarum Apoſtolicarum editio ad Athanaſium. Aſſerit autem Zacagnius vixiſſe hunc Euthalium non circa annum 396. quæ Gulielmi Cave eſt ſententia, ſed A. C. 458. & vitam produxiſſe ultra annum 490. cum lucubrationes ſuas Athanaſio Juniori Alexandrinæ eccleſiæ Antiſtiti dedicaverit, qui iſto anno ſacris infulis decoratus fuit. Idem Zacagnius aſſerit, hunc Euthalium tempore Chalcedonenſis Concilii Alexandrinæ eccleſiæ Diaconum fuiſſe, ſed poſtea Sulcenſem Epiſcopum factum, non in Sardinia, nec in Mauritania II. ſed in diœceſi Alexandrina, etſi Urbis ejus mentio in notitia Epiſcopatuum ejus diœceſeos non occurrat, ideoque eccleſiæ illius memoria periiſſe videatur, niſi forte Sulca eadem ſit cum illa, quæ a Strabone & aliis ψόλχη appellatur, & Syeni celeberrimæ Thebaidis civitati propinqua fuit. Ad calcem hujus primi Collectaneorum tomi leguntur: variæ lecti-

lectiones in c. 51. & seqq. disputationis Archelai cum Manete, item vetus Lectionarium Regio-Alexandrino codici præfixum, & nonnulla addenda & corrigenda in præfatione, notis, & versione hujus Collectaneorum tomi.

IV. Varia Veterum scripta, quibus Monachis & Sanctimonialibus regulæ vivendi præscribuntur, circa A. C. 820. collegit Benedictus Anianensis Abbas, cujus collectionis antiquissimum exemplar Treviris asservari dicitur. Apographum autem custoditur Coloniæ apud Canonicos Regulares Domus B. Virginis. Et hoc apographum Fabius Chisius Neritinorum tum Episcopus & Nuncius Apostolicus, qui postea Pontifex Romanus factus Alexandri VII. nomen assumsit, describi curavit, & Holstenio misit. Dum autem Holstenius alios codices perlustravit, quibus hæc regularum editio locupletari posset, accepit ex bibliotheca Christinæ Reginæ Suecicæ duos vetustos codices paræneticā Patrum quorundam capita exhibentes, ad instituta monastica utriusque sexus accommodata, quæ Holstenius itidem a Benedicto Anianensi collecta conjecit. Hinc natum opus hoc gaudens titulo:

Codex Regularum, quas sancti Patres Mo-

na-

nachis & Virginibus Sanctimonialibus ſervandas præſcripſere, collectus olim a S. Benedicto Anianenſi Abbate. Lucas Holſtenius Vatic. Baſil. Canonicus & Bibliothecæ Præfectus in tres partes digeſtum auctumque edidit. Romæ, excudit Vitalis Maſcardus, M DC LXI.

Parte prima continentur Patrum Orientalium regulæ ad Monachos, nempe:

S. Antonii Abbatis,

S. Iſaiæ Abbatis,

SS. Patrum *Serapionis*, *Macarii*, *Paphnutii*, & alterius *Macarii*,

SS. Patrum alia,

S. Macarii Abbatis Nitrienſis,

S. Pachomii Abbatis Tabennenſis, cum præfatione *Hieronymi* Presbyteri,

Ejusdem & *Theodori* epiſtolæ,

S. Orſieſii doctrina monaſtica,

Incerti regula orientalis, & *S. Baſilii* Epiſcopi Cæſarienſis.

Parte ſecunda exhibentur Patrum Occidentalium regulæ ad Monachos, nempe:

S. Benedicti Abbatis Caſinenſis,

Conſenſoria Monachorum *Incerti*,

SS. Pauli & Stephani Abbatum,

S. Cæſarii Arelatenſis,

S. Aureliani Arelatenſis,

S.

Digitized by Goo

S. Ferreoli Ucetiensis,
S. Columbani Abbatis,
Monasterii Tarnatensis,
S. Isidori Hispalensis,
S. Fructuosi Bracarensis,
Ejusdem regula communis,
Cujusdam Patris,
Regula Magistri, &
Grimlaici regula solitariorum.

Parte tertia comprehenduntur sanctorum Patrum regulæ ad Virgines, nimirum:
S. Augustini Episcopi Hipponensis,
S. Cæsarii Arelatensis,
S. Aureliani Arelatensis,
S. Donati Vesontiensis,
Cujusdam Patris,
S. Leandri Hispalensis, &
B. Ælredi Abbatis Rievallensis.

Tribus his partibus subjicitur appendix, hoc titulo ornata:

Codicis Regularum appendix, in qua sanctorum Patrum exhortationes ad Monachos, & Virgines, de observantia vitæ Religiosæ, collectæ olim a S. Benedicto Anianensi Abbate. Lucas Holstenius Vatic. Basil. Canonicus & Bibliothecæ Præfectus ex duobus MStis Floriacensibus Serenissimæ Reginæ Christinæ edidit. Romæ, excudit Vitalis Mascardus, M DC LXI. Le-

Digitized by Google

Leguntur autem in hac appendice ſequentia SS. Patrum opuſcula parænetica:

S. Athanaſii Alexandrini liber de obſervationibus Monachorum.

Ejusdem exhortatio ad ſponſam Chriſti.

S. Baſilii M. admonitio ad filium ſpiritualem

Evagrii Monachi ſententiæ ad Monachos.

Ejusdem ſententiæ ad Virgines.

Fauſti Lirinenſis ſermones IV. ad Monachos.

S. Eucherii exhortatio ad Monachos.

Ejusdem admonitio ad Virgines.

S. Cæſarii epiſtolæ duæ ad Cæſariam Abbatiſſam.

Ejusdem epiſtola hortatoria ad Virginem Deo dedicatam.

Novati Catholici ſententia de humilitate & obedientia.

S. Paulini ad Monachos de pœnitentia.

Eutropii Abbatis epiſtola de diſtrictione Monachorum.

Incerti ſermones 2. de decem virginibus.

Ad calcem appendicis diverſæ lectiones occurrunt, quas Holſtenius ad aliquas Regulas cum MSctis poſt editionem collatas annotavit, ut & explicatio vocum quarundam minus uſitatarum, quæ paſſim in his Patrum regulis uſurpantur. Mortuus autem eſt Holſtenius, antequam ultimam manum huic operi

ri

Digitized by Google

ri imponeret, ut ex Typographi ad lectorem præfatione liquet, cui annectitur materia dissertationis proœmialis ad regulas Monasticas e schedis Holstenii posthumis depromta. Cæterum Benedictus ille Anianensis etiam concordiam regularum Monasticarum a variis Patribus compositarū concinnavit, quam Hugo Menardus notis suis illustravit, & Parisiis A. 1638. evulgavit, quod obiter notamus.

V. Hieronymum Brunellum Societatis Jesu Theologum Patrum aliquot Græcorum, nempe *Justini, Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii M. Gregorii Nazianzeni, & Johannis Chrysostomi* orationes & epistolas græce Romæ edidisse catalogus bibliothecæ Tellerianæ p. 30. indicat. *Salvianum* de vero judicio & providentia Dei, *Maximi* homilias, *Pacianum* de pœnitentia, *Sulpitii Severi* historiam, *Dorotheum* de Prophetis & discipulis Domini, & *Haymonis* historiæ epitomen Romæ conjunctim prodiisse bibliotheca Nicolai Heinsii p. 7. testatur. Addere placet Romanis his Patrum bibliothecis, etsi vix operæ prerium videatur, trium Patrum opuscula de virginibus & virginitate, nempe *Ambrosii* libros tres de Virginibus ad Marcellinam sororem, *Hieronymi* epistolam ad Demetriadem de virginitate servanda, Ejusdem-

demque epiſtolam ad Euſtathium de cuſtodia virginitatis, & *Auguſtini* librum de virginitate, quæ opuſcula Paulus Aldi F. Manutius Romæ 1562. additis ad calcem nonnullis emendationibus, uno volumine conjunxit.

VI. Prodierunt etiam Romæ nonnullæ Patrum Catenæ. Eſt enim mihi ad manus:

Catena Græcorum Patrum in Evangelium ſecundum Marcum, Collectore atque Interprete Petro Poſſino Soc. Jeſu Presbytero, qui & adjecit, titulo Spicilegii, Commentarium ad loca ſelecta quatuor Evangeliorum. Acceſſere collationes Græci contextus omnium librorum Novi Teſtamenti cum XXII. Codd. antiquis MSS. ex bibliotheca Barberina. Romæ, typis Barberinis, M. DC. LXXIII. excudebat Michaël Hercules.

Patres, e quorum ſymbolis hæc catena coaluit, ſunt: *Ambroſius*, *Anonymus Toloſanus*, *Anonymus Vaticanus*, *Apollinaris*, *Athanaſius*, *Auguſtinus*, *Cyrillus*, *Epiphanius*, *Euſebius*, *Irenæus*, *Nazianzenus*, *Origenes*, *Photius*, *Severus*, *Theodorus Heracleota*, *Theodorus Mopſueſtenus*, *Victor Antiochenus*. Præmiſſum eſt huic catenæ *Procopii* Diaconi & Chartophylacis encomium in Evangeliſtam Marcum. Poſt Spicilegium Poſſini, ſeu commen-

mentarium in loca ſelecta quatuor Evangeliorum, ſequitur *Nicolai Smyrnæi* tractatus *περὶ δακτυλικῆς μέτρης* ſeu ſupputatione per geſtus digitorum, collatus cum Bedæ tractatu de loquela per digitos, cum tabula figurarum numeralium manus utriusque, & notis ad libellum de indigitatione. Qualis autem ſit Lippomanni in Pſalmos catena, quam Romæ A. 1585. impreſſam catalogus bibliothecæ Barberinæ indicat, & num ex Patribus, an ex Scriptoribus recentioribus contexta ſit, cum ignaris ſcio, cum illa Catena oculis meis hactenus nondum objecta fuerit.

CAP. X.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM VENETIS.

I. Venetiis variæ Patrum catenæ prodierunt, e quibus primo loco commemorare placet, quam Daniel Barbarus latine a ſe verſam publicavit. Titulus eſt:

Aurea in quinquaginta Davidicos Pſalmos Doctorum Græcorum Catena. Interprete Daniele Barbaro, electo Patriarcha Aquileien-

Digitized by Google

leiensi. Cum Privilegio. Venetiis, apud Georgium de Caballis, M D LXIX.

Promisit Barbarus etiam catenam in reliquos Psalmos, sed, quantum scio, promissa non servavit. Index Patrum, quibus autor hujus catenæ usus est, non præmittitur. Video autem contextam esse hanc catenam ex *Basilio, Eusebio, Theodoreto, Asterio, Hesychio, Origene, Didymo, Chrysostomo, Athanasio, Nicephoro, Damasceno, Cyrillo, Diodoro, Justino, Nazianzeno, Theodoro Antiocheno, Apollinario, Severo* & aliis. Video etiam sententias quasdam ex *Aquila* & *Hypatio* depromi. Sed quis ille Hypatius sit, non magis scio, quam quis ille *Hireneus* Antiochenus, quem a Lippeloi catalogo memorari supra vidimus. Quæ autem Aquilæ tribuuntur sententiæ, non dubito, quin sint alterius cujusdam Scriptoris, cum Aquila non commentarios in Psalterium scripserit, sed tantum græcam Psalterii & universi V. T. versionem dederit, & manifestum sit, crebras in Patrum catenis confusiones & hallucinationes deprehendi.

II. Comitoli Catenam in Jobum Coloniæ primum editam fuisse supra in capite de Coloniensibus Patrum bibliothecis commemora-

ravimus. Nunc Venetam editionem breviter recenſere placet. Titulus eſt:

Catena in beatiſſimum Job abſolutiſſima, e quatuor & viginti Græciæ Doctorum explanationibus contexta, a Paulo Comitolo, Perusino, Societatis Jeſu, e Græco in Latinum converſa, atque ab eodem nunc iterum edita, nec non multarum magnarumque rerum, quas tertia pagina indicabit, acceſſionibus locupletata. Adjecto indice rerum & verborum uberrimo. Cum Privilegiis. Venetiis, apud Jolitos, M. D. LXXXVII, in quarto.

Magnarum rerum, quas titulus promittit, ſeriem pagina 3. his verbis memorat:

I. De hujus Catenæ Autore pleniſſima diſputatio.

II. Doctorum, e quorum explanationibus varie Catenæ conſtant, indices, ſeu Catalogi multiformes.

III. Decem capita prolegomenon in Job.

IV. POLYCHRONII *Epiſcopi Apameæ, atque* OLYMPIODORI *Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconi hypotheſes in librum Job: Ejusdemque Olympiodori protheoriæ nonnullæ de aliis græcis expreſſæ codicibus.*

V. Lectiones variæ ad ſacræ hiſtoriæ verba ſpectantes quamplurimæ, quas arithmeticis notis indicavimus.

Digitized by Google

VI. Multiplicis eruditionis obſervationes non paucæ, quæ exilibus literarum notis oſtenduntur.

VII. Nonnullarum ſententiarum, quæ ab hujus commentarii Doctoribus uſurpatæ ſunt, & quæ lectorum intelligentiam atque animum aut offendere aut demorari poſſent, tutæ explicationes.

VIII. Complura tum e Vaticanis tum ex aliis deprompta catenis, & in hanc collata, quæ ſingulorum capp. additionibus continentur: Additiones vero ipſas literarum notis grandioribus latinis ſignificavimus.

IX. Pleræque ſententiæ græcæ e Patrum commentariis in marginem paginarum translatæ.

X. Poſtremo divinorum voluminum teſtimonia earundem paginarum adſcripta marginibus.

Deſumta eſt hæc Catena ex codice Antonii Caraffæ Cardinalis. Patres autem, ex quibus hæc catena concinnata eſt, ſunt ſequentes:

Dionyſius Areopagita, Clemens, Origenes, Didymus, Evagrius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Athanaſius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Methodius, Apollinarius, Theophilus Alexandrinus, Iſidorus, Euſebius Cæſarienſis, Polychronius, Ephræm, Nilus, Alexander, Julius, Julianus, Severus, Severianus

nus & *Olympiodorus* Diaconus, quem hujus Catenæ autorem esse Comitolus sibi certo persuadet.

III. Excusa etiam est Venetiis Catena in Acta & epistolas Catholicas, quæ hoc titulo prænotatur:

Catena explanationum veterum sanctorum Patrum in Acta Apostolorum & epistolas catholicas, Joanne Bernardo Feliciano interprete. Cum summi Pontificis, & Senatus Veneti privilegio in annos X. Venetiis, M. D. XLV.

Autores ex quorum collatis symbolis & sententiis catena hæc contexta est, sunt: *Cyrillus, Theodoretus, Photius, Basilius, Severianus, Gregorius Nyssenus, Athanasius, Methodius, Clemens, Epiphanius, Gregorius Nazianzenus, Irenæus, Gennadius, Joannes Chrysostomus, Eusebius, Dionysius, Isidorus, Acacius, Oecumenius, & Andreas* Cæsareæ Archiepiscopus.

Præmittitur epistola ad Alexandrum Farnesium, in qua, quam necessaria sit homini christiano veterum ecclesiæ Doctorum lectio, exponitur.

CAP. XI.

DE BIBLIOTHECA PATRUM MEDIOLANENSI.

I. Sub *ἀνεκδότων* nomine bibliothecam Patrum edidit Ludovicus Antonius Muratorius, cujus duo tomi hactenus prodierunt.

PRIMI TOMI titulus ita se habet:

Anecdota, quæ ex Ambrosianæ bibliothecæ codicibus nunc primum eruit, notis ac disquisitionibus auget Ludovicus Antonius Muratorius, in eadem bibliotheca Ambrosiani collegii Doctor. Tomus prior quatuor S. PAULINI *Episcopi Nolani poëmata complectens. Mediolani, typis Josephi Pandulfi Malatestæ, 1697.*

Patet autem ex hac inscriptione primum tomum nihil aliud quam 4. Paulini Nolani Episcopi poëmata complecti, nempe natalem Felicis Martyris undecimum, duodecimum, decimum tertium, & poëma, quod ultimum vocatur. Hæc quatuor Paulini carmina Muratorius notis suis illustravit, & dissertationes 22. adjecit. Ad calcem adjecta est appendix de variis rebus Mediolanensibus, ubi in-

inter alia habetur Oratio a *Benedicto* Mediolanensi Episcopo habita pro ecclesiæ suæ jure in Ticinensem Metropolitico, quæ oratio capite V. appendicis habetur, etsi Muratorius paulo post capite VII. asserat, Autorem hujus orationis non fuisse Benedictum, sed *Landulfum*, aut quemquam alium. Eundem Landulfum esse Autorem codicis, qui chronicon Dacii Mediolanensis Episcopi inscribitur, cap. VI. hujus appendicis statuit.

II. SECUNDUM horum anecdotorum TOMUM 1698. editum ad manus non habeo. Video autem ex actis eruditorum A. 1699. p. 305. quod illo contineantur *Bachiarii* fides; seu apologia de peregrinatione sua; *Johannis de Cermenate* Notarii Mediolanensis historia de situ, origine, & cultoribus Ambrosianæ urbis, ac de Mediolanensium gestis sub imperio Henrici VII. ab A. 1307. ad 1313. *Anathematismi contra Manichæos*; *Æneæ Sylvii* oratio pro autoritate Romani Pontificis, Viennæ A. 1452. habita; vetus *formula manumissionis*, ex seculo nono; *Index sanctorum Martyrum*, quorum corpora Gregorii M. tempore Romæ quieverunt; *Duo chronica Regum Italiæ*, alterum A. 1013. alterum vero A. 1028. exaratum; *Fortunati* expositio fidei catholicæ, seu in Symbolum Athanasii brevis

commentatio; *Duæ orationes nuptiales*, altera a *Guiniforto Barzizio* in ſponſalibus Philippi Borromæi circiter A. 1430. & altera in nuptiis Johannis Auguſtini Vice-Comitis & Ortonis Mandelli circa eundem annum recitata; Superpondii loco adduntur Muratorii duæ diſſertationes, una *de jejuniis quatuor temporum*, altera de *corona ferrea*, qua Romanorum Imperatores in Inſubribus coronari ſueverunt.

CAP. XII.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM MOGUNTINIS.

I. Scriptores veteres, qui de ſacris officiis ſcripſerunt, collegit Cochlæus ſub hoc titulo editos:

Speculum antiquæ devotionis circa Miſſam, & omnem alium cultum Dei, ex antiquis & antea nunquam evulgatis per Typographos Autoribus, à Joanne Cochlæo laborioſe collectum. Ex vetuſtis Bibliothecis eccleſiarum ac monaſteriorum Moguntiæ, Miſnæ, Wormatiæ &c. Apud S. Victorem extra muros Moguntiæ, ex officina Franciſci Behem M. D. XLIX.

Sunt

Sunt autem hujus Speculi Autores novem:

I. *Amalarius*, Archiepiſcopus Trevirenſis, de officio Miſſæ.

II. *Walafridus Strabo*, Abbas S. Galli in Helvetiis de exordiis & incrementis rerum eccleſiaſticarum.

III. *Baſilius Magnus* de Miſſa Græcorum.

IV. *Expoſitio Miſſæ* brevis ex vetuſtis codicibus.

V. *Petri Damiani* liber, qui dicitur: Dominus vobiſcum.

VI. *Gemmæ Animæ*, ſeu liber de antiquo ritu Miſſarum.

VII. *Micrologus* de Miſſa rite celebranda.

VIII. Nucleus de ſacrificio Miſſæ.

IX. Liber de vita S. Bonifacii Martyris, cum catalogo omnium Epiſcoporum ſedis Moguntinæ.

Placet hoc loco breviter annotare, quæ Vir doctiſſimus Jacobus Thomaſius in meo exemplari de Amalario, de Micrologo, & Gemma animæ aſcripſit. Monet igitur de *Amalario*, quod liber de officiis divinis Amalario Trevirenſi Epiſcopo ſupponatur, cum non ſit verus hujus libri parens, ſed alius Amalarius Diaconus, & Epiſcopo ætate ſuppar, qui juſſu Ludovici Imperat. opus hoc contexuit, ut Sirmondus in notis ad Ennodii

Digitized by Google

opuſculum de cerei benedictione, & Raynaudus in erotem. de bonis & malis libr. p. 122. & 123. docuerunt. Conferri tamen poterunt, quæ jam ſupra cap. 3. de biblioth. Patr. Pariſ. p. 212. de hoc Amalario ex Dacherii Spicilegio notavimus. De *Gemma animæ*, quæ Honorium Auguſtodunenſem autorem habet, notat, quod Cochlæus primum tantum ejus librum in hoc volumine ediderit, imo tantum libri primi aliquot capita ad breviorem numerum contracta. De *Micrologo* obſervat, quod ex Caſſandri judicio hæc Micrologi editio a Cochlæo curata tam mendoſa ſit, & nonnunquam etiam mutila, ut merito non editus dici poſſit. Mutilavit etiam Cochlæus libros de vita Bonifacii, cum ipſe fateatur ſe libros iſtos integros non vulgaſſe, cum Typographo ad mercatum Francofurtenſem parum temporis ſuperfuerit.

II. Simul cum operibus Gregorii Thaumaturgi ejusque vita Gerardus Voſſius Præpoſitus Tungrenſis Patrum Græcorum & Latinorum miſcellanea vulgavit. Quæ collectio Patrum ſequenti titulo condecoratur:

S. Gregorii Epiſcopi Neocaſarienſis, cognomento Thaumaturgi, opera omnia, quotquot in ſignioribus, præcipue Romanis Bibliothe-

thecis reperiri potuerunt, una cum ejusdem Autoris vita græce & latine. Interprete & Scholiaſte Reverendo Doct. Gerardo Voſſio, Borchlonio Germ. Præp. Tungrenſi. Adjecta ſunt miſcellanea ſanctorum aliquot Patrum Græcorum & Latinorum. Omnia nunc primum in lucem edita eodem D. Doct. Gerardo Voſſio auctore & collectore. Permiſſu Superiorum. Moguntiæ, apud Balthaſarum Lippium, ſumptibus Antonii Hierat. Anno M. DC. IV.

Titulo placet addere catalogum eorum, quæ hoc volumine continentur. Præmittitur ergo epiſtola dedicatoria ad S. Virginem, & Gregorium Thaumaturgum, qua ſuperſtitionem ſuam editor prodit. Sequitur præfatio ad lectorem, in qua Voſſius omnia ſcripta a ſe edita & edenda ordine recenſet. Has præfationes excipiunt S. Patrum de Gregorio Thaumaturgo teſtimonia ejusque elogia. Tum ipſa *Gregorii* hujus opera ſequuntur, paſſim interjectis notis, ſcholiis, & diſſertationibus illuſtrata, nempe expoſitio fidei per revelationem accepta, alia fidei expoſitio, quæ ἡ κατὰ μέρος πίστις appellata eſt, duodecim fidei capita cum anathematismis, ſermones tres in annunciationem Mariæ, ſermo

mo

mo in ſancta Theophania, epiſtola canonica, diſputatio de anima ad Tatianum, Metaphraſis in Eccleſiaſten Salomonis, panegyrica oratio in Origenem. Claudit primam hujus voluminis partem vita Gregorii Thaumaturgi per *Gregorium Nyſſenum* ſcripta, cum notis Voſſii.

Altera voluminis hujus pars miſcellanea Patrum complectitur, hoc titulo ornata:

Miſcellanea ſanctorum aliquot Patrum Gracorum & Latinorum antehac non edita: Quæ hic S. Patris noſtri Gregorii Thaumaturgi operibus adjicere viſum fuit, ut adjuſti voluminis magnitudinem Tomus excreſcat. Auctore Doct. Gerardo Voſſio Præpoſito Tungrenſi. Moguntiæ, apud Balthaſarum Lippium, ſumtibus Antonii Hierat, Anno M. *DC. IV.*

Sunt autem illa miſcellanea 1. *Chryſoſtomi* ſermones novem de aſcenſione Domini, latine. 2. *Hippolyti* Martyris homilia de Deo Trino & uno, & de myſterio incarnationis, contra hæreſin Noëti, itidem latine. 3. *Baſilii M.* epiſtola ad Cæſariam, ſeu, ut alia lectio habet, ad Cæſarium Patricium, græce cum verſione editoris. 4. *Ejusdem* encomium

nium in 40. Martyres, græce cum interpretatione editoris. 5. *Acta passionis horum 40. Martyrum* ex pervetusto MS. Passionario bibliothecæ Vaticanæ, & aliis vetustis codicibus, latine. 6. *B. Samonæ* Archiepiscopi Gazæ disceptatio cum Achmed Saraceno super veritate corporis & sanguinis Christi in sacramento Eucharistiæ, latine. 7. *Nicolai Methonensis* assertio de veritate corporis & sanguinis Christi in sacramento Eucharistiæ, latine. 8. Sermo S. *Antonii* Abbatis de vanitate mundi & resurrectione mortuorum, latine. 9. Monita *S. Pachomii* Abbatis, latine. 10. *Interrogatio* cujusdam fratris ad Abbatem Pastorem. 11. *Relatio de muliere*, quæ peccata sua in charta conscripserat, & pro venia suorum peccatorum ad S. Basilium M. & ad S. Ephræm Syrum recurrebat. 12. *Passio Thomæ* Cantuariensis Archiepiscopi. 13. *Leonis M.* epistola dogmatica ad Flavianum CPlitanum Episcopum contra Eutychetis perfidiam & hæresin, græce & latine. 14. *Ejusdem* epistola ad Leonem Imperatorem Augustum, græce & latine. 15. Testimonia excerpta ex scriptis Patrum *a Leone Papa* ejus nominis primo collecta, Leonique Imperatori directa, quod Dominus noster Jesus Christus verus sit Deus, & verus homo. 16.

Pe-

demque epiſtolam ad Euſtathium de cuſtodia virginitatis, & *Auguſtini* librum de virginitate, quæ opuſcula Paulus Aldi F. Manutius Romæ 1562. additis ad calcem nonnullis emendationibus, uno volumine conjunxit.

VI. Prodierunt etiam Romæ nonnullæ Patrum Catenæ. Eſt enim mihi ad manus:

Catena Græcorum Patrum in Evangelium ſecundum Marcum, Collectore atque Interprete Petro Poſſino Soc. Jeſu Presbytero, qui & adjecit, titulo Spicilegii, Commentarium ad loca ſelecta quatuor Evangeliorum. Acceſſere collationes Græci contextus omnium librorum Novi Teſtamenti cum XXII. Codd. antiquis MSS. ex bibliotheca Barberina. Romæ, typis Barberinis, M. DC. LXXIII. excudebat Michaël Hercules.

Patres, e quorum ſymbolis hæc catena coaluit, ſunt: *Ambroſius*, *Anonymus Toloſanus*, *Anonymus Vaticanus*, *Apollinaris*, *Athanaſius*, *Auguſtinus*, *Cyrillus*, *Epiphanius*, *Euſebius*, *Irenæus*, *Nazianzenus*, *Origenes*, *Photius*, *Severus*, *Theodorus Heracleota*, *Theodorus Mopſueſtenus*, *Victor Antiochenus*. Præmiſſum eſt huic catenæ *Procopii* Diaconi & Chartophylacis encomium in Evangeliſtam Marcum. Poſt Spicilegium Poſſini, ſeu commen-

mentarium in loca ſelecta quatuor Evangeliorum, ſequitur *Nicolai Smyrnæi* tractatus *περὶ δακτυλικῆς μέτρης* ſeu ſupputatione per geſtus digitorum, collatus cum Bedæ tractatu de loquela per digitos, cum tabula figurarum numeralium manus utriusque, & notis ad libellum de indigitatione. Qualis autem ſit Lippomanni in Pſalmos catena, quam Romæ A. 1585. impreſſam catalogus bibliothecæ Barberinæ indicat, & num ex Patribus, an ex Scriptoribus recentioribus contexta ſit, cum ignaris ſcio, cum illa Catena oculis meis hactenus nondum objecta fuerit.

CAP. X.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM VENETIS.

I. Venetiis variæ Patrum catenæ prodierunt, e quibus primo loco commemorare placet, quam Daniel Barbarus latine a ſe verſam publicavit. Titulus eſt:

Aurea in quinquaginta Davidicos Pſalmos Doctorum Græcorum Catena. Interprete Daniele Barbaro, electo Patriarcha Aquileien-

Digitized by Google

leienſi. Cum Privilegio. Venetiis, apud Georgium de Caballis, M D LXIX.

Promiſit Barbarus etiam catenam in reliquos Pſalmos, ſed, quantum ſcio, promiſſa non ſervavit. Index Patrum, quibus autor hujus catenæ uſus eſt, non præmittitur. Video autem contextam eſſe hanc catenam ex *Baſilio, Euſebio, Theodoreto, Aſterio, Heſychio, Origene, Didymo, Chryſoſtomo, Athanaſio, Nicephoro, Damaſceno, Cyrillo, Diodoro, Juſtino, Nazianzeno, Theodoro Antiocheno, Apollinario, Severo* & aliis. Video etiam ſententias quasdam ex *Aquilæ* & *Hypatio* depromi. Sed quis ille Hypatius ſit, non magis ſcio, quam quis ille *Hireneus* Antiochenus, quem a Lippeloi catalogo memorari ſupra vidimus. Quæ autem Aquilæ tribuuntur ſententiæ, non dubito, quin ſint alterius cujusdam Scriptoris, cum Aquila non commentarios in Pſalterium ſcripſerit, ſed tantum græcam Pſalterii & univerſi V. T. verſionem dederit, & manifeſtum ſit, crebras in Patrum catenis confuſiones & hallucinationes deprehendi.

II. Comitoli Catenam in Jobum Coloniæ primum editam fuiſſe ſupra in capite de Coonienſibus Patrum bibliothecis commemora-

ravimus. Nunc Venetam editionem breviter recenſere placet. Titulus eſt:

Catena in beatiſſimum Job abſolutiſſima, e quatuor & viginti Græciæ Doctorum explanationibus contexta, a Paulo Comitolo, Perusino, Societatis Jeſu, e Græco in Latinum converſa, atque ab eodem nunc iterum edita, nec non multarum magnarumque rerum, quas tertia pagina indicabit, acceſſionibus locupletata. Adjecto indice rerum & verborum uberrimo. Cum Privilegiis. Venetiis, apud Jolitos, M. D. LXXXVII, in quarto.

Magnarum rerum, quas titulus promittit, ſeriem pagina 3. his verbis memorat:

I. De hujus Catenæ Autore pleniſſima diſputatio.

II. Doctorum, e quorum explanationibus variæ Catenæ conſtant, indices, ſeu Catalogi multiformes.

III. Decem capita prolegomenon in Job.

IV. POLYCHRONII *Epiſcopi Apameæ, atque* OLYMPIODORI *Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconi hypotheſes in librum Job: Ejusdemque Olympiodori protheoriæ nonnullæ de aliis græcis expreſſæ codicibus.*

V. Lectiones variæ ad ſacræ hiſtoriæ verba ſpectantes quamplurimæ, quas arithmeticis notis indicavimus.

Digitized by Google

VI. Multiplicis eruditionis obſervationes non paucæ, quæ exilibus literarum notis oſtenduntur.

VII. Nonnullarum ſententiarum, quæ ab hujus commentarii Doctoribus uſurpatæ ſunt, & quæ lectorum intelligentiam atque animum aut offendere aut demorari poſſent, tutæ explicationes.

VIII. Complura tum e Vaticanis tum ex aliis deprompta catenis, & in hanc collata, quæ ſingulorum capp. additionibus continentur: Additiones vero ipſas literarum notis grandioribus latinis ſignificavimus.

IX. Pleræque ſententiæ græcæ e Patrum commentariis in marginem paginarum translatæ.

X. Poſtremo divinorum voluminum teſtimonia earundem paginarum adſcripta marginibus.

Deſumta eſt hæc Catena ex codice Antonii Caraffæ Cardinalis. Patres autem, ex quibus hæc catena concinnata eſt, ſunt ſequentes:

Dionyſius Areopagita, Clemens, Origenes, Didymus, Evagrius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Athanaſius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Methodius, Apollinarius, Theophilus Alexandrinus, Iſidorus, Euſebius Cæſarienſis, Polychronius, Ephræm, Nilus, Alexander, Julius, Julianus, Severus, Severianus

nus & *Olympiodorus* Diaconus, quem hujus Catenæ autorem esse Comitolus sibi certo persuadet.

III. Excusa etiam est Venetiis Catena in Acta & epistolas Catholicas, quæ hoc titulo prænotatur:

Catena explanationum veterum sanctorum Patrum in Acta Apostolorum & epistolas catholicas, Joanne Bernardo Feliciano interprete. Cum summi Pontificis, & Senatus Veneti privilegio in annos X. Venetiis, M. D. XLV.

Autores ex quorum collatis symbolis & sententiis catena hæc contexta est, sunt: *Cyrillus, Theodoretus, Photius, Basilius, Severianus, Gregorius Nyssenus, Athanasius, Methodius, Clemens, Epiphanius, Gregorius Nazianzenus, Irenæus, Gennadius, Joannes Chrysostomus, Eusebius, Dionysius, Isidorus, Acacius, Oecumenius, & Andreas* Cæsareæ Archiepiscopus.

Præmittitur epistola ad Alexandrum Farnesium, in qua, quam necessaria sit homini christiano veterum ecclesiæ Doctorum lectio, exponitur.

Digitized by Google

inter alia habetur Oratio a *Benedicto* Mediolanenſi Epiſcopo habita pro eccleſiæ ſuæ jure in Ticinenſem Metropolitico, quæ oratio capite V. appendicis habetur, etſi Muratorius paulo poſt capite VII. aſſerat, Autorem hujus orationis non fuiſſe Benedictum, ſed *Landulfum*, aut quemquam alium. Eundem Landulfum eſſe Autorem codicis, qui chronicon Dacii Mediolanenſis Epiſcopi inſcribitur, cap. VI. hujus appendicis ſtatuit.

II. SECUNDUM horum anecdotorum TOMUM 1698. editum ad manus non habeo. Video autem ex actis eruditorum A. 1699. p. 305. quod illo contineantur *Bachiarii* fides; ſeu apologia de peregrinatione ſua; *Johannis de Cermenate* Notarii Mediolanenſis hiſtoria de ſitu, origine, & cultoribus Ambroſianæ urbis, ac de Mediolanenſium geſtis ſub imperio Henrici VII. ab A. 1307. ad 1313. *Anathematismi contra Manichæos*; *Æneæ Sylvii* oratio pro autoritate Romani Pontificis, Viennæ A. 1452. habita; vetus *formula manumiſſionis*, ex ſeculo nono; *Index ſanctorum Martyrum*, quorum corpora Gregorii M. tempore Romæ quieverunt; *Duo chronica Regum Italiæ*, alterum A. 1013. alterum vero A. 1028. exaratum; *Fortunati* expoſitio fidei catholicæ, ſeu in Symbolum Athanaſii brevis

Digitized by Google

commentatio; *Duæ orationes nuptiales*, altera a *Guiniforto Barzizio* in ſponſalibus Philippi Borromæi circiter A. 1430. & altera in nuptiis Johannis Auguſtini Vice-Comitis & Ottonis Mandelli circa eundem annum recitata; Superpondii loco adduntur Muratorii duæ diſſertationes, una *de jejuniis quatuor temporum*, altera de *corona ferrea*, qua Romanorum Imperatores in Inſubribus coronari ſueverunt.

CAP. XII.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM MOGUNTINIS.

I. Scriptores veteres, qui de ſacris officiis ſcripſerunt, collegit Cochlæus ſub hoc titulo editos:

Speculum antiquæ devotionis circa Miſſam, & omnem alium cultum Dei, ex antiquis & antea nunquam evulgatis per Typographos Autoribus, à Joanne Cochlæo laborioſe collectum. Ex vetuſtis Bibliothecis eccleſiarum ac monaſteriorum Moguntiæ, Miſnæ, Wormatiæ &c. Apud S. Victorem extra muros Moguntiæ, ex officina Franciſci Behem M. D. XLIX.

Sunt

Sunt autem hujus Speculi Autores novem:

I. *Amalarius*, Archiepiſcopus Trevirenſis, de officio Miſſæ.

II. *Walafridus Strabo*, Abbas S. Galli in Helvetiis de exordiis & incrementis rerum eccleſiaſticarum.

III. *Baſilius Magnus* de Miſſa Græcorum.

IV. *Expoſitio Miſſæ* brevis ex vetuſtis codicibus.

V. *Petri Damiani* liber, qui dicitur: Dominus vobiſcum.

VI. *Gemmæ Animæ*, ſeu liber de antiquo ritu Miſſarum.

VII. *Micrologus* de Miſſa rite celebranda.

VIII. Nucleus de ſacrificio Miſſæ.

IX. Liber de vita S. Bonifacii Martyris, cum catalogo omnium Epiſcoporum ſedis Moguntinæ.

Placet hoc loco breviter annotare, quæ Vir doctiſſimus Jacobus Thomaſius in meo exemplari de Amalario, de Micrologo, & Gemma animæ aſcripſit. Monet igitur de *Amalario*, quod liber de officiis divinis Amalario Trevirenſi Epiſcopo ſupponatur, cum non ſit verus hujus libri parens, ſed alius Amalarius Diaconus, & Epiſcopo ætate ſuppar, qui juſſu Ludovici Imperat. opus hoc contexuit, ut Sirmondus in notis ad Ennodii

Digitized by Google

opuſculum de cerei benedictione, & Raynaudus in erotem. de bonis & malis libr. p. 122. & 123. docuerunt. Conferri tamen poterunt, quæ jam ſupra cap. 3. de biblioth. Patr. Pariſ. p. 212. de hoc Amalario ex Dacherii Spicilegio notavimus. De *Gemma animæ*, quæ Honorium Auguſtodunenſem autorem habet, notat, quod Cochlæus primum tantum ejus librum in hoc volumine ediderit, imo tantum libri primi aliquot capita ad breviorem numerum contracta. De *Micrologo* obſervat, quod ex Caſſandri judicio hæc Micrologi editio a Cochlæo curata tam mendoſa ſit, & nonnunquam etiam mutila, ut merito non editus dici poſſit. Mutilavit etiam Cochlæus libros de vita Bonifacii, cum ipſe fateatur ſe libros iſtos integros non vulgaſſe, cum Typographo ad mercatum Francofurtenſem parum temporis ſuperfuerit.

II. Simul cum operibus Gregorii Thaumaturgi ejusque vita Gerardus Voſſius Præpoſitus Tungrenſis Patrum Græcorum & Latinorum miſcellanea vulgavit. Quæ collectio Patrum ſequenti titulo condecoratur:

S. Gregorii Epiſcopi Neocæſarienſis, cognomento Thaumaturgi, opera omnia, quotquot in inſignioribus, præcipue Romanis Biblio-

the-

Digitized by Goo

thecis reperiri potuerunt, una cum ejusdem Autoris vita græce & latine. Interprete & Scholiaſte Reverendo Doct. Gerardo Voſſio, Borchlonio Germ. Præp. Tungrenſi. Adjecta ſunt miſcellanea ſanctorum aliquot Patrum Græcorum & Latinorum. Omnia nunc primum in lucem edita eodem D. Doct. Gerardo Voſſio auctore & collectore. Permiſſu Superiorum. Moguntiæ, apud Balthaſarum Lippium, ſumptibus Antonii Hierat. Anno M. DC. IV.

Titulo placet addere catalogum eorum, quæ hoc volumine continentur. Præmittitur ergo epiſtola dedicatoria ad S. Virginem, & Gregorium Thaumaturgum, qua ſuperſtitionem ſuam editor prodit. Sequitur præfatio ad lectorem, in qua Voſſius omnia ſcripta a ſe edita & edenda ordine recenſet. Has præfationes excipiunt S. Patrum de Gregorio Thaumaturgo teſtimonia ejusque elogia. Tum ipſa *Gregorii* hujus opera ſequuntur, paſſim interjectis notis, ſcholiis, & diſſertationibus illuſtrata, nempe expoſitio fidei per revelationem accepta, alia fidei expoſitio, quæ ἡ κατὰ μέρος πίστις appellata eſt, duodecim fidei capita cum anathematismis, ſermones tres in annunciationem Mariæ, ſermo

Digitized by Google

mo in ſancta Theophania, epiſtola canonica, diſputatio de anima ad Tatianum, Metaphraſis in Eccleſiaſten Salomonis, panegyrica oratio in Origenem. Claudit primam hujus voluminis partem vita Gregorii Thaumaturgi per *Gregorium Nyſſenum* ſcripta, cum notis Voſſii.

Altera voluminis hujus pars miſcellanea Patrum complectitur, hoc titulo ornata:

Miſcellanea ſanctorum aliquot Patrum Græcorum & Latinorum antehac non edita: Quæ hic S. Patris noſtri Gregorii Thaumaturgi operibus adjicere viſum fuit, ut adjuſti voluminis magnitudinem Tomus excreſcat. Auctore Doct. Gerardo Voſſio Præpoſito Tungrenſi. Moguntiæ, apud Balthaſarum Lippium, ſumtibus Antonii Hierat, Anno M. *DC. IV.*

Sunt autem illa miſcellanea 1. *Chryſoſtomi* ſermones novem de aſcenſione Domini, latine. 2. *Hippolyti* Martyris homilia de Deo Trino & uno, & de myſterio incarnationis, contra hæreſin Noëti, itidem latine. 3. *Baſilii M.* epiſtola ad Cæſariam, ſeu, ut alia lectio habet, ad Cæſarium Patricium, græce cum verſione editoris. 4. *Ejusdem* encomium

nium in 40. Martyres, græce cum interpretatione editoris. 5. *Acta passionis horum 40. Martyrum* ex pervetusto MS. Passionario bibliothecæ Vaticanæ, & aliis vetustis codicibus, latine. 6. *B. Samonæ* Archiepiscopi Gazæ disceptatio cum Achmed Saraceno super veritate corporis & sanguinis Christi in sacramento Eucharistiæ, latine. 7. *Nicolai Methonensis* assertio de veritate corporis & sanguinis Christi in sacramento Eucharistiæ, latine. 8. Sermo S. *Antonii* Abbatis de vanitate mundi & resurrectione mortuorum, latine. 9. Monita *S. Pachomii* Abbatis, latine. 10. *Interrogatio* cujusdam fratris ad Abbatem Pastorem. 11. *Relatio de muliere*, quæ peccata sua in charta conscripserat, & pro venia suorum peccatorum ad S. Basilium M. & ad S. Ephræm Syrum recurrebat. 12. *Passio Thomæ* Cantuariensis Archiepiscopi. 13. *Leonis M.* epistola dogmatica ad Flavianum CPlitanum Episcopum contra Eutychetis perfidiam & hæresin, græce & latine. 14. *Ejusdem* epistola ad Leonem Imperatorem Augustum, græce & latine. 15. Testimonia excerpta ex scriptis Patrum *a Leone Papa* ejus nominis primo collecta, Leonique Imperatori directa, quod Dominus noster Jesus Christus verus sit Deus, & verus homo. 16. *Pe-*

Digitized by Google

Petri Ravennatis, seu *Chrysologi* epistola contra Eutychen, græce & latine. 17. *Leonis Papæ* tractatus adversus errores Eutychetis, & aliorum hæreticorum nunc primum editus. 18. *Ejusdem* edictum, seu epistola ad universos Episcopos per Siciliam constitutos de bonis ecclesiæ non alienandis ante hac non edita. 19. *Ejusdem* epistola ad Julianum Episcopum Coensem de autoritate consilii Nicæni ante hac inedita. 20. Incerti Autoris *sermo de S. Martyribus*, a nonnullis Leoni, ab aliis Augustino attributus, qui nunc ex Cardinalis Sirleti codice integer editur. 21. Alius incerti Autoris sermo, qui inter opera Chrysostomi legitur de Absolone Patrem suum persequente. 22. *S. Patritii* Apostoli Hiberniæ epistola. 23. *Cantuariensium Archiepiscoporum Catalogus* ab Augustino I. usque ad Reginaldum Polum, per Marianum Victorium collectus.

III. In eadem urbe cum Hincmari epistolis alia quædam monumenta ad Hincmari ævum spectantia lucem aspexerunt. Titulus est:

Hincmari Rhemensis Archiepiscopi ante annos L. supra DCC. in Galliis celeberrimi epistola, ex MS. membranaceo codice bibliothecæ nob.

Digitized by Google

nob. & cathedralis Ecclesiæ Spirensis descripta, & nunc primum excusa. Cum conjecturis notisque brevibus Johannis Busæi Noviomagi Societ. Jesu.

Accessere hæc Coætaneorum scripta:

THEODULPHI *Aurelianensis Episcopi epistola ad Parochos.*

Constitutiones CAROLI MAGNI *a Lothario Nepote collecta, cum notis Viti Amerpachii.*

Vita S. Wigberchti Fritzlar. Confessoris, autore LUPO.

Vita S. Roberti Confessoris Bingionum Ducis, autore S. HILDEGARDE.

Moguntiæ typis Joannis Albini, Anno cIↃ DCII.

Primum ergo locum tenent novem *Hincmari Remensis* epistolæ, cum notis Busæi. Has sequitur *Theodulfi* Aurelianensis Episcopi epistola ad Aurelianensis parochiæ Sacerdotes, quam ex bibliotheca Vaticana depromptam Baronius nono suorum annalium tomo jam inseruerat; *Caroli M.* constitutiones præcipuæ tam ecclesiasticæ quam politicæ, a Lothario ejus nepote in epitomen redactæ, cum notis Viti Amerpachii, qui istas constitutiones Ingolstadii pridem vulgaverat; Vita Wigberti vel Wigberchti Confessoris, Fritz-

Fritzlarienſis quondam cœnobii in Haſſia Abbatis, S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini & Martyris coætanei & ſocii, nunquam hactenus excuſa. Autore *Lupo Servato* Hincmari ſynchrono, ex MS. cod. bibliothecæ Moguntinæ Societatis Jeſu; Et vita B. Roberti Confeſſoris e Lotharingiæ principibus oriundi, & quondam Bingionum Ducis, autore *B. Hildegarde* in cœnobio montis, qui dicitur S. Roberti, extra Bingam Abbatiſſa, ex MSCto codice Bibliothecæ Moguntinæ Societatis Jeſu exſcripta, & nunc primum typis expreſſa.

IV. Idem Buſæus A. C. 1605. Moguntiæ edidit:

Paralipomena opuſculorum Petri Bleſenſis, & Johannis Tritbemii, aliorumque in Typographeo Moguntino editorum.

Continentur hoc volumine *Petri Bleſenſis* Londinenſis Archidiaconi liber contra perfidiam Judæorum, liber de amicitia chriſtiana, & tractatus de caritate Dei & proximi in duos libros diviſus; *Johannis Tritbemii* antipali Maleficiorum libri 4; libri 8. quæſtionum, quas ipſi Maximilianus I. Imper. diſſolvendas propoſuit; libri 2. de laudibus fratrum ordinis Carmelitici; liber de laudibus An-

Annæ matris Virginis Deiparæ; de Ejusdē Annæ laudibus Trithemii & aliorum Autorum carmina; Cursus de S. Anna matre beatissimæ Virginis Mariæ a Johanne Trithemio editus, & a Raymundo Cardinale sedis Apostolicæ Legato confirmatus, cum nonnullis Trithemii orationibus; & catalogus græcorum codicum Bibliothecæ Trithemianæ. Accessere *Hincmari Remensis* epistolæ duæ, quarum posterior mutila est, item Variorum sermones de laudibus Wigberti Abbatis Frizlariensis.

CAP. XIII.

DE BIBLIOTHECA PATRUM BONO FONTE EDITA.

I.

INter varias Cistercienſis Ordinis Abbatias duæ ſunt, quæ Boni Fontis nomine ſignantur, quarum una in Campania ſita eſt ad Remenſem diœceſin pertinens, altera in Vaſconia ad Convenenſem diœceſin ſpectans. Prior ab Angelo Manriq; in annalibus Ciſtercienſibus tom. 2. p. 266. Bonus Fons de Tareſca cognominatur, & juxta eundem Manrique A.C. 1154. fundata eſt, etſi Viſchius in bibliotheca Scriptorum Ciſtercienſium p. 365.

Digitized by Google

ad A. 1137. ejus fundationem referat. Et huic priori dubio procul bibliotheca illa Patrum natales ſuos debet, quæ nunc recenſenda venit.

II. Collector illius eſt Bertrandus Tiſſier, Doctor Theologus, & Boni Fontis in Theraſcia Ciſtercienſis Ordinis Prior, qui, etſi non dubitat, veteres Ciſtercienſis Ordinis Scriptores in magna Patrum bibliotheca locū habituros fuiſſe, ſi magnæ illius bibliothecæ collectoribus præ manibus fuiſſent, cum multos tempore, eruditione, & doctrinæ utilitate ipſis inferiores non neglexerint, imo etiam nonnullis Ciſtercienſiū ſcriptis, etſi minoris momenti, quæ reperire potuerunt, locum haud negaverint, quandoquidem tamen pleraq; & præcipua Patrum Ciſtercienſium opera in magna Patrum bibliotheca omiſſa deprehendit, ſeorſim bibliothecam Patrum ordinis ſui colligere & edere voluit.

III. Diſtincta autem eſt hæc bibliotheca octo tomis. Et PRIMUS quidem TOMUS hac epigraphe prænotatur:

BIBLIOTHECA PATRUM CISTERCIENSIUM, *id eſt, Opera Abbatum & Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, qui ſeculo S. Bernardi, aut paulo poſt ejus obi-*

Digitized by Google

obitum floruerunt, in unum corpus aliquot tomis distinctum collecta. TOMUS PRIMUS complectens Exordium Cœnobii Cisterciensis, cum charta charitatis; Exordium magnum ejusdem Ordinis; Et libros miraculorum S. Bernardi, miraculo olim approbatos. Labore & studio F. Bertrandi Tissier Doctoris Theologi Bonifontis in Therascia, ejusdem Ordinis Prioris. Cum ejusdem Annotationibus in fine, quibus difficultates occurrentes in toto opere exponuntur, & quæ fabulosa videntur, confutantur, quæ autem non improbanda sunt, vindicantur. Bonofonte, typis ejusdem Cœnobii, per A. Renesson, Anno Domini 1660. Venit Parisiis in Collegio S. Bernardi, & in vico S. Jacobi apud Edmundum Couterot, sub signo Boni Pastoris.

Ex his tomi primi tractatibus primus de exordio cœnobii Cisterciensis tribuitur *Stephano* Abbati, monasterii illius fundatori; secundus, qui inscribitur magnum exordium Ordinis Cisterciensis, *Conrado* Abbati Everbacensis cœnobii; tertius autem de libro miraculorum Bernardi *Philippo de Clara-Valle*, cui libro præmittitur *Herberti* Abbatis cœnobii de Moris narratio de hoc libro per insigne miraculum servato.

Digitized by Google

SECUNDO TOMO, qui Anno Domini 1662. prodiit, continentur *Cæsarii* Monachi Vallis S. Petri, *Heisterbacensis* vulgo dicti, dialogi de miraculis, duodecim distinctionibus constantes. Statim autem in ipso titulo notatur, diverso charactere exarata esse in hac editione, quæ ficta aut fabulosa videntur, & quorum falsitas aut exigua probabilitas, in notis a Tissierio fusius probantur. Longe autem plura diverso charactere imprimi debuissent, cum tantum non omnia, quæ in his dialogis recensentur, miracula suspecta videantur. Cæterum Tissierius notis suis ad Cæsarium etiam apologiam pro Cæsario præmittit.

TERTIO TOMO exhibentur liber *Henrici*, ex septimo Abbate Claravallensi Cardinalis Albanensis, de peregrinante civitate Dei; Ejusdemque Declamatio ad universos Christi fideles; Sermones *Garnerii* ex IX. Abbate Claravallensi Episcopi Lingonensis; Sermones *Nicolai Claravallensis*, S. Bernardi quondam Notarii; Epistolæ *Philippi* ex Priore Claravallensi Abbatis de Eleemosyna, & *B. Fastradi* Claræ-vallis post Cistercii Abbatis ad quemdam Abbatem unica; Epistolæ prædicti *Henrici* Cardinalis Albanensis Episcopi, & *Petri VIII.* Claræ-vallis Abba-

Abbatis, aliorumque Abbatum & Monachorum, quarum ultima eſt *Petri de Roya* Novitii Claravallenſis. Annotationes autem ad hunc tomum una tantum pagina abſolvuntur.

QUARTUS TOMUS complectitur opera *Guillelmi* quondam Abbatis S. Theodorici & poſtea Monachi Signiacenſis, quorum ipſe catalogum texuit; Diſputationem *Abbatis anonymi* adverſus Petrum Abaëlardum, qua etiam impoſturæ ejusdem Abaëlardi adverſus S. Bernardum confutantur; Diſputationem *Jacobi de Thermis*, Abbatis Caroli loci adverſus impugnatores exemptionum & privilegiorum Canonicis & Religioſis a ſummis Pontificibus conceſſorum. Sunt autem opera *Guillelmi*, quæ primum locum hujus tomi occupant, liber de vita ſolitaria, orationes meditativæ numero duodecim, liber de contemplando Deo, tractatus de natura & dignitate amoris, libellus de expoſitione Miſſæ, (quem tamen ab hoc Gulielmo ſcriptum eſſe Tiſſierius aſſeverare non audet,) libri duo de natura corporis & animæ ſub *Theophili* nomine ſcripti, ſpeculum fidei, ænigma fidei, diſputatio adverſus Petrum Abælardum, liber de ſacramento altaris, falſo a quibusdam Anſelmo adſcriptus, expoſitio in cantica canticorum, quam im-

perfectam reliquit, & expolitio in epiſtolam ad Romanos. *Anonymi* Diſputatio contra Petrum Abælardum tribus libris conſtat, & in principio libri primi mutila eſt. Subjicitur autem huic Anonymi diſputationi contra Petrum Abailardum, *Abælardi* reſponſio contra calumnias objectorum, quæ etiam in Abælardi operibus ſub nomine apologiæ ſeu confeſſionis legitur, & rectius palinodia Abælardi inſcribi poſſet, cum Abælardus in hoc ſcripto varios errores retractaverit. Scio quidem, quod Arnoldus in hiſtoria ſua hæretica craſſum vocet mendacium, ſi quis Abælardum errores ſuos retractaſſe dicat. At Petrus Venerabilis Cluniacenſis Abbas, & autor chronici Cluniacenſis Abælardum a ſuis erroribus reſipuiſſe aſſerere non verentur. Et quamvis Abælardus in hoc ſcripto orthodoxiam ſuam jactet, diſſimulare tamen non poteſt, quod fortaſſe aliqua per errorem ſcripſerit, quæ ſcribere non oportuit. Quin etiam Abailardus in hoc ſcripto nonnulla aſſerit, quæ ſunt contraria illis, quæ ante ſcripſerat, & adhuc in ſcriptis ejus inveniuntur. Quid vero hoc eſt aliud, quam priſtinos errores retractare? Addit Tiſſierius huic Abælardi reſponſioni ad calumnias objectorum, quam rectius retractationem calumnioſam

oſam errorum Petri Abælardi inſcribi judicat, *Gaufridi*, qui Diſcipulus Abælardi fuit, fragmentum ex ſermone ejus 8. de reſurrectione Domini, in quo perſtringit illum Abælardi errorem, quod Chriſtus in paſſionis ſuæ ſacramento nihil aliud nobis commendaverit, niſi virtutis exemplum, & incentivum amoris. Notat autem Tiſſierius, hunc Gaufridum nihil aliud contra Abælardum ſcripſiſſe, quam quæ in prædicto ſermone continentur. Fallitur ergo Mabillonius, qui in notis ad Bernhardum p. 636. ſcribit, quod Gaufridus pro Bernhardo peculiarem tractatum contra Petrum Abælardum ſcripſerit, & quod ille tractatus a Tiſſierio in bibliotheca Ciſtercienſi editus fuerit, quod quam alienum ſit a vero, bibliothecæ hujus Ciſtercienſis inſpectio evincit.

TOMO QUINTO continentur *Balduini* Fordæ in Anglia quondam Abbatis, poſtea Cantuariæ Archiepiſcopi, & *Aëlredi* Rievallis item in Anglia Abbatis opera. Et Balduini quidem opuſcula quantum attinet, primum locum occupant tractatus, ſeu ſermones 16. nempe de ſacramento euchariſtiæ, de corruptis Cleri & populi moribus, de dilectione Dei, de duplici reſurrectione, quæ per obedientiæ perſeverantiam obtinetur,

Digitized by Google

de requie, quam ſibi & nobis Chriſtus paravit, de vivo & efficaci Dei ſermone ad verba Apoſtoli Hebr. IV. de ſalutatione angelica, de vulnere caritatis, quod ſponſa ſponſo infligit, de benedictionibus evangelicis, de verbis Cantici : *pone me in ſignaculum &c.* de verbis Apoſtoli : *vetus veſter homo crucifixus eſt*, de verbis Apoſtoli : *caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris*, de verbis Cantici : *introduxit me in cellam vinariam &c.* de vita cœnobitica, de encomio perfectorum religioſorum. Hos ſermones excipit liber de commendatione fidei. *Ælredi* autem vel *Ailredi* opera, a Triſſierio edita, ſunt ſermones de tempore & Sanctis, ſermones de oneribus in cap. 13. & ſequentia Eſaiæ, ſpeculum caritatis in tres libros diviſum, ejusdem ſpeculi compendium, opus de ſpirituali amicitia, tractatus de Jeſu duodecenni, & fragmentum ex ejus opere de Regibus Angliæ.

TOMUS SEXTUS continet

D. Iſaaci Stellæ Abbatis opera.

D. Serlonis Saviniaci Abbatis opera.

D. Eliæ Dunenſis Abbatis ſermones duos.

Epiſtolam *D. Heriberti* Sardiniæ Archiepiſcopi.

Epiſtolam cujusdam *Andreæ* Monachi ad quemdam Dominum.

Arnul-

Digitized by Goo

Arnulphi Monachi de Boheriis ſpeculum Monachorum.

Sunt autem *Iſaaci* Abbatis de Stella opera, varii ſermones de tempore & Sanctis, epiſtola ad quendam familiarem ſuum de anima, item liber de anima, quem ſub Alcheri nomine edere voluit, & epiſtola ad Johannem Epiſcopum Pictavienſem de officio Miſſæ. *Serlonis* opera ſunt ſermones quidam ſacri, & ſententiæ ejus in quosdam Scripturæ locos. Reliquorum, qui hoc tomo continentur, opera in ipſo titulo ſunt expreſſa. Prodiit autem hic tomus A. C. 1664.

In titulo tomi ſeptimi & octavi, qui A.C. 1669. prodierunt, exemplaria proſtare dicuntur apud Ludovicum Billaine Pariſienſem Typographum ac Bibliopolam in Palatio Regio. Et SEPTIMO quidem TOMO exhibentur: Hiſtoria hæreſeos Albigenſium, & belli ſacri contra eos ſuſcepti a *Petro Vallium-Sarnaji* Monacho deſcripta, & *Helinandi* Frigidi - Montis Monachi chronicorum ultima & præcipua pars, quæ ſola ſupereſt, nec non ejusdem ſermones, & epiſtola ad Galterum Clericum de reparatione lapſi. Additur ad calcem viſio quædam in ſermone 2. de nativitate B. Virginis conſulto omiſſa, in qua Deipara Ciſtercienſem Ordinem graviter accuſat.

Digitized by Google

OCTAVUS denique isque ultimus TOMUS exhibet *Ottonis Frisingensis* chronicon ab origine mundi usque ad Friderici Ænobarbi Imperatoris tempora, & *Radevici* Frisingensis Canonici historiam de gestis ejusdem Imperatoris Friderici.

CAP. XIV.

DE BIBLIOTHECA PATRUM INSULANA.

I.

INsulæ ad Lacum Acronium ex officina Johannis Ludovici Brem Anno 1604. prodierunt PARÆNETICI VETERES cum notis MELCHIORIS HAIMINSFELDII GOLDASTI, ex bibliotheca & sumtibus Bartholomæi Schobingeri JC. Et in titulo hujus collectionis partis quidem primæ mentio injicitur, dubito tamen an præter hanc primam Paræneticorum veterum partem, in qua Scriptores octo producuntur, aliæ lucem publicam aspexerint. Sunt autem illi Scriptores octo qui sequuntur:

I. *S. Valeriani* Cimelienſis Episcopi de bono disciplinæ sermo.

II. *S. Columbani* Abbatis carmina.

III. S.

Digitized by Goog

III. S. Columbani Abbatis & *Dinamii* Grammatici epiſtolæ.

IV. Columbani Abbatis regula Monachorum, & *Baſilii* Epiſcopi admonitiones.

V. *Annæi Bœtici* liber de moribus.

VI. VII. VIII. *Tirolis* Regis Scotorum, *Winsbeckii* Equitis Germani, & *Winsbeckiæ* nobilis Fœminæ Germanæ paræneſes ad Filios annis abhinc CCCC. & quod excurrit, lingva Teutonica ſcriptæ.

Omnia iſta monumenta Goldaſtus notis ſuis illuſtravit, & appendicis loco adjecit Cunradi Rittershuſii reliquias conjecturarum in Panegyricos veteres, ad illuſtrem Virum Marcum Velſerum.

CAP. XV.

DE BIBLIOTHECA PATRUM DIVIONENSI.

I.

DIvionenſem Patrum bibliothecam Chiffletio debemus. Nam

Scriptorum Veterum de fide catholica opuſcula quinque, nempe *I. Alcuini* confeſſionem fidei ſuæ; II. Ex libris decem *S. Ful-*

Digitized by Google

S. Fulgentii contra Fabianum, fragmenta XXXIX. totum pene ipſum opus complexa; III. Ex libro *S. Fulgentii* de incarnatione Chriſti inſignia tredecim fragmenta; IV. *Rabani Mauri* librum adverſus Judæos; Et V. *Anonymi* de Beringerii, vel Berengarii hæreſiarchæ damnatione multiplici commentariolum, eo anno, quo Beringerius vivere deſiit, conſcriptum, Petrus Franciſcus Chiffletius, Societatis Jeſu Presbyter, e MSStis codicibus eruit, quibus & ſuam in S. Ferrandum redivivum Animadverſionem adjecit, Divione, apud Philibertum Chavance, Typographum & Bibliopolam in vico S. Joannis, ad inſigne Pueri Jeſu, MDCLVI.

De primo inter quinque illa opuſcula ſeu *Alcuini* confeſſione fidei jam ſupra p. 274. annotavimus, quod Dallæus in diſſertatione poſthuma 1673. Rothomagi typis impreſſa eam Alcuino abjudicaverit, & ab alio quodam recentiori poſt Anſelmi tempora compoſitam cenſuerit, Mabillonius autem in ſuis Analectis tractatus hujus antiquitatem vindicaverit, & Alcuini patrocinium contra Dallæum in ſe ſuſceperit. Quartum inter hæc opuſcula, nempe *Rabani Mauri* liber contra Judæos itidem a nonnullis Rabano abju-

Digitized by Go

abjudicatur. Cum enim P. A. hoc eſt Petrus Alixius Dallæi diſſertationem poſthumam de autore confeſſionis fidei ſub Alcuini nomine a Chiffletio editæ Rotomagi vulgaret, addidit ſimul judicium ſuum de autore libri contra Judæos ſub Rabani nomine ab eodem Chiffletio vulgati, exiſtimans librum illum contra Judæos non eſſe Rabani Mauri, ſed *Amulonis* Lugdunenſis Epiſcopi genuinum fœtum. Quantum animadverſionem Chiffletii in S. Ferrandum Redivivum attinet, quæ ad calcem quinque illorum opuſculorum adjicitur, hæc eſt ejus occaſio. Ediderat Chiffletius A. 1649. Divione Fulgentii Ferrandi Carthaginenſis opera junctis Fulgentii & Criſconii Africanorum Epiſcoporum opuſculis relativis. Doluit Johannem Ferrandum Jeſuitam, Fulgentium Ferrandum neque a Chiffletio ſanctum cognominari, neque plenum ejus nomen recitari. Edidit itaque A. C. 1650. Lugduni S. Ferrandum Redivivum, ſeu vitam S. Hectoris Fulgentii Ferrandi primum in Africa Diaconi Carthaginenſis, tum in Hiſpania Carthaginis Spartariæ Epiſcopi, denique Archiepiſcopi Toletani. Huic ergo Ferrando reſtituto animadverſionem ſuam Chiffletius oppoſuit, in qua Ferrandi epiſcoparum, & nomen Hectoris & alia

ex

ex fabulosis Scriptoribus tradita ad examen vocat. Sed Chiffletianam hanc animadversionem excepit alia animadversio, hoc titulo signata: *Animadversioni Chiffletianæ animadversio repensa cum fœnore ab Armando Valetta. Cui accedit Marii Wœnneloki Belgæ epistola ad Alexandrum Gambacurtam J. C. Parisiensem. Divione, apud Petrum Palliot Typographum Regis, Episcopi Lingonensis, Comitiorum Burgundiæ, & Urbis Bibliopolam & Chalcographum, sub signo Reginæ Pacis, ante aream Palatii, M. DC. LXII.* Non opus autem est, ut multum solliciti simus, quis sit ille Armandus Valetta? Nam ex bibliotheca Jesuitica cognoscere licebit Valettam hunc alium non esse, quam ipsum Jesuitam Johannem Ferrandum.

CAP. XVI.

DE BIBLIOTHECA PATRUM ROTOMAGENSI.

I.

DOmnus Edmundus Martene Presbyter & Monachus Benedictinus e congregatione S. Mauri exemplo fratrum ordinis sui Lucæ Dacherii, Johannis Mabillonii, & aliorum

rum provocatus ipſe quoque varias biblio-
thecas perluſtravit, & deliteſcentes in illis
veteres codices ab interitu vindicare ſtuduit.
Hinc nata:

Veterum Scriptorum & monumentorum Moralium, Hiſtoricorum, Dogmaticorum ad res eccleſiaſticas, monaſticas, & politicas illuſtrandas Collectio nova, quæ prædicti Domni Edmundi Martene opera & ſtudio in lucem prodiit Rotomagi, ſumtibus Guillelmi Behourt, Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Typographi, via S. Laudi, ſub Urbe Venetiarum, A. C. 1700.

Hactenus autem collectionis illius primus tantum tomus prodiit, in quo continentur:

S. Orientii Commonitorium.

Acta varia in cauſa Dolenſis epiſcopatus.

Concilia varia.

Statuta antiqua ſynodalia eccleſiæ Conſtantienſis.

Statuta antiqua inſignis monaſterii S. Audœni Rotomagenſis.

Antiquæ conſuetudines Canonicorum Regularium S. Jacobi de Monteforti.

Miſcellanea epiſtolarum & diplomatum.

Hiſtoria Archiepiſcoporum Rotomagenſium.

Hiſtoria everſionis monaſterii Salmurienſis

sis S. Florentii a Normannis & Britonibus.

Vita S. Adjutoris scripta ab *Hugone* Archiepiscopo Rotomagensi autore coævo.

Belli Italici sub Gregorio Papa XI. historia metro gallico conscripta a *Guillelmo de la Perene*, qui præsens aderat.

Et Orientii quidem commonitorium longe plenius in hac collectione exhibetur, quam a Martino Delrio editum fuerat. Deest enim in illa editione totus liber secundus, quem nunc Domnus Martene una cum aliis ejusdem autoris versibus de nativitate Domini, de Trinitate, de nominibus Domini, & orationibus nova hæc editio supplevit. Quam editionem etiam secutus est, qui nuper novam Orientii editionem in lucem publicam emisit Clarissimus Schurzfleischius.

CAP. XVII.

DE BIBLIOTHECA PATRUM TOLOSANA.

I.

Sub nomine bibliothecæ Patrum Tolosanæ intelligo *Symbolas Græcorum Patrum in Matthæum collatas a Balthasare Corderio & Petro Possino Jesuitis.* Sunt autem istæ in Matthæ-

Matthæum Symbolæ in duos tomos distributæ. Prioris tomi titulus est:

SYMBOLARUM IN MATTHÆUM TOMUS PRIOR, exhibens catenam Græcorum Patrum unius & viginti nunc primum editam, ex bibliotheca Illustrissimi D. Caroli de Montchal, Archiepiscopi Tolosani. Petrus Possinus e Societate Jesu sacrarum literarum Tolosæ Professor, ex antiquissimis Membranis eruit, Latina interpretatione & scholiis illustravit, librumque addidit de concordia Evangelistarum in genealogia Christi. Tolosæ, excudebat Joannes Boude, Regis & Comitiorum Lingvæ Occitanæ Typographus, sub signo S. Johannis, juxta collegium Fuxense. A. C. 1646.

Patres, ex quibus catena contexta est, sunt: *Athanasius, Antiochus Ptolemaidis, Apollinarius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Eusebius Cæsariensis, Gregorius Theologus, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Irenæus Lugdunensis, Isidorus Pelusiota, Origenes, Petrus Laodicenus, Photius, Severus Antiochenus, Theodoretus Episcopus Cyri, Theodorus Antiochenus, Theodorus Heracleota, Theodorus Monachus, & Theodorus Mopsuestiæ.* In quo catalogo entia præter necessitatem videntur multiplicari, cum Theodorus Antiochenus

non alius ſit, quam qui poſtea Theodorus Mopſueſtiæ dicitur, quia hic Theodorus ex Presbytero Antiocheno Mopſueſtiæ Epiſcopus factus eſt.

II. Tomi ſecundi titulus eſt:

SYMBOLARUM IN MATTHÆUM TOMUS ALTER, quo continetur catena Patrum Græcorum triginta, collectore Niceta Epiſcopo Serrarum. Interprete Balthaſare Corderio, Societatis Jeſu Theologo. Prodit nunc primum ex bibliotheca Electorali Sereniſſimi utriusque Bavariæ Ducis. Toloſæ, excudebat Joannes Boude, Regis, & Comitiorum Linguæ Occitanæ Typographus, ſub ſigno S. Johannis, juxta Collegium Fuxenſe, 1647.

Patres, ex quorum ſententiis hæc catena conflata eſt, ſunt *Ammianus, Ammonius, Anepigraphus, Anonymus, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus Clemens Alexandrinus, Cyrillus, Damaſcenus, Dionyſius, Dorotheus, Epiphanius, Ephræm, Irenæus, Iſaac, Iſaias Aſceta, Iſidorus, Macarius, Marcus Aſceta, Marcus Monachus*, hi duo forte unus & idē ſunt, *Maximus, Nazianzenus, Nicetas, Nilus, Nyſſenus, Severus, Thaumaturgus, Theodorus Heracleæ, & Titus.* Videantur quæ de hac Patrum catena ſatis prolixe diſſerit Richardus Simonius in hiſtoria criti-

critica præcipuorum commentatorum N. T. c. 30.

CAP. XIIX.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM LONDINENSIBUS.

I.

AD Londinenſes Patrum bibliothecas referimus catenam Patrum Græcorum in Jobum, cujus editionem Patritio Junio debemus. Titulus operis eſt:

CATENA GRÆCORUM PATRUM IN BEATUM JOB, Collectore Nicetâ Heracleæ Metropolita, ex duobus MSStis bibliothecæ Bodlejanæ codicibus Græce nunc primum in lucem edita, & Latine verſa, opera & ſtudio Patricii Junii Bibliothecarii Regii. Acceſſit ad calcem Textus Jobi ἑξαπλᾶς, juxta veram & germanam Septuaginta Seniorum interpretationem, ex venerando Bibliothecæ Regiæ MSS. codice, & totius orbis antiquiſſimo ac præſtantiſſimo. Londini, ex Typographio Regio, 1637.

Sunt autem Patres, quorum ſententias hæc catena exhibet: *Apollinarius, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus, Clemens Alexandrinus,*

Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Dionyſius Alexandrinus, Ephræm Syrus, Evagrius, Euſebius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Iſidorus, Julianus Halicarnaſſenſis, Methodius, Nilus, Olympiodorus, Origenes, Polychronius, Severus, & Theophilus Alexandrinus. Eſt autem hæc Patrum in Jobum catena multo auctior, quam ea, qua Comitolus uſus eſt, quippe quæ varia Patrum fragmenta exhibet, quæ in Comitoliano exemplari deſiderantur, quod ſtatim in ipſo limine cuilibet, qui collationem inſtituere cupiet, apparebit.

II. Venerabilis *Bedæ* opera quædam Theologica, hactenus *ἀνέκδοτα*, ut & hiſtorica ſemel antea edita, ſimul cum *Egberti* Archiepiſcopi Eboracenſis dialogo de eccleſiaſtica inſtitutione, & *Aldhelmi* Epiſcopi Scireburnenſis libro de virginitate juxta codicem antiquiſſimum emendato, Londini A. 1693. uno volumine complexus eſt Henricus Wharton. Et Theologica quidem Bedæ opera, a Whartono primum vulgata duo ſunt, nempe 1. libri tres expoſitionis in Geneſin ad Accam Epiſcopum Haguſtaldenſem, & 2. expoſitio Cantici Habacuc Prophetæ. His Bedæ opuſculis ſubjunguntur ejusdem libri duo de vitis Abbatum Wiremuthenſium

Digitized by Google

ſium & Girwienſium, nec non duæ ejus epiſtolæ, una apologetica ad Plegwinam, contra eos, a quibus inſimulabatur, quod de æratibus mundi non recte ſcripſerit; altera ad Egbertum Epiſcopum Eboracenſem. Et hæc hiſtorica Bedæ opera cum duabus prædictis epiſtolis, & Egberti dialogo de eccleſiaſtica inſtitutione exhibentur ex editione Dublinienſi 1664. quam Jacobus Waræus procuravit, & notis ſuis illuſtravit. His Aldhelmi de laudibus virginitatis librum Whartonus propterea addidit, quod ex venerandæ vetuſtatis codice emendatus prodiret.

III. Tres Autores de Bragmanibus ſeu Brachmanis agentes Londini A. C. 1666. edidit Eduardus Biſſæus. Ex his primus eſt *Palladius*, qui græce & latine exhibetur, alter *Ambroſius*, & tertius *Anonymus* quidam, qui perinde ac Palladius nondum hactenus lucem viderat. Præmittuntur Strabonis, Ciceronis, Plinii, Plutarchi, Arriani, Apuleji, Clementis Alexandrini, Porphyrii, Philoſtrati, & Poſtelli de Brachmanibus teſtimonia.

CAP. XIX.

DE BIBLIOTHECA PATRUM DUBLINIENSI.

I.

EPistolarum veterum Hibernicarum Syllogen collegit, & Dublinii A. C. 1632. vulgavit Jacobus Usserius. Titulus est:

VETERUM EPISTOLARUM HIBERNICARUM SYLLOGE, quæ partim ab Hibernis, partim ad Hibernos, partim de Hibernis, vel rebus Hibernicis sunt conscriptæ. Jacobus Usserius Armachanus Archiepiscopus collegit & recensuit.

Sunt autem in hac Sylloge sequentes epistolæ:

I. Gregorii I. Rom. Pontificis ad Episcopos Hiberniæ.

II. Ejusdem Gregorii ad Quirinum Episcopum.

III. S. Columbani Hiberni.

IV. Ejusdem Columbani Rhythmica.

V. Ejusdem Columbani ad Hunaldum.

VI. Ejusdem Columbani ad Felodium.

VII. Laurentii Dorobernensis Archiepiscopi ad Scotos, Hiberniæ incolas.

VIII.

Digitized by Google

VIII. *S. Libini* Episcopi & Martyris ad Florbertum Abbatem Monasterii S. Bavonis.

IX. *Romani Cleri* ad Clerum Hibernum.

X. *S. Galli* Hiberni ad Desiderium Cadurcensem Episcopum.

XI. *Cumiani* Hiberni ad Segienum Huensem Abbatem de controversia Paschali.

XII. *Scoti* cujusdam anonymi ad Aldhelmum Malmesburiensem Abbatem.

XIII. *Aldhelmi* Malmesburiensis Abbatis, ad Eahfridum ex Hibernia in patriam reversum.

XIV. *Adamnani* Huensis Monasterii Abbatis.

XV. *Bonifacii* Moguntini Archiepiscopi ad Zachariam Romanum Pontificem de causa Aldeberti Galli, & Clementis Scoti.

XVI. *Zachariæ* Romani Pontificis ad Bonifacium de causa Virgilii, Hiberni, & Sidonii.

XVII. *Ejusdem Zachariæ* ad Bonifacium, de aliis quæstionibus ab eodem Virgilio, & Sampsone Scoto motis.

XVIII. *Albini* Magistri ad Colcum Lectorem in Scotia.

XIX. *Claudii* Scoti Presbyteri ad Justum Abbatem.

XX. *Ejusdem Claudii* ad Ducterannum Abbatem.

Digitized by Google

XXI. *Gildæ* ad Rabanum Monachum.

XXII. *Joannis Scoti Erigenæ* ad Carolum Calvum.

XXIII. *Ejusdem Joannis* ad eumdem Carolum.

XXIV. *Anastasii* Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarii ad eumdem Regem Carolum.

XXV. *Dublinienſium* ad Lanfrancum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXVI. *Lanfranci* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Gothricum Regem Dubliniæ.

XXVII. *Ejusdem Lanfranci* ad Terdeluacum Hiberniæ Regem.

XXVIII. *Ejusdem Lanfranci* ad Domnaldum Hiberniæ Epiſcopum.

XXIX. *Gregorii VII.* Romani Pontificis ad Hibernos.

XXX. *Gilleberti* Lunicenſis Epiſcopi ad Epiſcopos Hiberniæ, de uſu eccleſiaſtico.

Ejusdem tractatus de ſtatu eccleſiæ.

XXXI. *Ejusdem Gilleberti* ad Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXXII. *Anſelmi* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad eumdem Gillebertum.

XXXIII. *Ejusdem Anſelmi* ad Epiſcopos Hiberniæ.

XXXIV. *Waterfordienſium* ad Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXXV.

Digitized by Goo

XXXV. *Anſelmi* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Muriardachum Hiberniæ Regem.

XXXVI. *Ejusdem* ad Eundem.

XXXVII. *Murchardachi* Hiberniæ Regis, ad Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXXVIII. *Anſelmi* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Malchum Waterfodienſem Epiſcopum.

XXXIX. *Ejusdem* ad Samuelem Dublinienſem Epiſcopum.

XL. *Dublinienſium* ad Radulphum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XLI. *Henrici I.* Anglorum Regis ad eundem Radulphum.

XLII. *Bernardi* Claræ vallenſis Abbatis ad Malachiam Hiberniæ Epiſcopum.

XLIII. *Ejusdem* ad eundem.

XLIV. *Ejusdem* ad eundem.

XLV. *Ejusdem* ad Hibernienſes fratres.

XLVI. *Adriani IV.* Pontificis Romani ad Henricum II. Anglorum Regem.

XLVII. *Alexandri III.* Pontificis Romani ad eundem.

XLVIII. *Ejusdem Alexandri* ad Laurentium Dublinenſem Archiepiſcopum.

XLIX. *Giraldi Barrii Cambrenſis* ad Guiliel-

lielmum Verum Herefordenſem Epiſcopum, de Mirabilibus Hiberniæ.

L. *Ejusdem Giraldi Cambrenſis* in librum tertium Vaticinum Prologus, qui adjectus eſt vice appendicis ad duos ejusdem libros Vaticinalis hiſtoriæ, de expugnatione Hiberniæ.

Profeſſiones ab Oſtomannorum in Hibernia Epiſcopis, ordinationis ſuæ tempore, Cantuarienſibus Archiepiſcopis factæ.

Ædgari Regis Anglorum charta de Oswaldes-lavv.

Notæ Uſſerii ad has epiſtolas, ſeu recenſiones, ut vocat, ad calcem voluminis in Dublinienſi editione adjectæ ſunt. At in editione Pariſienſi A. 1665. recenſiones Uſſerii ſingulis epiſtolis ad majorem lectoris commoditatem ſubjectæ leguntur.

CAP. XX.

DE BIBLIOTHECA PATRUM OXONIENSI.

I.

HOc nomine appello Grabianum SS. Patrum Spicilegium, cujus PRIMUS TOMUS hac epigraphe gaudet:

SPICI-

Digitized by

SPICILEGIUM SS. PATRUM, ut & Hæreticorum, ſeculi poſt Chriſtum natum I. II. & III. Quorum vel integra monumenta, vel fragmenta, partim ex aliorum Patrum libris jam impreſſis collegit, & cum codicibus Manuſcriptis contulit, partim ex MSS. nunc primum edidit, ac ſingula tam præfatione, quam Notis ſubjunctis illuſtravit Joannes Erneſtus Grabius. Tomus I. ſive ſeculum I. Oxoniæ, e Theatro Sheldoniano, M. DC. XCVIII.

Continentur hoc primo tomo:

Abgari ad Jeſum epiſtola, cum ejus reſponſo, & hiſtoria ex Archivis Edeſſenis deprompta.

Dicta aliqua *Chriſti*, quæ in Evangeliis non extant.

Fragmenta *Evangelii ſecundum Hebræos.*

Fragmenta *Evangelii ſecundum Ægyptios.*

Fragmentum ex *apocryphis Apoſtolorum Actis.*

Fragmenta ex *doctrinis Apoſtolorum.*

Fragmenta *prædicationis Petri.*

Fragmenta *apocalypſeos Petri.*

Fragmenta *actuum Petri.*

Acta Pauli & Theclæ nunc primum edita ex codicibus MSC. bibliothecæ Bodlejanæ.

Fragmentum aliorum *actuum Pauli.*

Teſta-

Teſtamenta 12. Patriarcharum, nunc primum græce edita, juxta exemplar Cantabrigienſe collatum cum Oxonienſi, una cum latina verſione Roberti Groſthead Epiſcopi Lincolnienſis, emendata e duobus codicibus bibliothecæ Bodlejanæ.

Fragmenta *epiſtolæ 2. Clementis ad Corinthios.*

Fragmentum græci textus *Recognitionum Pſeudo-Clementis.*

Appendicula *verſionis latinæ Ruffini*, quæ excuſis exemplaribus deeſt.

Fragmenta *Clementinorum*, ſeu ſermonum Pſeudo-Clementis.

Dictum *S. Barnabæ.*

Fragmentum *græci textus Paſtoris Hermæ.*

Fragmenta *Scriptorum Simonis Magi.*

Singulis his fragmentis & opuſculis præfationes ſuas præmiſit Grabius. Ad calcem vero voluminis plurima primi hujus tomi loca notis ſuis illuſtravit, quibus etiam inſerta *Henrici Dodwelli* diſſertatiuncula de tabulis cœli, & Ejusdem tabulæ chronologicæ ad mentem Autoris teſtamenti 12. Patriarcharum adaptatæ. Sæpe autem Grabius in ſuis præfationibus & notis falſa pro veris, & ſuppoſita pro genuinis venditat. Inter alia *acta Pauli & Theclæ* a ſe edita illa ipſa eſſe judicat,

Digitized

licat, quæ a Presbytero quodam Asiatico, ub Pauli nomine conficta Tertullianus de aptiſmo cap. 17. & Hieronymus in Catalo- o Script. eccleſ. c. 7. teſtantur. At mihi id robabile non videtur. Nam in novis his ctis a Grabio editis nullum apparet veſti- ium, quod ſub Pauli nomine ea ficta, & aulo tanquam autori adſcripta fuerint. Præ- erea Grabius a Presbytero illo Asiatico non ıbulam, ſed veram hiſtoriam literis conſi- natam arbitratur: quod mihi quidem nun- uam perſvadebit. Eſto fabulam baptizati conis ab Hieronymo memoratam in his ctis non amplius legi. Non deſunt tamen lurima alia fabulis, quam veritati propiora, uale eſt, quod Paulus Theclæ publice præ- icandi facultatem conceſſiſſe dicitur, ideo- ue in ipſo ſtatim actorum titulo Thecla A- oſtola nominatur, cum tamen Paulus apo- olatum muliebri ſexui non competere ju- icaverit. Et quis temere credat Theclam irili habitu indutam Paulum quæſiviſſe? Quis credat, Theclam a Paulo edoctam pro ryphænæ filia mortua Falconilla Deum raſſe, ut ejus animam ex loco ſupplicii in ocum refrigerii ad vitam æternam trans- erret? Quis credat, cum Thecla Antiochiæ erum ferocibus beſtiis objicienda eſſet, muli-

Digitized by Google

mulierum aliquas nardum, aliquas caſſiam, alias amomum, alias alia ungventi genera attuliſſe, ut emiſſæ feræ per odorum copiam velut ſomno obrutæ, Theclam non tangerent? Ipſi certe Grabio hæc narratio de congeſtis odoribus fabulam olet, ut in notis indicat, qui & totam illam actorum partem, quæ in antiqua latina verſione deeſt, meris figmentis conſtare non diſſimulat. Mihi vero, ut animi mei ſententiam dicam, tota Theclæ hiſtoria mera fabula videtur. Objicit quidem Grabius Patrum autoritatem, & ex tertio ſeculo Cyprianum Antiochenum allegat, qui in oratione de Martyribus Dei Theclæ in ignibus aſſiſtentis meminit, & in alia oratione, quam ſub die paſſionis ſuæ dixit, Theclam de medio amphitheatri liberatam memorat. Verum duæ iſtæ orationes, quæ inter Cypriani Carthaginenſis opera extant, neque Cypriani Carthaginenſis ſunt, ut nonnullis placuit, neque Cypriani alicujus Antiocheni, cujus nomen in Oxonienſi operum Cypriani editione his orationibus præfixum legitur. Nam Cyprianus ille Antiochenus nunquam in rerum natura extitit, quod Grabius ex doctiſſimi Oxonienſis Præſulis monito Cypriani pœnitentiæ præmiſſo, aut etiam ex Guilielmi Cavei, Viri de anti-

qui-

quitate ecclesiastica meritissimi, historia Scriptorum ecclesiasticorum literaria discere potuerat. Provocat porro Grabius ad IV. & V. seculi Scriptores. Nec inficior aliquos quarti & quinti seculi Scriptores Theclæ mentionem injecisse. Verum illorum testimoniis non solum Tertulliani & Hieronymi de fictitiis Theclæ actis judicium, sed etiam reliquorum Patrum de Thecla silentium oppono. Celeberrimus historiæ ecclesiasticæ Scriptor Eusebius, qui tot Martyres in sua historia ecclesiastica recenset, nihil de Protomartyris & Apostolæ Theclæ gestis memorat, de quibus etiam in Scriptoribus primi, secundi, & tertii seculi altum est silentium. Nullus eorum memorat, Paulum Iconii jussu Præsidis carceri inclusum, Theclam vero, cum ostiarium per inaures suas, & custodem carceris per promissum argenteum speculum corrupisset, noctu Paulum in carcere visitasse. Nullus eorum memorat, Theclam in quadam urbe non aliam ob causam, quam quod sponsalia cum Thamyri consummare nollet, ad ignes damnatam, sed ignes illos per terræ motum, & magnam imbrium copiam cœlitus delapsam extinctos fuisse, & Theclam illæsam evasisse. Nullus eorum memorat, Theclam Antiochiæ Ale-

Digitized by Google

Alexandri cujusdam, qui eam in platea amplexus & osculatus fuerat, tunicam rupisse, & coronam de ejus capite dejeciſſe, ideoque ad bestias damnatam fuisse, & primum quidem leænæ objectam, quæ pedes ejus linxit, & nihil damni ipsi intulit, altero vero die leones & ursos in eam immissos, sed leænam ipsi opem tulisse, & bestias Theclam invadentes interfeciſſe, tum phocis eam traditam fuisse, sed phocas splendore ignei fulguris percussas omnes emortuas aquis supernatasse, tum iterum novas bestias in Theclam immissas, sed eas per varia odorifera a mulieribus collata velut somno obrutas Theclam non tetigisse, postremo etiam Theclam feroribus tauris alligatam, & tauros illos candente ferro irritatos, ut eo ferociores facti Theclam pedibus suis alligatam distraherent, sed flammam funes, quibus Thecla alligata erat, combussisse, & Theclam etiam a tauris illæsam permansisse. Nullus illorum memorat, quod Thecla in lacu phocarum semetipsam baptizaverit, & postea cum ad Paulum rediit, ad eum dixerit: accepi lavacrum Paule. Qui enim per te operatus est evangelii prædicationem, mihi quoque ad baptizandum cooperatus est, ut alias aniles nugas taceam, quæ in actis a Grabio editis,

ut

ut & in vita Theclæ per Basilium Seleucien-sem, & Simeonem Metaphrasten descripta & per Pantinum edita, referuntur. Excipiet forte aliquis, non posse historiam Theclæ pro mera fabula haberi, cum ascetæ quidam religionis causa Seleuciæ in Isauria frequenter locum quendam sanctum ingressi fuerint a Thecla quondam inhabitatum, ut in vitis Patrum a Rosweido editis narratur, & præterea Zeno Imperator Theclæ basilicas dedicaverit, teste Evagrio lib. 3. cap. 8. Verum neque superstitiosa ascetarum quorundam credulitas, neque templa Theclæ dedicata, firmiter demonstrant, Theclæ gestis aliquid veri inesse, cum etiam Catharinæ, Georgio, & aliis fictitiis Sanctis templa dedicata sint, & sæpe homines superstitiosi hæc vel illa loca, olim ab hoc vel illo Sancto habitata, falso sibi persvadeant. Quamobrem fateor me non assentiri posse Viro cuidam clarissimo, qui in notis ad Hieronymi Catalogum Scriptorum ecclesiasticorum Theclæ martyrium & pericula a quoquam pro confictis haberi nolit.

II. TOMI SECUNDI titulus est: *SPICILEGIUM SS. PATRUM, ut & Hæreticorum seculi post Christum natum I. II. & III. Quorum vel integra monu-*

menta, vel fragmenta, partim ex aliorum Patrum libris jam impressis collegit, & cum codicibus Manuscriptis contulit, partim ex MSS. nunc primum edidit, ac singula tam præfatione, quam Notis subjunctis illustravit Johannes Ernestus Grabius. Seculi II. Tomus I. Oxoniæ, e Theatro Sheldoniano, M. DC. XCIX.

Hoc volumine continentur:

Martyrium S. Ignatii, cum *ejusdem epistola ad Romanos*, ex editione Ruinarti.

Fragmenta *epistolæ Ignatii ad Antiochenos.*

Aliud *Ignatii dictum.*

Fragmenta librorum *Papiæ.*

Fragmenta *Basilidis.*

Aliud fragmentum *Basilidis.*

Fragmenta epistolarum *Valentini.*

Fragmenta homiliarum *Valentini.*

Valentini dissertatio quædam ex Origene.

Fragmenta *Epiphanis.*

Varia fragmenta *Isidori hæretici.*

Ptolemæi ad Floram epistola.

Fragmenta *Heracleonis.*

Fragmenta traditionum *Matthiæ.*

Fragmentum ex apologia *Quadrati.*

Excerpta ex *Agrippa Castore.*

Fragmenta disputationis *Jasonis & Papisci.*

Varia

Digitized by Google

Varia *Juſtini Martyris* fragmenta.

Fragmenta *Hegeſippi.*

Fragmenta *epiſtolæ Dionyſii Corinthii* ad Romanos.

Fragmenta *Theophili Antiocheni.*

Præmiſſæ ſunt iterum his fragmentis præfationes Grabii, qui etiam ad calcem loca quædam notis ſuis illuſtravit.

CAP. XXI.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM LOVANIENSIBUS.

I.

VAriorum Patrum epiſtolas, & alia quædam monumenta in unum volumen collegit Chriſtianus Lupus, cui hunc titulum præfixit:

Ad Epheſinum concilium VARIORUM PATRUM EPISTOLÆ, ex Manuſcripto Caſſinenſis bibliothecæ codice deſumptæ, item ex Vaticanæ bibliothecæ Manuſcripto Commonitorium Celeſtini Papæ Epiſcopis & Presbyteris euntibus ad Orientem: Tituli Decretorum Hilari Papæ: Neapolitanum Concilium: Epiſtolæ Anacleti Anti-Papæ. Nunc primum in publicam lucem data per

Digitized by Google

CAP. XIX.

DE BIBLIOTHECA PATRUM DUBLINIENSI.

I.

EPistolarum veterum Hibernicarum Syllogen collegit, & Dublinii A. C. 1632. vulgavit Jacobus Usserius. Titulus est:

VETERUM EPISTOLARUM HIBERNICARUM SYLLOGE, quæ partim ab Hibernis, partim ad Hibernos, partim de Hibernis, vel rebus Hibernicis sunt conscriptæ. Jacobus Usserius Armachanus Archiepiscopus collegit & recensuit.

Sunt autem in hac Sylloge sequentes epistolæ:

I. Gregorii I. Rom. Pontificis ad Episcopos Hiberniæ.

II. Ejusdem Gregorii ad Quirinum Episcopum.

III. S. Columbani Hiberni.

IV. Ejusdem Columbani Rhythmica.

V. Ejusdem Columbani ad Hunaldum.

VI. Ejusdem Columbani ad Felodium.

VII. Laurentii Dorobernensis Archiepiscopi ad Scotos, Hiberniæ incolas.

VIII.

Digitized by Goog

VIII. *S. Livini* Episcopi & Martyris ad lorbertum Abbatem Monasterii S. Bavonis.

IX. *Romani Cleri* ad Clerum Hibernum.

X. *S. Galli* Hiberni ad Desiderium Cadurenſem Episcopum.

XI. *Cumiani* Hiberni ad Segienum Huenem Abbatem de controversia Paschali.

XII. *Scoti* cujusdam anonymi ad Aldhelnum Malmesburiensem Abbatem.

XIII. *Aldhelmi* Malmesburiensis Abbatis, id Eahfridum ex Hibernia in patriam reversum.

XIV. *Adamnani* Huensis Monasterii Abbatis.

XV. *Bonifacii* Moguntini Archiepiscopi ad Zachariam Romanum Pontificem de causa Aldeberti Galli, & Clementis Scoti.

XVI. *Zachariæ* Romani Pontificis ad Bonifacium de causa Virgilii, Hiberni, & Sidonii.

XVII. *Ejusdem Zachariæ* ad Bonifacium, de aliis quæstionibus ab eodem Virgilio, & Sampsone Scoto motis.

XVIII. *Albini* Magistri ad Colcum Lectorem in Scotia.

XIX. *Claudii* Scoti Presbyteri ad Justum Abbatem.

XX. *Ejusdem Claudii* ad Ducterannum Abbatem.

XXI. *Gildæ* ad Rabanum Monachum.

XXII. *Joannis Scoti Erigenæ* ad Carolum Calvum.

XXIII. *Ejusdem Joannis* ad eumdem Carolum.

XXIV. *Anastasii* Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarii ad eumdem Regem Carolum.

XXV. *Dublinienſium* ad Lanfrancum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXVI. *Lanfranci* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Gothricum Regem Dubliniæ.

XXVII. *Ejusdem Lanfranci* ad Terdeluacum Hiberniæ Regem.

XXVIII. *Ejusdem Lanfranci* ad Domnaldum Hiberniæ Epiſcopum.

XXIX. *Gregorii VII.* Romani Pontificis ad Hibernos.

XXX. *Gilleberti* Lunicenſis Epiſcopi ad Epiſcopos Hiberniæ, de uſu eccleſiaſtico.

Ejusdem tractatus de ſtatu eccleſiæ.

XXXI. *Ejusdem Gilleberti* ad Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXXII. *Anſelmi* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad eumdem Gillebertum.

XXXIII. *Ejusdem Anſelmi* ad Epiſcopos Hiberniæ.

XXXIV. *Waterfordienſium* ad Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXXV.

Digitized by Google

XXXV. *Anſelmi* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Muriardachum Hiberniæ Regem.

XXXVI. *Ejusdem* ad Eundem.

XXXVII. *Murchardachi* Hiberniæ Regis, ad Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XXXVIII. *Anſelmi* Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Malchum Waterfodienſem Epiſcopum.

XXXIX. *Ejusdem* ad Samuelem Dublinienſem Epiſcopum.

XL. *Dublinienſium* ad Radulphum Cantuarienſem Archiepiſcopum.

XLI. *Henrici I.* Anglorum Regis ad eundem Radulphum.

XLII. *Bernardi* Claræ vallenſis Abbatis ad Malachiam Hiberniæ Epiſcopum.

XLIII. *Ejusdem* ad eundem.

XLIV. *Ejusdem* ad eundem.

XLV. *Ejusdem* ad Hibernienſes fratres.

XLVI. *Adriani IV.* Pontificis Romani ad Henricum II. Anglorum Regem.

XLVII. *Alexandri III.* Pontificis Romani ad eundem.

XLVIII. *Ejusdem Alexandri* ad Laurentium Dublinenſem Archiepiſcopum.

XLIX. *Giraldi Barrii Cambrenſis* ad Gui-

Digitized by Google

lielmum Verum Herefordenſem Epiſcopum, de Mirabilibus Hiberniæ.

L. *Ejusdem Giraldi Cambrenſis* in librum tertium Vaticinum Prologus, qui adjectus eſt vice appendicis ad duos ejusdem libros Vaticinalis hiſtoriæ, de expugnatione Hiberniæ.

Profeſſiones ab Oſtomannorum in Hibernia Epiſcopis, ordinationis ſuæ tempore, Cantuarienſibus Archiepiſcopis factæ.

Ædgari Regis Anglorum charta de Oswaldes-lavv.

Notæ Uſſerii ad has epiſtolas, ſeu recenſiones, ut vocat, ad calcem voluminis in Dublinienſi editione adjectæ ſunt. At in editione Pariſienſi A. 1665. recenſiones Uſſerii ſingulis epiſtolis ad majorem lectoris commoditatem ſubjectæ leguntur.

CAP. XX.

DE BIBLIOTHECA PATRUM OXONIENSI.

I.

HOc nomine appello Grabianum SS. Patrum Spicilegium, cujus PRIMUS TOMUS hac epigraphe gaudet:

SPICI-

Digitized by

SPICILEGIUM SS. PATRUM, ut & Hæreticorum, ſeculi poſt Chriſtum natum I. II. & III. Quorum vel integra monumenta, vel fragmenta, partim ex aliorum Patrum libris jam impreſſis collegit, & cum codicibus Manuſcriptis contulit, partim ex MSS. nunc primum edidit, ac ſingula tam præfatione, quam Notis ſubjunctis illuſtravit Joannes Erneſtus Grabius. Tomus I. ſive ſeculum I. Oxoniæ, e Theatro Sheldoniano, M. DC. XCVIII.

Continentur hoc primo tomo:

Abgari ad Jeſum epiſtola, cum ejus reſponſo, & hiſtoria ex Archivis Edeſſenis deprompta.

Dicta aliqua *Chriſti*, quæ in Evangeliis non extant.

Fragmenta *Evangelii ſecundum Hebræos.*

Fragmenta *Evangelii ſecundum Ægyptios.*

Fragmentum ex *apocryphis Apoſtolorum Actis.*

Fragmenta ex *doctrinis Apoſtolorum.*

Fragmenta *prædicationis Petri.*

Fragmenta *apocalypſeos Petri.*

Fragmenta *actuum Petri.*

Acta Pauli & Theclæ nunc primum edita ex codicibus MSC. bibliothecæ Bodlejanæ.

Fragmentum aliorum *actuum Pauli.*

Teſta-

Digitized by Google

Teſtamenta 12. Patriarcharum, nunc primum græce edita, juxta exemplar Cantabrigienſe collatum cum Oxonienſi, una cum latina verſione Roberti Groſthead Epiſcopi Lincolnienſis, emendata e duobus codicibus bibliothecæ Bodlejanæ.

Fragmenta *epiſtolæ 2. Clementis ad Corinthios.*

Fragmentum græci textus *Recognitionum Pſeudo-Clementis.*

Appendicula *verſionis latinæ Ruffini*, quæ excuſis exemplaribus deeſt.

Fragmenta *Clementinorum*, ſeu ſermonum Pſeudo-Clementis.

Dictum *S. Barnabæ.*

Fragmentum *græci textus Paſtoris Hermæ.*

Fragmenta *Scriptorum Simonis Magi.*

Singulis his fragmentis & opuſculis præfationes ſuas præmiſit Grabius. Ad calcem vero voluminis plurima primi hujus tomi loca notis ſuis illuſtravit, quibus etiam inſerta *Henrici Dodwelli* diſſertatiuncula de tabulis cœli, & Ejusdem tabulæ chronologicæ ad mentem Autoris teſtamenti 12. Patriarcharum adaptatæ. Sæpe autem Grabius in ſuis præfationibus & notis falſa pro veris, & ſuppoſita pro genuinis venditat. Inter alia *acta Pauli & Theclæ* a ſe edita illa ipſa eſſe judicat,

dicat, quæ a Presbytero quodam Asiatico, sub Pauli nomine conficta Tertullianus de baptismo cap. 17. & Hieronymus in Catalogo Script. eccles. c. 7. testantur. At mihi id probabile non videtur. Nam in novis his actis a Grabio editis nullum apparet vestigium, quod sub Pauli nomine ea ficta, & Paulo tanquam autori adscripta fuerint. Præterea Grabius a Presbytero illo Asiatico non fabulam, sed veram historiam literis consignatam arbitratur: quod mihi quidem nunquam persvadebit. Esto fabulam baptizati leonis ab Hieronymo memoratam in his actis non amplius legi. Non desunt tamen plurima alia fabulis, quam veritati propiora, quale est, quod Paulus Theclæ publice prædicandi facultatem concessisse dicitur, ideoque in ipso statim actorum titulo Thecla Apostola nominatur, cum tamen Paulus apostolatum muliebri sexui non competere judicaverit. Et quis temere credat Theclam virili habitu indutam Paulum quæsivisse? Quis credat, Theclam a Paulo edoctam pro Tryphænæ filia mortua Falconilla Deum orasse, ut ejus animam ex loco supplicii in locum refrigerii ad vitam æternam transferret? Quis credat, cum Thecla Antiochiæ iterum ferocibus bestiis objicienda esset, muli-

mulierum aliquas nardum, aliquas caſſiam, alias amomum, alias alia ungventi genera attuliſſe, ut emiſſæ feræ per odorum copiam velut ſomno obrutæ, Theclam non tangerent? Ipſi certe Grabio hæc narratio de congeſtis odoribus fabulam olet, ut in notis indicat, qui & totam illam actorum partem, quæ in antiqua latina verſione deeſt, meris figmentis conſtare non diſſimulat. Mihi vero, ut animi mei ſententiam dicam, tota Theclæ hiſtoria mera fabula videtur. Objicit quidem Grabius Patrum autoritatem, & ex tertio ſeculo Cyprianum Antiochenum allegat, qui in oratione de Martyribus Dei Theclæ in ignibus aſſiſtentis meminit, & in alia oratione, quam ſub die paſſionis ſuæ dixit, Theclam de medio amphitheatri liberatam memorat. Verum duæ iſtæ orationes, quæ inter Cypriani Carthaginenſis opera extant, neque Cypriani Carthaginenſis ſunt, ut nonnullis placuit, neque Cypriani alicujus Antiocheni, cujus nomen in Oxonienſi operum Cypriani editione his orationibus præfixum legitur. Nam Cyprianus ille Antiochenus nunquam in rerum natura extitit, quod Grabius ex doctiſſimi Oxonienſis Præſulis monito Cypriani pœnitentiæ præmiſſo, aut etiam ex Guilielmi Cavei, Viri de anti-

qui-

quitate eccleſiaſtica meritiſſimi, hiſtoria Scriptorum eccleſiaſticorum literaria diſcere potuerat. Provocat porro Grabius ad IV. & V. ſeculi Scriptores. Nec inficior aliquos quarti & quinti ſeculi Scriptores Theclæ mentionem injeciſſe. Verum illorum teſtimoniis non ſolum Tertulliani & Hieronymi de fictitiis Theclæ actis judicium, ſed etiam reliquorum Patrum de Thecla ſilentium oppono. Celeberrimus hiſtoriæ eccleſiaſticæ Scriptor Euſebius, qui tot Martyres in ſua hiſtoria eccleſiaſtica recenſet, nihil de Protomartyris & Apoſtolæ Theclæ geſtis memorat, de quibus etiam in Scriptoribus primi, ſecundi, & tertii ſeculi altum eſt ſilentium. Nullus eorum memorat, Paulum Iconii juſſu Præſidis carceri incluſum, Theclam vero, cum oſtiarium per inaures ſuas, & cuſtodem carceris per promiſſum argenteum ſpeculum corrupiſſet, noctu Paulum in carcere viſitaſſe. Nullus eorum memorat, Theclam in quadam urbe non aliam ob cauſam, quam quod ſponſalia cum Thamyri conſummare nollet, ad ignes damnaram, ſed ignes illos per terræ motum, & magnam imbrium copiam cœlitus delapſam extinctos fuiſſe, & Theclam illæſam evaſiſſe. Nullus eorum memorat, Theclam Antiochiæ Ale-

Digitized by Google

Alexandri cujusdam, qui eam in platea amplexus & oſculatus fuerat, tunicam rupiſſe, & coronam de ejus capite dejeciſſe, ideoque ad beſtias damnatam fuiſſe, & primum quidem leænæ objectam, quæ pedes ejus linxit, & nihil damni ipſi intulit, altero vero die leones & urſos in eam immiſſos, ſed leænam ipſi opem tuliſſe, & beſtias Theclam invadentes interfeciſſe, tum phocis eam traditam fuiſſe, ſed phocas ſplendore ignei fulguris percuſſas omnes emortuas aquis ſupernatasſe, tum iterum novas beſtias in Theclam immiſſas, ſed eas per varia odorifera a mulieribus collata velut ſomno obrutas Theclam non tetigiſſe, poſtremo etiam Theclam ferocibus tauris alligatam, & tauros illos candente ferro irritatos, ut eo ferociores facti Theclam pedibus ſuis alligatam diſtraherent, ſed flammam funes, quibus Thecla alligata erat, combuſſiſſe, & Theclam etiam a tauris illæſam permanſiſſe. Nullus illorum memorat, quod Thecla in lacu phocarum ſemetipſam baptizaverit, & poſtea cum ad Paulum rediit, ad eum dixerit: accepi lavacrum Paule. Qui enim per te operatus eſt evangelii prædicationem, mihi quoque ad baptizandum cooperatus eſt, ut alias aniles nugas taceam, quæ in actis a Grabio editis,

ut

ut & in vita Theclæ per Basilium Seleucien-sem, & Simeonem Metaphrasten descripta & per Pantinum edita, referuntur. Excipiet forte aliquis, non posse historiam Theclæ pro mera fabula haberi, cum ascetæ quidam religionis causa Seleuciæ in Isauria frequenter locum quendam sanctum ingressi fuerint a Thecla quondam inhabitatum, ut in vitis Patrum a Rosweido editis narratur, & præterea Zeno Imperator Theclæ basilicas dedicaverit, teste Evagrio lib. 3. cap. 8. Verum neque superstitiosa ascetarum quorundam credulitas, neque templa Theclæ dedicata, firmiter demonstrant, Theclæ gestis aliquid veri inesse, cum etiam Catharinæ, Georgio, & aliis fictitiis Sanctis templa dedicata sint, & sæpe homines superstitiosi hæc vel illa loca, olim ab hoc vel illo Sancto habitata, falso sibi persvadeant. Quamobrem fateor me non assentiri posse Viro cuidam clarissimo, qui in notis ad Hieronymi Catalogum Scriptorum ecclesiasticorum Theclæ martyrium & pericula a quoquam pro confictis haberi nolit.

II. TOMI SECUNDI titulus est: *SPICILEGIUM SS. PATRUM, ut & Hæreticorum seculi post Christum natum I. II. & III. Quorum vel integra monumen-*

menta, vel fragmenta, partim ex aliorum Patrum libris jam impressis collegit, & cum codicibus Manuscriptis contulit, partim ex MSS. nunc primum edidit, ac singula tam præfatione, quam Notis subjunctis illustravit Johannes Ernestus Grabius. Seculi II. Tomus I. Oxoniæ, e Theatro Sheldoniano, M. DC. XCIX.

Hoc volumine continentur:

Martyrium S. Ignatii, cum *ejusdem epistola ad Romanos*, ex editione Ruinarti.

Fragmenta *epistolæ Ignatii ad Antiochenos.*

Aliud *Ignatii dictum.*

Fragmenta librorum *Papiæ.*

Fragmenta *Basilidis.*

Aliud fragmentum *Basilidis.*

Fragmenta epistolarum *Valentini.*

Fragmenta homiliarum *Valentini.*

Valentini dissertatio quædam ex Origene.

Fragmenta *Epiphanis.*

Varia fragmenta *Isidori hæretici.*

Ptolemæi ad Floram epistola.

Fragmenta *Heracleonis.*

Fragmenta traditionum *Matthiæ.*

Fragmentum ex apologia *Quadrati.*

Excerpta ex *Agrippa Castore.*

Fragmenta disputationis *Jasonis & Papisci.*

Varia

Digitized by Google

Varia *Juſtini Martyris* fragmenta.

Fragmenta *Hegeſippi.*

Fragmenta *epiſtolæ Dionyſii Corinthii* ad Romanos.

Fragmenta *Theophili Antiocheni.*

Præmiſſæ ſunt iterum his fragmentis præfationes Grabii, qui etiam ad calcem loca quædam notis ſuis illuſtravit.

CAP. XXI.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM LOVANIENSIBUS.

I.

VAriorum Patrum epiſtolas, & alia quædam monumenta in unum volumen collegit Chriſtianus Lupus, cui hunc titulum præfixit:

Ad Epheſinum concilium VARIORUM PATRUM EPISTOLÆ, ex Manuſcripto Caſſinenſis bibliothecæ codice deſumptæ, item ex Vaticanæ bibliothecæ Manuſcripto Commonitorium Celeſtini Papæ Epiſcopis & Presbyteris euntibus ad Orientem: Titulæ Decretorum Hilari Papæ: Neapolitanum Concilium: Epiſtolæ Anacleti Anti-Papæ. Nunc primum in publicam lucem data per

F. Chriſtianum Lupum, Iprenſem, Ord. FF. Erem. S. Auguſtini, S. Theol. in Alma Lovanienſi Univerſitate Doctorem, ac Regium Primarium Profeſſorem. Lovanii, typis Hieronymi Nempæi, Anno 1682.

Et Caſſinenſem quidem illum codicem, ex quo variorum Patrum epiſtolas ad concilium Epheſinum ſpectantes Lupus depromſit, dici non ſatis poteſt, quanto ejus videndi deſiderio Viri quidam docti flagraverint, ſed voti compotes redditi non ſunt. Quæſivit hunc codicem apud Caſſinenſes Mabillonius. Verum inquirenti reſponſum eſt, quod codex ille Romam miſſus fuerit. Cum Romæ inquireret, reſponſum tulit, eſſe hunc codicem in palatio apoſtolico, nec aliud quicquam elicere valuit, ut ipſe refert in Muſeo Italico p. 123. 124. Non minus Stephanus Baluzius queritur, quod codicem illum, quo Lupus uſus fuerat, nulla arte, nullisque precibus impetrare potuerit. Interim hoc epiſtolarum volumen Tom. I. novæ collectionis Concil. p. 663. denuo edidit, & omiſſis Lupi ſcholiis nova addidit. Edidit quoque hoc epiſtolarum volumen Johannes Garnerius Jeſuita in auctario operum Theodoreti p. 549 ubi ſe varia Lupi menda emaculare, ejusdemque ſcholia nonnunquam caſtigare profitetur.

tur. Præmittitur Lupi ſcholiis ad has epiſtolas ejusdem vita per Joſephum Sabatinum deſcripta. Brevius autem ipſe Lupus vitam ſuam deſcribit in epitaphio, quod ſibi poſuit, & ad calcem hujus voluminis legitur:

Hæres peccati, natura filius iræ
Hic jaceo, dignus nomine reque Lupus.
Indignus, non re, ſed ſolo nomine, Doctor,
Verbis, non factis me docuiſſe fleo.
Perdocuiſſe alios, & non docuiſſe ſeipſum,
Quid juvat? o! mundi fumus, inane, nihil!
Agne Deus, Patris doctrina, Redemptio mundi,
Nunc tibi proſtratum commiſerare Reum.
Et Latro, & Meretrix gratis tua Regna ſubintrant:
Gratia peccatis fiat & iſta meis.

II. Scriptores quosdam veteres, qui de corpore & ſangvine Chriſti ſcripſerunt, *Paſchaſium*, *Lanfrancum*, *Guitmundum*, *Algerum*, & alios ad veterum exemplarium fidem emendavit, & luce publica donavit Johannes Ulimmerius Lovanii 1561.

Digitized by Google

CAP. XXII.

DE BIBLIOTHECA PATRUM TRAJECTENSI.

I.

TRajecti ad Rhenum apud Franciſcum Halmam, & Guilielmum van de Water, Bibliopolas, A. C. 1696. prodierunt:

Jacobi Tollii Inſignia itinerarii Italici, quibus continentur Antiquitates ſacræ.

Sunt autem iſtæ antiquitates ſacræ:

D. Gregorii Nazianzeni Theologi carmina Cygnea inedita.

Euthymii Zygabeni victoria & triumphus de impia & multiplici exſecrabilium Maſſalianorum ſecta, qui & Phundaitæ, & Bogomili, nec non Euchitæ, Enthuſiaſtæ, Encratitæ, & Marcionitæ appellantur.

Formula recipiendi eorum, qui a Manichæorum & Paulicianorum hæreſi ad puram & veram noſtram fidem Chriſtianorum convertuntur.

S. Patris & Confeſſoris Theodori ad Diſcipulos ſuos teſtamentum, interprete Jacobo Sirmondo.

S. Macarii Alexandrini ſermo de exceſſu juſto-

juſtorum & peccatorum, quorſum ſcilicet eorum animæ e corpore demigrent, & quomodo ſe habeant.

Ex his tria prima monumenta, quæ notis ſatis prolixis illuſtravit, debuit Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi. Duo autem poſteriora Joachimi Felleri bibliothecæ quondam Lipſienſis Præfecti donum eſſe agnoſcit. Et *Theodori* quidem *Studitæ* teſtamentum quantum attinet, refert ſe Sirmondi verſionem cum græco textu conferre noluiſſe, cum præſumſerit tanti Viri verſionem non poſſe non eſſe accuratam. Sed poſtea ſe deprehendiſſe ait, nihil eſſe iſta verſione putidius, nihil puerilius. Fateor autem verſionem Sirmondi a Tollio editam in multis diſcrepare ab illa Sirmondi verſione, quæ tomo 5. variorum Sirmondi operum Græco Theodori Studitæ textui adjuncta legitur. Ultimum ſcriptum quantum attinet, latuiſſe videtur Tollium, quod illum Macarii ſermonem A. C. 1688. celeberrimus Caveus in hiſtoria ſua literaria græce & latine jam edidiſſet.

Digitized by Google

CAP. XXIII.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM GENEVENSIBUS.

I.

VEterum Pontificum Romanorum epistolas decretales collegit, & simul eas pseudepigraphas esse demonstravit David Blondellus, in opere, quod inscribitur:

PSEUDO-ISIDORUS & Turrianus vapulantes: seu editio & censura nova epistolarum omnium, quas piissimis Urbis Romæ Præsulibus a B. Clemente ad Siricium, & nefando ausu, infelici eventu, Isidorus cognomento Mercator supposuit, Franciscus Turrianus Jesuita adversus Magdeburgenses ἐλέγχους, aculeato stylo defendere conatus est. Recensuit, notis illustravit, bono Ecclesiæ dicavit David Blondellus, Catalaunensis. Ex typographia Petri Chouët, M. DC. XXVIII.

Pseudo-Isidori vapulantis nomen huic operi Blondellus præfigit, quia veterum Pontificum epistolæ decretales a Clemente usque ad Siricium, quæ hoc volumine cum censuris Blondelli exhibentur, ex Isidori Mercatoris

toris ſeu Peccatoris, ut ab aliis vocatur, officina primum emiſſæ ſunt, quisquis impoſtor ille fuerit, qui ſub Iſidori Mercatoris nomine merces illas extruſit. Iſidoro autem vapulanti Turrianum vapulantem addit, quia, cum Centuriatores Magdeburgenſes has epiſtolas ſpurias & ſuppoſitas eſſe demonſtraſſent, Franciſcus Turrianus in opere, quod adverſus Centuriatores edidit, per quatuor integros libros epiſtolas illas defendere fategit. Blondellus autem in hoc opere Pſeudo-Iſidori & Turriani vapulantium impoſturas ad oculum demonſtravit, dum autores, ex quorum centonibus iſtæ epiſtolæ craſſo filo conſutæ ſunt, in margine indicavit, ſingulasque ſuis cenſuris perſtrinxit, quin & in prolegomenis Turriani pro his epiſtolis argumenta ſolide confutavit. Prolixe jam egi de iſtis epiſtolis in diſſertatione de Patribus Apoſtolicis theſ. 33. & ſeq. Notavi inter alia, tanta ſolertia Blondellum hoc negotium pertractaſſe, ut etſi Calvinianæ ſectæ addictus alias fuerit, tamen & Pontificii quidam Scriptores ipſum eo nomine laudaverint, e quibus Natalis Alexander diſſert. 20. ſecul. I. candide aſſeruit, quod Blondellus in ſuo Pſeudo-Iſidoro Turriani vindicias pro prædictis epiſtolis funditus everterit. Oſtendi

Digitized by Google

inſuper, quam inepte & abſurde Cardinalis Aguirre epiſtolarum illarum patrocinium in ſe ſuſceperit. Notavi, quam falſum ſit, quod idem Cardinalis aſſeruit, nempe ante annum 1562. quo Centuriatores has epiſtolas impugnarunt, neminem has epiſtolas pro ſpuriis habuiſſe, cum vel ſola Hincmari Remenſis ſcripta & geſta, qui multis ante Centuriatores ſeculis floruit, aliud teſtentur. Non minus falſum eſſe monui Schelſtrateni aſſertum, dicentis poſt Hincmari ætatem usque ad Wicleſi tempora absque ulla contradictione admiſſas fuiſſe has epiſtolas, cum Gerberti, qui poſtea Sylveſter II. audiit, epiſtola ad Wilderodum Argentoratenſem Epiſcopum, ſeu apologia concilii Remenſis aliud evincat. Adduxi ex Papebrochio, Wicleſum non propterea damnatum fuiſſe, quod veterum Pontificum decretales a Clemente ad Siricium pro ſuppoſititiis agnoverit, ſed quod in genere epiſtolas Pontificum decretales a Chriſto ſeducere docuerit. Cardinali Agvirre epiſtolas illas defendenti ex ipſis Pontificiis oppoſui Labbeum, Marcam, Alexandrum, Gerbaſium, Dupinium, Nicolaum Antonium, Launojum, Pagium, & alios, e quibus Chriſtianus Lupus agnoſcit, collectorem illarum epiſtolarum pia quadam fraude ad extollen-

tollendam majeſtatem & jurisdictionem Pontificis Romani has epiſtolas confinxiſſe. Stephanus autem Baluzius compilatorem harum epiſtolarum non piæ alicujus fraudis artificem, ſed impudentiſſimum nebulonem appellat in præfatione ad Antonii Auguſtini dialog. de emendatione Gratiani. Ex Cardinalium numero addidi Perronium, & Bonam, quorum uterque has epiſtolas veterum Pontificum pro ſpuriis agnoſcere non veretur.

II. In eadem Urbe Genevenſi Theodorus Beza, apud Henricum Stephanum, nonnulla Patrum ſcripta conjunctim edidit. Quænam ſint illa Patrum ſcripta, ipſe titulus indicat, qui talis eſt:

Ἀθανασίε διάλογοι ε. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος.
Βασιλείε λόγοι δ. κατὰ δυσσεβοῦς Εὐνομίε.
Ἀναστασίε καὶ Κυρίλλε ἔκθεσις σύντομος τῆς ὀρθοδόξε πίστεως.

ATHANASII Dialogi V. de ſancta Trinitate.

BASILII libri IV. adverſus impium Eunomium.

ANASTASII & CYRILLI compendiaria orthodoxæ fidei explicatio.

Ex interpretatione Theodori Bezæ.

PHOEBADII ſive Fœbadii liber contra Aria-

Digitized by Google

Arianos. Quæ Athanasii, Anastasii & Cyrilli sunt, & quæ Fœbadii, nunc primum eduntur. Anno M. D. LXX. Excudebat Henricus Stephanus.

Sunt autem 5. illi dialogi de Trinitate, qui primum locum occupant, alterius autoris quam Athanasii, etsi inter eruditos non satis conveniat, quem autorem agnoscant. Nam Franciscus Combefisius hos dialogos S. Maximo vindicavit, & nova versione donatos inter S. Maximi opera retulit, Tom. II. p. 381. qua de re etiam ejus notæ p. 715. consuli poterunt. At Johannes Garnerius & quinque hos dialogos a Beza versos, & duos alios, qui in Athanasii operibus sequuntur, & Abrahamum Scultetum interpretem nacti sunt, *Theodoreto* vindicavit, & in auctario operum Theodoreti denuo typis imprimi curavit, cujus rei rationem reddit p. 259. seq. De *Phœbadio*, qui etiam Fœbadius, Soebadius, & Fegadius appellatur, ultimum hujus voluminis locum tenente duo obiter notamus, nempe primo, errare Dupinium & alios, qui editionem Phœbadii a Pithœo 1586. Parisiis curatam pro editione omnium prima venditant, cum ex hac Bezæ collectione constet, quod Beza 16. annis ante Pithœum Phœbadii tractatum contra Arianos ediderit, etsi Bezæ

Scri-

Digitized by Goo

Scriptor hic a Pithœo ad editionem transmissus fuerit. Deinde etiam notamus, longe gravius hallucinari Sagittarium in sua introductione ad historiam ecclesiasticam, cum Phœbadium a Beza latine versum asserit. Nam Athanasii quidem dialogos, & Basilii libros adversus Eunomium, & Anastasii ac Cyrilli compendiariam orthodoxæ fidei explicationem Beza latine interpretatus est. At Phœbadius, quem Beza cum Scriptoribus illis Græcis conjunxit, nullum unquam latinum interpretem habuit, cum non græce, sed latine scripserit.

CAP. XXIV.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM HAMBURGENSIBUS.

I.

TRia veterum Scriptorum monumenta uno volumine conjunxit, & notis suis illustravit Geverhartus Elmenhorstius Hamburgi A. C. 1614. Primus inter illos Scriptores est *Gennadius Massiliensis*, cujus liber de ecclesiasticis dogmatibus sæpe sub Augustini nomine inter ejus opera prodiit, sed hic ab Elmenhorstio vero suo autori redditus. Hunc Gen-

Digitized by Google

Gennadii librum excipit veteris cujusdam Autoris *Anonymi homilia* ſacra. Tertium autem eundemque ultimum locum tenent *Martialis* Epiſcopi Lemovicenſis duæ epiſtolæ, una ad Burdigalenſes, altera ad Toloſanos. Fefellit autem memoria Labbeum, cum in diſſert. de Scriptoribus eccleſ. Tom. II. p. 59. has epiſtolas ab Elmenhorſtio ſimul cum Gennadii catalogo Virorum illuſtrium Helmſtadii vulgatas aſſerit. Quod falſum eſſe ipſe libri conſpectus indicat, ex quo apparet, non Helmſtadii, ſed Hamburgi, neque cum Gennadii Catalogo Virorum illuſtrium, ſed cum ejus tractatu de eccleſiaſticis dogmatibus ab Elmenhorſtio editas fuiſſe. Non minus erravit Miræus, cum in auctario de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. 18. a Morello has epiſtolas græce editas aſſerit, cum tamen hæ epiſtolæ non græce, ſed latine ab impoſtore quodam ſcriptæ fuerint, unde hic Martialis a Voſſio perperam inter Scriptores Græcos relatus fuit, quem errorem poſtea ipſe Voſſius agnovit.

II. In eadem urbe, eodemque anno prodierunt:

APOCRYPHA PARÆNETICA publico juventutis literariæ bono edita, Interprete M. Nicolao Glaſero Thuringo Waltershuſano. Et

Et primo quidem loco comparet græce & latine relatio de Chriſto ex Suida deprompta. Sequitur deinde *Joſephi* de Chriſto teſtimonium, *Abgari* ad Chriſtum epiſtola, cum ejus reſponſo ex Euſebio, deſcriptio formæ Chriſti ex Nicephoro, relatio de eclipſi, quæ paſſionis Dominicæ tempore contigit ex Suida, & ex *Dionyſii* Areopagitæ epiſtola ad Polycarpum, relatio de ſtella a Magis viſa ex Chryſoſtomo, & relatio de Juliano Apoſtata Chriſti imaginem evertente, ex Sozomeno. Ultimum locum tenent *Pilati* ad Tiberium Imperatorem epiſtola, *Lentuli* ad eundem epiſtola, & Euſebii de Pilati ad Tiberium epiſtola narratio.

III. Majorem Apocryphorum N. T. copiam collegit Vir doctiſſimus mihique amiciſſimus DN. D. Johannes Albertus Fabricius, cujus ſtudio Hamburgi A. C. 1703. prodiit:

CODEX APOCRYPHUS NOVI TESTAMENTI collectus, caſtigatus, teſtimoniisque, cenſuris, & animadverſionibus illuſtratus.

Diviſus autem eſt hic codex in duas partes. PRIMA PARTE continentur:

Teſtimonia & cenſuræ de Evangelio Nativitatis Mariæ.

Evangelium Nativitatis Mariæ latine cum notis. *Teſti-*

Digitized by Google

Testimonia & censuræ de Protevangelio Jacobi.

Protevangelium Jacobi Græce & Latine cum notis.

Testimonia & censuræ de Evangelio Thomæ, & libro de infantia Salvatoris.

Evangelium Thomæ, Græce & Latine, extrema parte mutilum, cum notis.

Evangelium Infantiæ ex Arabico versum, latine cum notis.

Specimen *Evangelii Infantiæ veteribus rhythmis Germanicis* expressi.

Testimonia & censuræ de Evangelio Nicodemi, sive Actis Pilati.

Evangelium Nicodemi latine cum notis.

Epistolæ Pilati duæ ad Tiberium Imp. latine cum censura & notis.

Pilati relatio ad Tiberium Imp. hactenus inedita, Græce & Latine.

Epistola *Lentuli* ad Senatum Rom. latine.

De scriptis, quæ ad *Christum Servatorem* nostrum tanquam auctorem relata sunt.

Epistola *Christi ad Abgarum* Græce & Latine cum notis.

Dicta Christi, quæ in Evangeliis Canonicis non extant.

Fragmenta & notitia *Evangeliorum quinquaginta Apocryphorum.*

Ratio-

Digitized by Goo

Rationes allegoricæ Veterum, quare non plura nec pauciora quam quatuor ſint Evangelia.

PARTE SECUNDA:

Teſtimonia & cenſuræ de hiſtoria Apoſtolica Abdiæ Babylonii.

Abdiæ Babylonii hiſtoria certaminis Apoſtolici in decem libros diſtributa, latine cum notis.

Fragmenta & notitia *Actuum Apoſtolicorum ſex & triginta Apocryphorum.*

Teſtimonia & cenſuræ de epiſtolis S. Mariæ.

S. Mariæ Virginis epiſtolæ tres, latine cum notis.

Teſtimonia & cenſuræ de epiſtola Pauli Apoſtoli ad Laodicenſes.

Epiſtola S. Pauli ad Laodicenſes, latine & græce cum notis.

Teſtimonia & cenſuræ de epiſtolis mutuis Pauli & Senecæ.

Epiſtola S. Pauli ad Senecam, una cum hujus ad illas reſponſoriis, notis illuſtratæ.

S. Petri epiſtola ad Jacobum.

S. Johannis epiſtola ad Hydropicum quendam.

De aliis epiſtolis & apocryphis *ſcriptis ſub Apoſtolorum nomine jactatis.*

Fragmenta Apoſtolorum a Stephano Prætorio vulgata.

Dodecas apocalypſeon Apocrypharum.

CAP. XXV.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM CYGNEIS.

I.

VAriorum Patrum homilias in Nativitatem Domini ſoluta oratione ſcriptas unius voluminis faſciculo comprehendit, & Cygneæ A. C. 1670. vulgavit Chriſtianus Daumius. Sunt autem Patres, quorum homilias & meditationes in feſtum nativitatis collegit, *1. Baſilius M. 2. Gregorius Nazianzenus, 3. Zeno Veronenſis, 4. Ambroſius, 5. Auguſtinus, 6. Petrus Chryſologus, 7. Euſebius Gallicanus, 8. Leo Magnus, 9. Maximus Taurinenſis, 10. Fulgentius, 11. Gregorius M. 12. Iſidorus Hiſpalenſis, 13. Beda, 14. Alcuinus, 15. Odilo Cluniacenſis, 16. Petrus Damiani, 17. Radulphus Ardens, 18. Bruno Aſtenſis, 19. Goffridus Vindocinenſis, 20. Hildebertus Cenomanenſis, 21. Honorius Auguſtodunenſis, 22. Abſolon, 23. Bernhardus, & 24. Petrus Bleſenſis.*

II. Idem Daumius Cygneæ A. C. 1677. *Hie-*

Hieronymi Theologi alicujus Græci dialogum de S. Trinitate, a Federico Morellio A. C. 1612. Parisiis græce & latine editum, denuo excudi curavit, addiditque *Gennadii Scholarii* Patriarchæ Constantinopolitani 3. dialogos de via salutis humanæ inscriptos, ut & ejusdem confessionem fidei ad Agarenos, & orationem ad unum & trium Personarum Deum, omnia græce & latine, ut & *Martini Sabariensis* Pannonii, Episcopi Turonensis, professionem fidei de Trinitate.

III. In eadem urbe typis & sumtibus Melchioris GöpneriA. C. 1655. prodierunt 1. *Claudiani Ecdicii Mamerti* de statu animæ libri 3. cum animadversionibus, & glossario Caspari Barthii, nec non Andreæ Schotti notis & emendationum rationibus, ex scriptis codicibus. 2. *Gregorii Thaumaturgi* libellus de anima ad Tatianum. 3. *Incerti* cujusdam *Philosophi Græci* Christiani de anima celebres opiniones, Johanne Tarino interprete. 4. *Hermæ Pastor*, cum animadversionibus Casparis Barthii, quibus auctor illustratur, & vetustissima Novatianismi suspicione exoneratur, & 5. *Paciani* paræneticus ad pœnitentiam.

Digitized by Google

CAP. XXVI.

DE BIBLIOTHECIS PATRUM LIPSIENSIBUS.

I.

AD bibliothecas Patrum Lipſienſes haud immerito referuntur:

Divorum Patrum & Doctorum eccleſiæ, qui oratione ligata ſcripſerunt, Paraphraſes & Meditationes in Evangelia Dominicalia, e diverſis ipſorum ſcriptis collectæ a M. Joachimo Zehnero, Eccleſiæ Schleuſingenſis Paſtore & Superintendente, A.C. 1602. Lipſiæ, ſumtibus Thomæ Schureri Bibliopolæ.

Acceſſerunt Divorum Patrum & Doctorum eccleſiæ, qui oratione ligata ſcripſerunt, paraphraſes & meditationes in hiſtorias evangelicas, quæ feſtis Sanctorum in publicis conventibus explicantur. Præmittitur catalogus Autorum, e quibus hæ paraphraſes & meditationes in Evangelia tam Dominicalia quam feſtalia collectæ ſunt. In quo catalogo primo loco commemorantur divi Patres *Ambroſius*, *Auguſtinus*, *Bernhardus*, *Cyprianus*, *Damaſcenus*, *Gregorius Magnus*, *Hilarius*, *Lactantius*, *Nazianzenus*, & *Tertul-*

lia-

lianus. Deinde Episcopi, Doctores ecclesiastici, & Poëtæ sacri: *Alcimus Avitus*, *Amœnus*, *Apollinarius* postea hæreticus, *Arator* Diaconus Romanus, *Claudianus Mamertus*, *Claudius Marius Victor*, *Columbanus* Hibernus, *Damasus* Episcopus, *Dracontius*, *Drepanius Florus*, *Ennodius* vel *Evodius*, *Fortunatus*, *Juvencus* Presbyter, *Merobaudes* Hispanus, *Nonnus Panopolitanus*, *Paulinus* Episcopus Nolanus, *Prosper Aquitanicus*, *Sedulius Presbyter*, *Theodulphus Aurelianensis*, *Thomas Aquinas*, *& Victorinus* Episcopus Pictaviensis. E recentioribus additur *Johannes Baptista Mantuanus*, item Oracula Sibyllina, Rhythmi ἄμετροι, Sequentiæ, & hymni veteris ecclesiæ diversis temporibus conscripti, quorum auctores ignorantur. Ultimum denique catalogi hujus locum tenent Viri illustres *Aurelius Prudentius* Urbis Præfectus, *Paulinus* Vir consularis, & *Rusticus Helpidius* Exquæstor illustris.

II. Addere hic liceat *Bibliothecam Patrum Apostolicorum græco-latinam*, quam præmissa dissertatione de Patribus Apostolicis seu Scriptoribus ecclesiasticis, qui Apostolorum comites & discipuli fuisse perhibentur, Lipsiæ 1699. edidi. Continet autem hæc Bibliotheca Patrum Apostolicorum I. *Clementis*

Digitized by Google

Romani priorem & posteriorem ad Corinthios epistolam. II. *Ignatii* epistolas genuinas, interpolatas, & spurias, nec non acta martyrii Ignatiani. III. *Polycarpi* epistolam ad Philippenses, cui præter Polycarpi fragmenta ecclesiæ Smyrnensis de Polycarpi martyrio epistola integra adjungitur. De cætero memini, quod autor quidam nuperus in epistolis Theologiæ suæ reali, quam vocat, subjectis mihi succenseat, quod in mea Patrum Apostolicorum bibliotheca Barnabæ epistolam, & Hermæ Pastorem omiserim, ideoque cavilletur, stomachum meum lautitias scriptis illis contentas forte minus ferre potuisse, alibi tamen jam respondi, boni stomachi indicium esse, si quis inordinato ejusmodi palearum appetitu non laboret.

APPENDIX DE VARIIS PATRUM BIBLIOTHECIS.

I.

APpendicem hanc auspicari placet a collectionibus Veterum Scriptorum historiæ ecclesiasticæ, quarum aliquæ græcæ, aliquæ græco-latinæ, aliquæ latinæ tantum sunt. Græ-

Digitized by Go

Græca horum Scriptorum Collectio Parisiis ex officina Roberti Stephani typis regiis prodiit A. 1544. Series Scriptorum hoc volumine comprehensorum talis est:

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, βιβλία ι.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου βασιλέως, λόγοι ε.

Σωκράτους σχολαστικοῦ βιβλία ζ.

Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου, βιβλία ε.

Ἐκλογῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλεσιαστικῆς ἱστορίας Θεοδώρου Ἀναγνώστου, βιβλία β'.

Ἑρμείου Σωζομένου σαλαμινίου, βιβλία θ'.

Εὐαγρίου σχολαστικοῦ ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, βιβλία ς'.

h. e.

Eusebii Pamphili libri X.

Ejusdem de vita Constantini, libri V.

Socratis libri VII.

Theodoriti Episcopi Cyrensis libri V.

Collectaneorum ex historia ecclesiastica *Theodori* Lectoris libri 2.

Hermii Sozomeni libri IX.

Evagrii libri VI.

Primus ergo inter istos Scriptores est *Eusebius Pamphili*, qui historiam ecclesiasticam a Christo nato usque ad pacem ecclesiis a Constantino M. redditam, libris 10. deduxit.

De hoc Euſebii opere varia multorum judicia collegit Cl. Hankius de Scriptor. Byzantinis p. 127. quibus præter alios addi poteſt Tanaquil Faber T. 1. ep. 44. ad Chabrolium, ubi notat, Euſebium nonnunquam magis ſpeciem narrationis, quam fidem ſequi, &, cum quid in animum induxit, pervicaci audacia graſſari, quod etſi uno alteroque exemplo probaverit, nævos tamen iſtos pulcherrimo corpori condonandos arbitramur. Cæterum duos Euſebios Pamphili fuiſſe, & utrumque hiſtoriam eccleſiaſticam ſcripſiſſe, ex Gelaſii & Concilii Romani decreto male conjecit Carolus Molinæus refutatus a Baluzio in not. ad Aur. Aug. de emendatione Grat. p. 445. & ſeq. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Euſebii junguntur *Ejusdem* libri de vita Conſtantini M. quos Sandius in nucleo hiſtor. eccleſ. p. 48. perperam Macario Hieroſolymitano tribuit, quemadmodum & Godofredus in notis ad Philoſtorgium p. 279. libros iſtos alterius cujusdam Euſebii opus eſſe, falſo ſibi perſvaſit. Sane Photius, & ante illum Socrates, hos libros Euſebio Pamphili Cæſarienſi Palæſtinæ Epiſcopo tribuit. Cum autem alias 4. libri Euſebii de vita Conſtantini M. numerari ſoleant, Robertus Stephanus 5. numeravit, quia loco quinti poſuit orationem Euſebii ad Sanctorum

ctorum cœtum, quæ oratio ab aliis rectius Conſtantino M. tanquam autori tribuitur. Poſt Euſebium in hac collectione ſequitur *Socrates*, cujus hiſtoria eccleſiaſtica ab A. C. 305. incipiens, in A. C. 439. deſinit. Socratem autem excipit *Theodoretus*, qui hiſtoriam ſuam a turbis Arianis auſpicatus ad mortem usque Theodori Mopſueſtani, qui A. C. 427. contigit, progreſſus eſt. Etſi vero Garnerius in auctario operum Theodoreti p. 193. ſuſpicetur, non ſine rancore & eo imprimis conſilio hanc hiſtoriam a Theodoreto contextam fuiſſe, ut ſub Ario, Apollinari, & aliis hæreticis Cyrillus Alexandrinus, ſub Athanaſio & Chryſoſtomo Neſtorius, ſub Paulo Conſtantinopolitano Flavianus, ſub Eudoxio Proclus, aliique ſub aliis ſchematibus adumbrarentur, vix tamen ulli tam perſpicaci eſſe licet, ut iſtius verſutiæ myſteria in Theodoreti hiſtoria eccleſiaſtica penetrare poſſit. Theodoreti hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſubjungit Robertus Stephanus *Theodori* Lectoris collectanea. Nam ex hiſtoria eccleſiaſtica Theodori Lectoris, qui a temporibus, ubi Socrates deſiit, usque ad principatum Juſtini Senioris progreſſus eſt, ſuperſunt tantum collectanea, quæ Nicephorus Calliſtus amanuenſi ſuo dictavit. Vixit autem

Theodorus Lector non seculo 14. ut Miræus in auctario Scriptorum ecclesiasticorum cap. 427. p. 359. insigni parachronismo tradidit, sed sexto seculo. Penultimus in hac Scriptorum historiæ ecclesiasticæ bibliotheca est *Sozomenus*, Socratis coætaneus, qui historiam suam ab A. 324. exorsus in eodem, quo Socrates, termino substitit. Quando autem Gregorius M. lib. 6. ep. 31. (vel lib. 7. ep. 34. nov. edit.) Sozomeni historiam ob mendacia & nimias Theodori Mopsuesteni laudes ab apostolica sede non recipi asserit, Hoffmannus quidem in Lexico suo statuit, quod forte Gregorius pro Sozomeno Socratem dicere voluerit. Verum neque ad Sozomenum, neque ad Socratem verba illa Gregorii pertinent, sed ad Theodoretum, pro quo Gregorius memoria lapsus Sozomenum nominavit, cujus tamen Pontificis autoritas tanti non est, ut vel Sozomenum, vel Theodoretum manibus excutere debeamus. Ultimus inter Græcos historiæ ecclesiasticæ Scriptores hoc volumine contentos est *Evagrius* sexti seculi Scriptor, qui telam suæ historiæ ab hæresi Nestorii exorsus eandem usque ad Mauritii Imperatoris annum 12. seu A. C. 594. pertexuit.

II. Inter latinas Scriptorum veterum historiæ

ſtoriæ eccleſiaſticæ collectiones primo loco memorare placet Baſileenſem anni 1539. per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopium, cujus hic eſt titulus:

AUTORES HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

Euſebii Pamphili Caſarienſis Epiſcopi libri novem, Ruffino interprete.
Ruffini Presbyteri Aquilejenſis libri duo.
Item ex Theodorito Epiſcopo Cyrenſi, Sozomeno, & Socrate Conſtantinopolit. libri duodecim, verſi ab Epiphanio Scholaſtico, adbreviati per Caſſiodorum Senatorem, unde illis Tripartitæ hiſtoriæ vocabulum.
Omnia recognita ad antiqua exemplaria Latina, per Beatum Rhenanum.

His acceſſerunt:

Nicephori eccleſiaſtica hiſtoria, incerto interprete.
Victoris epiſcopi libri III. de perſecutione Vandalica.
Theodoriti libri V. nuper ab Joachimo Camerario latinitate donati.

In hac collectione primas tenent *Euſebii* libri novem, Rufino Aquilejenſi interprete. Rufinus enim decimum Euſebii librum in verſione ferme integrum omiſit, & Euſebianam

nam hiſtoriam in novem libros contraxit, tanta etiam in vertenda Euſebii hiſtoria libertate uſus, ut integras narrationes, de quibus altum apud Euſebium eſt ſilentium, de ſuo addiderit. Novem his Euſebii libris duos alios idem *Ruſinus* adjecit, quibus Euſebii hiſtoriam continuavit, quæ continuatio a Concilio Nicæno incipit, & usque ad mortem Theodoſii Senioris pergit. *Tripartitam* quantum attinet, ea ex Socratis, Sozomeni, & Theodoreti hiſtoria concinnata eſt. Hos enim Triumviros Epiphanius Scholaſticus latine vertit, ex qua verſione *Aurelius Caſſiodorus* tripartitam, ut vulgo dicitur, concinnavit. Ex qua Rufinum ſuam Euſebii continuationem hauſiſſe Beatus Rhenanus in præfatione ad primam Rufini & Tripartitæ editionem A. C. 1523. perperam aſſerit. Rufinus enim vita defunctus eſt, antequam Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, ex quibus hiſtoria tripartita deſumta eſt, hiſtoriam ſuam conſcriberent. Placuit autem Rhenano, cum iterum Rufinum & Tripartitam ederet, *Nicephori* Monachi alicujus Græci hiſtoriam eccleſiaſticam, quæ Theodoſii Junioris & quatuor ſequentium Imperatorum hiſtoriam continet, ex latina incerti interpretis verſione, & *Victoris Vitenſis* libros de perſecu-

ſecutione Vandalica, & *Theodoreti* hiſtoriam eccleſiaſticam ex Joachimi Camerarii verſione addere.

III. Alia veterum Autorum hiſtoriæ eccleſiaſticæ collectio latina Baſileæ 1549. & iterum 1557. prodiit, cujus contenta titulus his verbis indicat:

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ AUTORES.

Euſebii Pamphili Cæſariæ Palæſtinæ Epiſcopi hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri X. Wolfgango Muſculo interprete.

Rufini Presbyteri Aquilejenſis hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri duo.

Euſebii Pamphili de vita Conſtantini, Muſculo interprete, libri V.

Socratis Scholaſtici Conſtantinopolitani, eodem interprete libri VII.

Theodoriti Epiſcopi Cyri, Joachimo Camerario interprete, libri V.

Hermiæ Sozomeni Salaminii, Muſculo interprete, libri IX.

Theodori Lectoris collectaneorum hiſtoriæ eccleſiaſticæ, eodem interprete, libri II.

Evagrii Scholaſtici, eodem interprete, libri VI.

Dorothei Epiſcopi Tyri Synopſis Apoſtolorum ac Prophetarum vitas complectens, eodem interprete, nunc primum in lucem edita.

Con-

Digitized by Google

Continet ergo hæc Autorum hiſtoriæ eccleſiaſticæ bibliotheca eosdem Scriptores, quos Robertus Stephanus græce ediderat. Accedit tantum Euſebii continuatio per *Ruſinum*, & *Dorotbei* Epiſcopi Tyrii ſynopſis de vitis Prophetarum & Apoſtolorum, Wolfgango Muſculo interprete, ex cujus interpretatione etiam Euſebius, Socrates, Sozomenus, Theodorus Lector, & Evagrius exhibentur. A Theodoreti autem verſione Muſculus abſtinuit, & Camerarianam Theodoreti verſionem retinere maluit. Quando autem Muſculus 5. libros Euſebii de vita Conſtantini M. exhibet, græcam Stephani editionem ſecutus eſt, qui Euſebii, ſeu potius Conſtantini M. orationem ad Sanctorum cœtum loco quinti libri poſuerat. Cæterum Muſculus in verſione ſua non raro erravit, inter quos errores non minimus eſt, quod Euſebii libr. 6. c. 40. verba ἡλίου δυσμάς, quæ Solis occaſum denotat, per Heliodyſmas interpretatus eſt, quaſi urbs aliqua eſſet, quæ Heliodyſmæ dicitur.

IV. Poſt Muſculum etiam Johannes Chriſtophorſonus veteres hiſtoriæ eccleſiaſticæ Scriptores græcos latine vertit, & uno volumine comprehenſos edidit, quæ Chriſtophorſoni verſio ſæpius, & variis in locis prodiit.

diit. Mihi ad manus eſt editio Colonienſis anni 1581. in qua Suffridi Petri Leovardienſis Friſii annotationes ad calcem acceſſerunt. Series autem Scriptorum, quos Chriſtophorſonus interpretatus eſt, ita ſe habet:

Euſebii hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri 10.
Ejusdem de vita Conſtantini M. libri 4.
Conſtantini M. Oratio ad Sanctorum cœtum.
Euſebii oratio in laudem Conſtantini M. ad trigeſimum illius imperii annum dicta.
Socratis hiſtoriæ eccleſiaſticæ libri 7.
Theodoreti libri 5.
Sozomeni libri 9. &
Evagrii libri 6.

Comparet ergo in hac Chriſtophorſoni collectione etiam Euſebii oratio de laudibus Conſtantini in tricennalibus ejus dicta, quam neque Stephanus græce, neque Muſculus latine exhibuerunt. Immortuus autem eſt huic operi Chriſtophorſonus. Morte enim præventus tres ultimos Sozomeni libros attingere non potuit, quem defectum idem Suffridus Petrus ſupplevit, quem poſtea etiam annotationes ad hos Scriptores adjeciſſe diximus. Cæterum hanc Chriſtophorſoni interpretationem dum Baronius lingvæ græcæ minus peritus in annalibus ſuis ſequitur, haud raro cœcus a cœco in erroris foveam abri-

abripitur, ut monet Petrus Halloixius Jesuita Tom. II. Script. orient. p. 730. Fuitque hæc versio Baronio tanto gratior, quanto est dogmatibusRomanæ ecclesiæ accommodatior, quod exemplis nonnullis Dallæus de usu Patrum C. 4. p.124. demonstravit, quibus addi potest, quod Christophorsonus libr. 5. Eusebii c. 43. in versione sua vocem panis omisit, ne contra mysterium transubstantiationis peccaret, si panem post consecrationem adhuc supereſſe diceret.

V. Extat & alia latina veterum historiæ ecclesiasticæ Scriptorum bibliotheca a Johanne Jacobo Grynæo procurata. Ejus titulus est:

Eusebii Pamphili, Rufini, Socratis, Theodoriti, Sozomeni, Theodori, Evagrii, & Dorothei Ecclesiastica historia, sex prope seculorum res gestas complectens: Latine jam olim a doctissimis viris partim scripta, partim e Græco a clarissimis viris Wolfgango Musculo, Joachimo Camerario, & Johanne Christophorsono Britanno, eleganter conversa: Et nunc ex fide Græcorum codicum, sic ut novum opus videri possit, per Joan. Jacobum Grynæum locis obscuris innumeris illustrata, dubiis explicata, mutilis restituta: Chronographia insuper Abrahami Bucholceri

Digitized by

ceri ad annum Epochæ Chriſtianæ 1598. & lectionis ſacræ hiſtoriæ luculenta methodo exornata. Cum continuatione in præſentem annum CIↃ IↃ CXI. & indicibus rerum verborumque locupletiſſimis. Cum gratia & privilegio Cæſareæ Majeſtatis. Baſileæ, per Sebaſtianum Henric Petri.

Et *Euſebii* quidem hiſtoria eccleſiaſtica ex verſione Wolfgangi Muſculi exhibetur; *Ejusdem* libri 4. de vita Conſtantini M. ex verſione Chriſtophorſoni; *Conſtantini* Oratio ad Sanctorum cœtum itidem ex Chriſtophorſoni verſione. Sequuntur deinde *Rufini* Latini Scriptoris libri duo, quibus Euſebii hiſtoriam eccleſiaſticam continuavit. Hos excipiunt *Socratis* libri ſeptem ex verſione Chriſtophorſoni, *Theodoreti* libri quinque ex verſione Joachimi Camerarii, *Sozomeni* libri 9. ex verſione Chriſtophorſoni, *Evagrii* libri ſex ex verſione ejusdem Chriſtophorſoni, *Theodori Lectoris* collectanea, ex verſione Wolfgangi Muſculi, & *Dorothei* libellus de vitis Apoſtolorum & LXX. Diſcipulorum, & Prophetarum ex ejusdem Muſculi verſione. Tandē antiquis his Scriptoribus ſub jungitur *Abrahami Bucholceri* chronographia ad A.C. 1598. cum continuatione ad A.C. 1611.

VI. Poſt Muſculum & Chriſtophorſonum

Græcos hiſtoriæ eccleſiaſticæ Scriptores antiquos latine vertit Henricus Valeſius, quæ verſio a Græco textu & annotationibus ejusdem ſeparata uno volumine A. C. 1677. prodiit.

VII. Sed referri potius meretur græco-latina Valeſii editio, ejusdem annotationibus illuſtrata, & tribus tomis conſtans. *Euſebium* enim A. C. 1659. & ſecundis curis 1671. *Socratem & Sozomenum 1668. Theodoretum* autem, & *Evagrium* cum *Theodoro Lectore*, & *Philoſtorgio 1673.* Pariſiis vulgavit. Quæ editio poſtea in Germania Moguntiæ, ut titulus præ ſe fert, ſeu potius Francofurti repetita fuit. Addidit ergo Valeſius cæteris antiquis hiſtoriæ eccleſiaſticæ Scriptoribus *Philoſtorgium*, ſeu potius Philoſtorgii epitomen, qualem ex integro Philoſtorgii opere nunc deperdito Photius in peculiari extra ſuam bibliothecam tractatu excerpſit. Quæ Philoſtorgii epitome primum Genevæ 1646. cura & ſtudio Jacobi Godofredi, cum ejusdem verſione latina, & prolixis prolegomenis & obſervationibus prodiit. Etſi vero Sarravius in epiſt. 45. hanc Godofredi operam in eruendo & illuſtrando Philoſtorgio poſitam non ſatis ſe prædicare poſſe aſſerat, aliter tamen fuit viſum Stephano Clerico, qui ex hoc ope-

opere Godofredum lingvæ græcæ mediocriter peritum judicavit, ideoque hanc Philoſtorgii editionem critica cenſura caſtigavit, quam tamen certis de cauſis ineditam in ſcriniis ſuis aſſervavit, qua de re Johannes Clericus in vita Stephani Clerici videri poterit. Multa vero etiam Valeſius in iſta Philoſtorgii editione deſideravit, ideoque in ſua editione græcum Philoſtorgii textum emendavit, nova eundem verſione donavit, & annotationibus ſuis illuſtravit. Fuit autem Philoſtorgius Eunomianorum ſectæ addictus, quorum cauſam ubique tam diligenter agit, ut ejus opus rectius Arianorum & imprimis Eunomianorum, & Aëtianorum commendatio & defenſio, & orthodoxorum vituperatio dici mereatur, etſi alias multa lectu & obſervatu non indigna ab eo memoriæ prodita negari non poſſit.

VIII. Alia græco-latina Scriptorum hiſtoriæ eccleſiaſticæ Græcorum Veterum collectio ante Valeſianam jampridem prodierat Coloniæ Allobrogum, ſeu Genevæ A.C.1612. typis Petri de la Roviere. Continet illa *Euſebii* hiſtoriam eccleſiaſticam, & libros de vita Conſtantini M. cum ejusdem *Conſtantini* oratione ad Sanctorum cœtum, & Euſebii oratione panegyrica in Conſtantinum M. cu-

jus græcus textus in hac editione ex Palatina bibliotheca primum prodiit, item *Socratis*, *Theodoreti*, *Sozomeni*, & *Evagrii* historiam ecclesiasticam, & *Theodoris Lectoris* collectanea. Græco textui apponitur latina versio Johannis Christophorsoni Angli Ciceſtrensis quondam Episcopi. Theodori tamen Lectoris græco textui, cum illius collectanea a Christophorsono versa non fuerint, Wolfgangi Musculi versio adjungitur. Præterea quartus liber de vita Constantini adjunctam habet non Christophorsoni, sed Nicolai Carri versionem. Etsi enim Christophorsonus omnes quatuor libros de vita Constantini M. latine reddidisset, quartus tamen casu quodam amissus, & a Carro suppletus est, ut Suffridus Petrus in præfatione ad Scriptores historiæ ecclesiasticæ a se recognitos retulit. Vereor ergo, ne Vir quidam clarissimus in tractat. de Scriptoribus Byzantinis p. 86. memoria lapsus fuerit, cum asserit, quod Portesius tantum tres priores libros de vita Constantini M. verterit, & quartum Nicolaus Carrus addiderit. Portesiana enim versio illorum librorum integra extat. Cæterum hæc græco-latina Scriptorum historiæ ecclesiasticæ collectio in ipso titulo promittit varias lectiones, & additiones codicum, quibus inter-

interpres uſus eſt, ſuis locis inſertas, alias item varias lectiones ex doctiſſimorum Virorum exemplaribus Joſephi Scaligeri, Jacobi Cujacii, Jacobi Bongarſii, & Jani Gruteri ad oram cujusque paginæ fideliter relatas, adeo ut, quicquid ſive in dictionibus ſive in ſententiis univerſæ hiſtoriæ græcæ obſcurum, depravatum, mancum atque imperfectum hactenus fuit, nunc illuſtratum, reſtitutum, & omnibus ſuis numeris ac partibus abſolutum prodeat.

IX. Ut Euſebii hiſtoriam eccleſiaſticam, ita etiam ejusdem chronicon veteres quidam Scriptores continuarunt, quos ſimul cum Euſebiano Chronico diverſis vicibus in unum volumen collectos deprehendimus. Inter primos chronicorum illorum collectores eſt Sichardus, qui operi ſuo Baſileæ A. C. 1529. edito, hunc pompoſum titulum præfixit:

En damus Chronicon divinum plane opus eruditiſſimorum autorum, repetitum ab ipſo mundi initio ad annum usque ſalutis 1512. partim nunc a nobis inventum & editum, partim a mendis, quibus laborabat, plus quam cuiquam creditu facile eſt, ſummo ſtudio & diligentia repurgatum.

Continentur autem hoc volumine partim

Euſebii, & aliorum quorundam veterum, partim recentiorum quorundam Scriptorum chronica. Agmen ducit *Euſebius* ex verſione Hieronymi usque ad annum Chriſti 329. progrediens. Sequitur continuatio *Hieronymi* usque ad annum 381. *Proſperi* usque ad annum 448. *Matthæi Palmerii Florentini* usque ad annum 1449. *Matthiæ Palmerii Piſani* usque ad annum 1481. & *Eruditi cujusdam*, forte ipſius Sichardi, ad annum 1512. Quibus chronicis ultimo loco *Aurelii Caſſiodori* Patricii Romani, & *Hermanni Contracti* Comitis Veringenſis chronica ſubjunguntur.

X. Alias Euſebiano & Hieronymiano chronico continuationes in ſua collectione adjunxit Miræus, ut ipſe titulus indicat, qui talis eſt:

RERUM TOTO ORBE GESTARUM CHRONICA, a Chriſto nato ad noſtra usque tempora. Auctoribus Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo, B. Hieronymo Presbytero, Sigeberto Gemblacenſi Monacho, Anſelmo Gemblacenſi Abbate, Auberto Miræo Bruxellenſi, aliisque. Omnia ad antiquos codices MSS. partim comparata, partim nunc primum in lucem edita. Opera ac ſtudio ejusdem Auberti Mirei, Canonici & Scholar-

larchæ Antverpiensis. Antverpiæ, apud Hieronymum Verdussium, Anno M. DC. VIII.

Prima ergo pars hujus collectionis complectitur *Eusebii* chronicon a latino interprete Hieronymo pluribus in locis interpolatum, cum ejusdem *Hieronymi* continuatione. Neque tamen integrum Eusebii chronicon exhibet Miræus, sed eam tantum partem, quæ a Christo nato usque ad Constantini M. vicennalia deducitur. Altera pars exhibet chronicon *Sigeberti* Gemblacensis Monachi ad autographum veteresque codices MSCtos comparatum, cui accessit *Anselmi* Gemblacensis chronicon cum auctariis *Gemblacensi*, *Affligemensi*, *Valcellensi*, & *Aquicinctino*, quod in anno 1225. terminatur, primum nunc typis editum. Tertia denique pars hujus collectionis ipsum *Miræum* autorem habet, & sistit chronicon rerum toto orbe gestarum ab A. C. 1200. usque ad A. C. 1608. ex variis Scriptoribus concinnatum. Male autem in Sigeberti editione versatum esse Miræum, observat Hulsemannus in manuali Aug. Confess. contra Hagerum p. 629. ubi notat, quod Miræus integras sententias, quæ Pontificum Romanorum temporalem in Imperatores jurisdictionem improbant, absciderit.

XI. Edidit etiam Chronicon Eusebianum

Digitized by Google

Arnaldus Pontacus, ſed duos tantum continuatores addidit, Hieronymum, & Proſperum. Titulus hujus operis eſt:

CHRONICA TRIUM ILLUSTRIUM AUCTORUM, Euſebii Pamphili Epiſcopi Cæſarienſis, D. Hieronymo interprete; D. Euſebii Hieronymi Presbyteri; D. Proſperi Aquitanici Epiſcopi Regienſis. Ab Abrahamo ad an. Chriſti 449. A. R. R. D. Arnaldo Pontaco Epiſcopo Vazatenſi utriusque Conſilii Regii Conſiliario ex 28. MSC. Gall. Itall. & Hiſpann. 8. editionibus, variis auctoribus, qui illa referunt aut exſcribunt, infinitis locis emendata, & Notis illuſtrata. Burdigalæ, apud Simonem Millangium Typographum Regium. 1604. fol.

De quo Pontaci opere Joſephus Scaliger lib. 2. epiſt. 104. ita judicat, ut editoris quidem doctrinam, diligentiam, candorem & modeſtiam commendet, ſed diligentiam ejus nimiam fuiſſe cenſeat, cum tota MSCtorum collatio, in quibus ſæpe plus mendarum quam verborum eſt, multum temporis perdat, & lectorum judicio diffidere videatur. Idem Scaliger in alia epiſtola p. 263. ſcribit, famam fuiſſe quod ad hunc favum (nempe Burdigalenſem Euſebiani chronici editionem) multi ſuos flores contulerint.

XII.

Digitized by Goo

XII. Imprimis hic memorandus est Thesaurus temporum a Josepho Scaligero collectus, cujus prima editio Lugduni Batavorum A. C. 1606. posterior autem Amstelodami A. C. 1658. prodiit. Posterioris titulus ita se habet:

THESAURUS TEMPORUM Eusebii Pamphili Cæsareæ Palæstinæ Episcopi Chronicorum Canonum omnimodæ historiæ libri duo, interprete Hieronymo, ex fide vetustissimorum codicum castigati. Item Autores omnes derelicta ab Eusebio & Hieronymo continuantes. Ejusdem Eusebii utriusque partis chronicorum canonum reliquiæ Græcæ, quæ colligi potuerunt. Opera ac studio Josephi Justi Scaligeri, Julii Cæsaris a Burden Filii. Editio altera; in qua Ejusdem Josephi Scaligeri tertia fere parte auctiores Notæ & castigationes in latinam Hieronymi interpretationem, & Græca Eusebii, suprema Autoris cura emendatæ. Ejusdem Scaligeri Isagogicorum chronologiæ canonum libri tres ad Eusebii chronica & doctrinam de temporibus admodum necessarii: cum duobus indicibus Rerum & Autorum. Amstelodami, apud Joannem Janssonium. 1658.

Continentur autem hoc Thesauro temporum partim Latina, partim Græca.

Latina.

Euſebii Pamphili Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi ex priori parte chronicorum canonum omnimodæ hiſtoriæ reliquiæ, quæ colligi potuerunt, interprete Hieronymo, cum appendice *Proſperi* Tironis Aquitani excipientis derelicta ab Hieronymo.

Euſebii Chronicorum canonum pars poſterior, quæ vocatur Chronicus Canon, interprete Hieronymo, cum ſupplemento ejusdem.

Proſperi Tironis Aquitani Chronicon Conſulare excipiens derelicta ab Hieronymo.

Victoris Epiſcopi Tunnunenſis in Africa Chronicon Conſulare continuans derelicta a Proſpero.

Johannis Abbatis monaſterii Biclarienſis in Hiſpania fundatoris chronicon excipiens ubi deſinit Victor Tunnunenſis.

Idacii Lemicenſis in Gallæcia Epiſcopi Chronicon continuans derelicta ab Hieronymo, ex editione Jacobi Sirmondi, Lutetiæ A. 1619.

Marcellini Comitis V.C. luculentum chronicon continuans derelicta ab Hieronymo, usque ad annum Chriſti 566. ex Ejusdem Sirmondi editione.

Excerpta ex Africani Pentabiblo & Euſebii prio-

Digitized by Google

priore parte Canonum Chronicorum omnimodæ hiſtoriæ, homine barbaro collectore, & interprete ineptiſſimo, utiliſſima alioquin, & bonæ frugis refertiſſima, nunc primum edita. Ex bibliotheca Puteanorum fratrum Claudii V. C. Senatoris Pariſienſis filiorum.

Græca.

Χρονικῶν Κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου τὰ σωζόμενα. *Euſebii* Pamphili Chronicorum Canonum omnimodæ hiſtoriæ Græca prioris partis, quæ ſuperſunt, ante hac non edita.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου χρονικὸς κανών. *Euſebii* Pamphili Chronicus Canon.

Επιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου, ἕως κ ἔτους τῆς βασιλείας Ἡρακλείου. *Compendium temporum auctoris innominati* nunquam antea editum, ab Adam primo homine, ad annum XX. imperii Heraclii, cum Conſulibus: opus utiliſſimum quanquam Scriptoris idiotæ. Ex bibliotheca V. C. Iſaaci Caſauboni.

Χρονογραφία Νικηφόρου Πατριάρχου. Chronographia *Nicephori* Patriarchæ Conſtantinopolitani nunc primum Græce edita.

Ἱστορίων συναγωγή. Collectanea hiſtoriarum partim ex iis Scriptoribus, qui nondum editi ſunt, partim ex iis, qui editi. Penus anti-

antiquæ memoriæ locupletiſſimum, totum fere Euſebium illuſtrans.

Num vero centones illi Græci, quos Scaliger ex Georgio Syncello maxime, nec non ex Cedreno, & chronico Alexandrino conſarcinavit, pro reliquiis Chronici Euſebiani Græci venditari poſſint, viri quidam docti eo nomine dubitarunt, quia Syncellus & Cedrenus aliis etiam græcis autoribus quam Euſebio uſi ſunt, & nonnulla in græco Scaligeri Euſebio occurrunt, quæ Euſebii ſtylum non ſapiunt. Et poſteriorem quidem Euſebiani ſui Chronici editionem Scaliger, quippe tum, cum prodiret, vivis jam exemptus, non vidit. Priorem autem plurimis Typographorum mendis deformatam in epiſtolis ſuis paſſim queritur, in quibus etiam, quantum in Euſebii chronico edendo præſtiterit, haud raro gloriatur. Nam libro I. ep. 61. dicit, ſe non deterreri fama editionis Burdigalenſis, cum ſciat, Euſebium a nemine ita edi poſſe, ut ab ipſo. Et in epiſtola 23. ejusdem libri aſſerit, ſe multa arcana hactenus ignorata eruere, errores animis hominum inſidentes evellere, Euſebium a mendis liberare, & meliorem dare, quam quisquam ſperare poſſit. Et libro 2. epiſtola 164. ſcribit, neminem in Euſebio præſtiturum, quæ ipſe præ-

præstitit. Et libro 3. epist. 134. ait, se hunc Scriptorem velut ab inferis excitare, ut alia loca taceamus.

XIII. Varia monumenta ad sacram ecclesiæ historiam, & vitas Apostolorum aliorumque Sanctorum spectantia, collegit in unum volumen Renatus Laurentius de la Barre, qui operi suo hunc dedit titulum:

HISTORIA CHRISTIANA VETERUM PATRUM, in qua omnium fere eorum, qui a tempore Apostolorum viguerunt, & pro Christi ecclesia militarunt, Acta, Tempora, ac rerum ecclesiasticarum status tanquam in Speculo vere Christiano ad veritatis antiquitatem demonstrantur. Illorum nomina, chronologiam, & catalogum proxima ante primam libri faciem pagina declarabit. R. Laurentii de la Barre labore & industria castigata, atque per ordinem digesta. His adjecimus in principio, Capitum, in calce vero rerum & verborum Indices copiosissimos. Parisiis, apud Michaëlem Sonnium, via Jacobæa sub scuto Basileensi, M. D. LXXXIII.

Sunt autem illa monumenta a Barræo collecta numero viginti, nempe:

I. *PROCHORI Christi discipuli, & Apostoli Johannis amanuensis, peregrinationum*

num quoque & laborum ejusdem comitis, historia de miraculis, vita, & assumptione B. Johannis Apostoli: quam pseudepigraphum esse satis constat.

2. *ABDIÆ Babyloniæ primi Episcopi, qui Christum in carne vidit,* (si vera est fabula) *luculenta certaminis Apostolici historia.*

3. *Vita S. Matthiæ Apostoli, ex Hebræo incerti autoris.*

4. *Historia Divi Marci Evangelistæ, ex vetustissimo codice descripta.*

5. *Synopsis vitæ S. Clementis Romani Episcopi, incerto autore.*

6. *Historia B. Cypriani Martyris & Episcopi Carthag. vetustissimo de codice transcripta.*

7. *Vita, res, & acta S. Apollinaris Martyris.*

8. *LINI Romanorum Pontificis de passione Petri & Pauli ad ecclesias Orientales liber.*

9. *PALLADII D. Evagrii discipuli & æqualis B. Hieronymi, Lausiaca, quæ dicitur, historia.*

10. *B. THEODORETI* Θεοφιλὴς, *i. e. sanctorum Patrum religiosa historia.*

11. *THEODORI STUDITÆ de vita, operibus, & dormitione beati Platonis Oratio.*

12. EGE-

12. *EGESIPPI Scriptoris antiquissimi de bello Judaico, seu excidio Hierosolymitano libri quinque.*

13. *PAULI OROSII Presbyteri Hispani Hormesta mundi, seu adversus Paganos libri septem.*

14. *GREGORII TURONENSIS historiæ Francorum libri X. in quibus passim Martyrum cum infidelibus bella, & ecclesiasticæ cum hæreticis concertationes exponuntur.*

Ejusdem lib. 2. de gloria Martyrum & Confessorum.

15. *BEDÆ gentis Anglorum ecclesiastica historia.*

16. *Auctarium Anglicanæ historiæ cujusdam alterius.*

17. *SIGEBERTI Gemblacensis Cœnobitæ Chronographia, seu rerum descriptio memorabilium ab anno Domini 381. ad annum 1111.*

18. *ROBERTUS DE MONTE ex insertionibus Galfridi chronicam ejusdem Sigeberti perduxit in annum Domini 1210.*

19. *ADONIS VIENNENSIS Archiepiscopi chronicorum breviarium, sive de sex mundi ætatibus commentarius.*

20. *USU-*

20. USUARDI Martyrologium, quo Romana eccleſia ac aliæ quamplures utuntur, juſſu Caroli M. conſcriptum.

XIV. Similem fere collectionem A. C. 1551. concinnavit, & Baſileæ edidit Wolfgangus Lazius, qua quid contineatur, ipſe titulus indicat:

Hoc opere continentur, Liber de paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti, carmine Hexametro, incerto Autore ad Donatum Epiſcopum ſcriptus. Abdiæ Babyloniæ Epiſcopi & Apoſtolorum diſcipuli, de hiſtoria certaminis Apoſtolici libri decem, Julio Africano, cujus ſubinde Hieronymus meminit, interprete. Matthiæ Apoſtoli vita, ex Hebraica lingua incerto interprete verſa. Beatorum, Marci, Clementis, Cypriani & Apollinaris hiſtoriæ, ex ſcriniis & archivis primitivæ Eccleſiæ notariorum. Vita B. Martini Sabarienſis, Epiſcopi Turonenſis, a Sulpitio Severo Rhetore latine conſcripta. Quos omnes Autores multis ſeculis latentes, dum antiquitatem ſacroſanctam rimatur, una cum aliis pluribus a blattis & tineis eruit Wolfgangus Lazius Viennenſis Auſtriacus, D. Ferdinandi Rom. Regis a conſiliis & hiſtoriis. Adjecimus & Joachimi Perionii doctiſſimi Viri librum de rebus

bus geſtis vitisque Apoſtolorum: & locupletem rerum ac verborum in his omnibus memorabilium indicem. Baſileæ, ex officina Joan. Oporini, cum Rom. Reg. Majeſt. privilegio ad annos XV.

Appendicem his Scriptis adjecit Gilbertus Cognatus, qua comprehenditur vita Nicolai e græco in latinum ſermonem verſa, vita Antonii per *Athanaſium*, & quorundam aliorum vitæ partim ſoluto, partim ligato ſermone ſcriptæ, & illæ quidem, quæ ligato ſermone ſcriptæ ſunt, ex Johannis Baptiſtæ Mantuani carminibus ſunt deſumptæ.

XV. Scriptores veteres, qui vitas, & ſententias Patrum & Eremitarum imprimis literis conſignarunt, collegit Rosweydus in opere, cui titulum fecit:

DE VITA ET VERBIS SENIORUM LIBRI X. hiſtoriam Eremiticam complectentes: Autoribus ſuis & nitori priſtino reſtituti, ac notationibus illuſtrati, opera & ſtudio Heriberti Rosweydi Ultrajectini, e Soc. Jeſu Theologi. Accedit Onomaſticon rerum & verborum difficiliorum, cum multiplici indice. Lugduni, Sumtibus Laurentii Durand, 1617.

Præmiſſa ſunt prolixa prolegomena, in quibus Rosweydus agit de inſcriptione horum

Digitized by Google

librorum varia, de eorum autoribus, de lingva in qua ſcripti ſunt, de eorum interpretibus, de librorum horum autoritate & utilitate, de variis eorundem editionibus latinis, & quantum inter ſe conveniant vel diſcrepent, de editionibus aliarum lingvarum, nec non de manuſcriptis, quibus ad quartam hanc editionem adornandam uſus eſt. Sequuntur deinde ipſi libri, quorum primus vitas Pauli Eremitæ, Hilarionis, Malchi, Fabiolæ, Paulæ, & Marcellæ ab *Hieronymo*, Antonii ab *Athanaſio*, Baſilii M. ab *Amphilochio*, Johannis Eleemoſynarii a *Leontio*, Barlaam & Joſaphat a *Damaſceno*, & aliorum ab aliis partim certis partim incertis autoribus deſcriptas continet. Secundum librum variorum Patrum vitas exhibentem autori *Rufino* Aquilejenſi Presbytero Rosweydus tribuit, cum alii illas vitas a Timotheo Alexandrino, vel Palladio, vel Heraclide, vel Evagrio Antiocheno, vel Evagrio Pontico, vel Johanne Hieroſolymitano, vel Petronio Epiſcopo Bononienſi, vel Hieronymo, vel Poſthumiano, vel Valerio Aſturicenſi, collectas putaverint. Tertium librum itidem variorum Seniorum dicta & facta exhibentem, non minus ac ſecundum a *Rufino* Aquilejenſi Presbytero compoſitum Rosweydus conjicit. Quartus

ex

ex *Sulpitii Severi* dialogis, & *Cassiani* collationibus excerptus est. Quintus incertum autorem habet, eumque Græcum, quem *Pelagius* Romanæ ecclesiæ Diaconus latine interpretatus est. Sextus liber est prioris continuatio, quæ interpretem nacta est *Johannem* Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum. Septimus iterum incertum habet autorem Græcum, quem *Paschasius* Romanæ Ecclesiæ Diaconus interpretatus est. Octavus liber constat ex *Palladii* Helenopolitani Episcopi historia Lausiaca. Liber nonus *Theodoreti* Cyri Episcopi Philotheum seu religiosam historiam complectitur, interprete Gentiano Herveto. Decimus denique liber *Johannis Moschi* pratum spirituale continet. Appendicis loco ad decem hos libros additur *Heraclidis* Eremitæ Paradisus, incerto interprete; *Palladii* historia Lausiaca incerto sed veteri interprete; & *Ægyptiorum Patrum sententiæ*, autore Græco incerto, *Martino* Dumiensi Episcopo interprete. Singulos libros, ut & appendicem partim præmissis præludiis, partim subjectis annotationibus editor illustravit, qui etiam ad calcem operis Onomasticon rerum & verborum difficiliorum, quæ in his vitis Patrum occurrunt, adjecit, ut de indicibus 1. librorum & capitum, 2. rerum in vitas Pa-

Digitized by Google

trum, 3. nominum propriorum Virorũ & Mulierum, 4. chronographiæ, & 5. in prolegomena, præludia, & notationes nihil dicamus.

XVI. Idem Rosweydus novum opus de Sanctis in 16. Tomos digerendum molieba-tur, & ideam hujus operis a ſe contexendi in faſtis Sanctorum, quorum vitæ in Belgicis bibliothecis extant, delineabat. Sed Bellarminus, cum delineationem illam legiſſet, de ætate Rosweydi quæſiviſſe dicitur, & cum eum jam annos 40. natum audiviſſet, ulterius rogaſſe, an ipſi exploratum eſſet, ſe ad annos usque 200. vitam protracturum eſſe, cum ab uno homine ea, quæ promiſſa fuerant, minori temporis ſpatio pro dignitate tractari non poſſe judicaret. Nec vanus augur fuit Bellarminus. Rosweydus enim ex vita hac diſceſſit, antequam vel unicus illius operis tomus in lucem prodiiſſet. Interim non defuerunt, qui ante & poſt Rosweydum vitas Sanctorum a variis Autoribus deſcriptas in plura volumina collegerunt. Nam ut de Bonino Mombritio nihil dicam, cujus Sanctuarium in duos ingentes tomos diviſum vitas Sanctorum tam fideliter exprimit, ut ne menda quidem Scriptorum ſuſtulerit, longe majori apparatu Sanctorum vitas collegit Aloyſius Lippomanus, cujus primus tomus

A. C.

A.C. 1551. ſecundus 1553. tertius & quartus 1554. quintus 1556. ſextus & ſeptimus 1558. octavus denique 1560. prodiit, etſi octavus non ab ipſo Aloyſio Lippomano, ſed poſt ejus mortem ab ejusdem nepote Hieronymo Lipomano editus fuerit. Venetiis autem octo illos tomos prodiiſſe indicat Ludovicus Jacobus a S. Carolo in bibliotheca Pontificia lib. 2. p. 246. De cætero memini, quod, cum ſupra in Romanis Patrum bibliothecis Lippomani catenam in Pſalmos memorarem, neſcire me dixerim, num Lippomanus hanc catenam ex Patribus, an ex recentioribus ſcriptoribus contexuerit. Didici autem poſtea ex Andreæ Du Sauſſay tractatu de Scriptoribus eccleſiaſticis ſeculi 16. p. 91. quod hæc Lippomani catena in Pſalmos, non minus quam ejusdem catena in Geneſin & Exodum ex Patribus Græcis & Latinis concinnata fuerit. Sed hæc obiter. Nunc enim ad vitas Sanctorum redeundum, in quibus colligendis Lippomanum ita verſari judicat Montacutius origin. eccleſ. Tom. I. p. 37. ut quicquid Græcia mendax, Sanctorum vitæ & legendæ, Scriptores ineruditi τερατολογοῦντες & φλυαρῶντες commenti fuerunt, corraſerit, congeſſerit, obtruſerit.

XVII. Novum igitur de vitis Sanctorum

opus poſt Mombritium & Lippomanum edidit Laurentius Surius, quod primum A. C. 1570. & ſeq. in ſex tomos diviſum Coloniæ prodiit. Secunda editio, quæ Coloniæ A. C. 1576. lucem publicam aſpexit, quoad tres priores tomos ab ipſo Surio, & quoad tres poſteriores a Jacobo Moſandro locupletata fuit, qui etiam ſupplementi alicujus vice ſeptimum tomum addidit, & præterea *Adonis* Martyrologium ex 4. vetuſtis codicibus deſcriptum adjecit. Tertia Suriani operis editio iterum aucta, & pro 12. menſium numero in 12. tomos diſtributa A. C. 1618 Coloniæ prodiit, qua editione ego utor. Corrupiſſe autem Surium acta Sanctorum notat Bosquetus, & ex eo Dallæus de uſu Patrum p. 82. quemadmodum & Cardinalis Bona de rebus liturgicis libr. I. c. 22. p. 195. queritur, Surium cum magno eruditionis ſacræ & profanæ detrimento in deſcribendis antiquis Sanctorum vitis multa immutaſſe.

XVIII. Horum igitur exemplo etiam Rosweydus aliquot tomos de vitis Sanctorum apparabat, qui cum morte præventus promiſſa non impleret, Johannes Bollandus, & laboris ſocius Godefridus Henſchenius vitas Sanctorum, a variis Autoribus deſcriptas colligere aggreſſi, A. C. 1643. Antverpiæ acta San-

Digitized by Google

Sanctorum Januarii in duos tomos divisa, & A. C. 1650. acta Sanctorum Februarii in tres tomos distributa publicarunt. Postea Bollando jam mortuo Henschenius, & novus laboris socius Daniel Papebrochius A. C. 1668. acta Sanctorum Martii tribus tomis, & A. C. 1675. acta Sanctorum Aprilis totidem tomis distributa ediderunt. Acta autem Sanctorum Maji septem tomis constant, quorum primum, secundum & tertium Henschenius & Papebrochius A. C. 1680. quartum & quintum Henschenio jam defuncto Papebrochius & Franciscus Baertius A. C. 1685. quo etiam propylæum ad acta Sanctorum Maji prodiit, sextum denique & septimum iidem novo socio nempe Conrado Janningo adjuncto A. C. 1688. ediderunt. Secutus est Tomus I. Junii A. C. 1695. secundus 1698. & tertius, qui in d. 19. Junii terminatur, A. C. 1701. Singuli autem ex tribus his Junii tomis Henschenii, qui nonnulla ad hunc mensem pertinentia in suis schedis reliquerat, Papebrochii, Baertii, & Janningi nomina præfixa habent. Sic ergo Jesuitarum illorum studio de Sanctis a 1. die Januarii usque ad 20. Junii Tomi XXII. hactenus prodierunt, quibus a morte Rosweydi, quæ A. C. 1629. contigit, usque ad annum 1701. per duos & septuaginta annos insuda-

Digitized by Google

tum fuit. Videtur ergo integrum adhuc ſeculum expectandum, antequam dies Junii, qui ſuperſunt, & ſex reliqui menſes compleantur. Qualium autem Sanctorum vitæ, vel in Mombritii, vel in Lippomani, vel in Bollandi & Sociorum tomis deſcriptæ fuerint, & a quibus Autoribus vitæ illæ deſcriptæ fuerint, recenſere nolo.

XIX. Pertinent etiam huc Acta Sanctorum Ordinis Benedictini a Luca d'Acherio, & Johanne Mabillonio collecta, quorum primum ſeculum Pariſiis A.C. 1668. ſecundum A.C. 1669. tertium in duos tomos diſtributum A.C. 1672. quartum itidem in duos tomos diviſum A. C. 1677. & 1680. quintum A.C.1685.& ſextum duobus tomis diſtinctum, in quo illuſtrando ſimul cum Mabillonio Theodoricus Ruinartus operam ſuam poſuit, A. C. 1701. prodiit. Sed hæc quoque novem volumina ſingillatim referre, & quæ monumenta ſingulis contineantur, recenſere nolumus. Multo minus operæ pretium eſt enumerare præcipuos Autores, qui geſta Pontificum ſeu Epiſcoporum Tungrenſium, Trajectenſium, & Leodienſium literis conſignarunt, quos collegit, & tribus tomis in quarto Leodii 1612. publicavit Johannes Chapeavillus, Canonicus & Vicarius Leodienſis, ut alias

ejus

ejus generis collectiones taceamus. Potioris momenti sunt acta primorum Martyrum sincera & selecta, ex libris cum editis tum MSCtis collecta,& notis illustrata a Theoderico Ruinarto, cujus modo mentionem fecimus, Parisiis 1689. Sed nimis longum foret singula monumenta, ex quibus acta illa deprompta sunt, enumerare.

XX. Libellos quosdam Veterum pœnitentiales in unum Syntagma collegit, & Venetiis A. C. 1584. edidit Antonius Augustinus. Titulus operis est hujusmodi:

CANONES POENITENTIALES, quibus ordine succedunt hi tractatus: id est,

I. Pœnitentiale Romanum.

II. De remediis peccatorum Venerabilis Bedæ Presbyteri.

III. Pœnitentium liber Rabani Mauri Moguntinensis Archiepiscopi.

IV. Epistola Canonica S. Gregorii Nyssæni Episcopi ad S. Letoium Melitenes Episcopum.

V. Epistolæ canonicæ S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi Neocæsariensis canon ultimus.

VI. Canones pœnitentiales Astensis.

Cum quibusdam notis Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis. Episcopis, Archiepiscopis, Cardinalibus, Pœnitentiariis,

Digitized by Google

Theologis, & Confessoribus quibuscunque delictorum pœnitentiam imposituris scitu admodum digni, ut animabus peccatorum laqueis irretitis opportuna noscant adhibere remedia.

Simili labori operam impendit Johannes Morinus, quippe qui commentario suo historico de disciplina in administratione Sacramenti Pœnitentiæ adjunxit e codicibus MSCtis libellos quosdam pœnitentiales, quorum nonnullos integre evulgavit, ex nonnullis autem tantum aliqua ad pœnitentiam vel publicam vel privatam conducentia excerpsit. Qui commentarius Morini primum Parisiis, deinde vero Antverpiæ 1682. lucem publicam aspexit. Idem Morinus in commentario de sacris ordinationibus, qui primum Parisiis, ac deinde A. C. 1695. Antverpiæ iterum prodiit, varios libellos ad ordinationem spectantes collegit, quos inter *Auxilii* tractatus de ordinatione Formosi Papæ, & *Symeonis* Thessalonicensis liber de sacramento ejusque mysteriis.

XXI. Veteres canonum ecclesiasticorum Collectores Græcos & Latinos Voellus & Justellus collegerunt in opere, quod inscribitur:

BIBLIOTHECA JURIS CANONICI VETERIS

TERIS in duos tomos distributa. Quorum unus canonum ecclesiasticorum codices antiquos tum Græcos, tum Latinos complectitur, subjunctis vetustissimis eorundem canonum Collectoribus Latinis: alter vero insigniores juris Canonici veteris Collectores Græcos exhibet. Ex antiquis codicibus MSC. bibliothecæ Christophori Justelli. Horum major pars nunc primum in lucem prodit, cum versionibus Latinis, Præfationibus, Notis, & Indicibus huic editioni necessariis, opera & studio Gulielmi Voelli Theologi ac Socii Sorbonici, & Henrici Justelli, Christophori F. Lutetiæ Parisiorum, apud Ludovicum Billaine, A. C. 1661.

In primo tomo continentur:

Codex Canonum ecclesiæ universæ a Concilio Calchedonensi, & Justiniano Imperatore confirmatus, Græce & Latine, emendatior quam in prima editione.

Christophori Justelli notæ in codicem ecclesiæ universæ, emendatæ & auctæ.

Codex canonum ecclesiasticorum *Dionysii Exigui*; sive Codex canonum vetus ecclesiæ Romanæ, ex antiquissimo codice MSC. bibliothecæ Christophori Justelli.

Epistola Synodica S. Cyrilli, & Concilii Alexan-

Digitized by Google

xandrini contra Neſtorium a Dionyſio Exiguo in Latinum ſermonem translata.

Collectio decretorum Pontificum Romanorum, auctore *Dionyſio Exiguo.*

Altera collectio decretorum Pontificum Romanorum collectioni Dionyſianæ addita.

Priſca canonum editio Latina complectens canones Conciliorum Ancyrani, Neocæſarienſis, Nicæni, Sardicenſis, Gangrenſis, Antiocheni, Laodicenſis, Conſtantinopolitani, & Calchedonenſis, nunc primum edita ex vetuſtiſſimo codice MSC. Chriſtophori Juſtelli.

Codex canonum Eccleſiæ Africanæ, Græce & Latine ex editione Chriſtoph. Juſtelli A. 1615. in multis emendata.

Chriſtophori Juſtelli notæ & obſervationes in codicem Eccleſiæ Africanæ.

Fulgentii Ferrandi Eccleſiæ Carthaginienſis Diaconi breviatio canonum.

Criſconii Epiſcopi Africani Breviarium Canonicum.

Indiculi duo in Ferrandum & Criſconium, quorum unus materiam canonum, alter vero conſonantiam & diſcrepantiam inter utrumque declarat, e MSC. exemplari *Gulielmi Blueti* in Senatu Pariſienſi Advocati, nunc primum editi.

In Appendice Tomi primi:

Mar-

Martini Bracarenſis Epiſcopi collectio Orientalium canonum adſcriptis ad margines tum variis lectionibus, tum fontibus ex quibus canones illi deprompti ſunt, cura & ſtudio Joan. Doviatii Sacrorum canonum Profeſſoris Regii, nunc primum edita.

Criſconii Epiſcopi Africani alterum opus, quod liber canonum, ſeu concordia canonum inſcribitur, in quo integri Conciliorum canones & Pontificum decreta referuntur. Ex codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ Societ. Jeſu nunc primum editum.

In Secundo Tomo:

Johannis Antiocheni Scholaſtici dicti, Patriarchæ Conſtantinopolitani collectio canonum in quinquaginta titulos diſtributa. Græce & Latine, quæ nunc primum in lucem prodit e codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ Societatis Jeſu.

Ejusdem Johannis Scholaſtici Nomocanon, Græce & Latine, e codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primum in lucem editus.

Alexii Ariſtini Synopſis canonum Græce & Latine, e codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primum edita.

Simeonis Magiſtri & Logothetæ Epitome canonum, Græce & Latine e codice MS. ejusdem Bibliothecæ Regiæ nunc primum edita.

Ar-

Digitized by Google

Arſenii Monachi Patriarchæ Conſtantinopolitani divinorum canonum ſynopſis, ſive Nomocanon Græce & Latine nunc primum edita ex codice MS. ejusdem Bibliothecæ Regiæ.

Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon cum *Theodori Balſamonis* Patriarchæ Antiocheni commentariis, Græce & Latine e codice MS. Bibliothecæ Palatinæ anno 1615. editus a Juſtello: in hac vero editione ad codicem MS. Eminentiſſ. Cardinalis Mazarini collatus, cum prolegomenis ejusdem Photii e codice Bibliothecæ Oxonienſis Græce & Latine nunc primum editis.

Ejusdem *Photii* opuſculum de ſeptem Synodis Oecumenicis, Græce & Latine.

Nili Metropolitæ Rhodii de ſanctis & œcumenicis Synodis enarratio ſynoptica Græce & Latine.

Autoris Anonymi de ſex Oecumenicis Synodis opuſculum, Græce & Latine.

Συνόδικον, ſive libellus ſynodicus anonymi Autoris, omnes Synodos tam orthodoxas, quam hæreticas a tempore Apoſtolorum ad octavam œcumenicam complectens, Græce & Latine.

Theodori Balſamonis collectio conſtitutionum eccleſiaſticarum e Codice, Digeſtis & Novel-

Novellis Juſtiniani congeſta, olim a *Leunclavio* Latine ſub Paratitlorum nomine primum edita, nunc vero e duobus antiquiſſimis codicibus MSS. inter ſe collatis Græce primum prodit, cum ejusdem Leunclavii verſione in multis emendata.

Caroli Annibalis Fabroti notæ perpetuæ in eamdem collectionem Theodori Balſamonis nunc primum editæ.

Johannis Leunclavii in Paratitla Notatorum libri duo.

Cæterum de hujus bibliothecæ editione acris fuit contentio Petri de Marca cum Voello & Henrico Juſtello. Cum enim Marca noſſet, quod Chriſtophorus Juſtellus Henrici pater in codice ſuo canonum MSC. antiquiſſimo, in quo Sardicenſes canones proxime poſt Nicænos ſequebantur, canones Sardicenſes cultro a Nicænis reſecuiſſet, & ad calcem codicis rejeciſſet, verebatur Henricum Juſtellum Chriſtophori F. in editione hujus antiquiſſimi codicis Sardicenſes canones ob aſſertam in iis Pontificis Romani poteſtatem ſuppreſſurum eſſe, ideoque pro ea qua pollebat poteſtate facile obtinebat, ne Voelli & Juſtelli bibliotheca canonica publici juris fieret, niſi prius Sardicenſes canones ſuo loco, quem in MSCto Chriſtophori Juſtelli

ſtelli obtinuerat, ſtatim poſt Nicænos ponerentur, & præfatiuncula quædam, quam ipſe Marca compoſuerat, & manu ſua ſcripſerat, præmitteretur. Verum Voellus & Juſtellus, etſi Sardicenſibus canonibus locum ſuum redderent, omiſſa tamen præfatiuncula, quam Petrus de Marca addi volebat, aliud monitum præmiſerunt, in quo obſervant, quod collector illorum canonum, cum Sardicenſes canones ſtatim poſt Nicænos poſuit, non dignitatem concilii, ſed temporis ordinem ſecutus fuerit. Prolixe hæc omnia narrat Stephanus Baluzius in præfatione ad Petri de Marca opuſcula poſthuma. Debuiſſet autem, dum Chriſtophorum & Henricum Juſtellos fraudis alicujus arguit, etiam addere, quam fraudulenter Zoſimus Romanus Pontifex, ejusque ſucceſſores Bonifacius, & Cœleſtinus Sardicenſem canonem, quo jus appellandi ad Romanam ſedem aſſeritur, pro Nicæno canone venditaverint, qua de re hic non eſt dicendi locus.

XXII. Referri hic etiam poſſent, qui concilia generalia & provincialia a Patribus habita, eorumque in conciliis decreta collegerunt. Talis eſt collectio Jacobi Merlini duobus tomis Pariſiis 1524. & poſtea Coloniæ 1530. iterumque 1535. vulgata: Collectio Petri Crab-

Crabbe Coloniæ 1538. duobus tomis, & postea ibidem 1551. tribus tomis edita: Collectio Laurentii Surii, qui Coloniæ quatuor Conciliorum volumina publicavit: Collectio, quæ Venetiis apud Dominicum Nicolinum in quinque tomos distributa prodiit: Collectio Severini Binii prior 1606. Coloniæ, & posterior longe auctior 1618. ibidem edita, & postea etiam a Parisiensibus Typographis in 9. tomos distributa: Collectio, quæ Parisiis 1644. ex Typographia Regia emissa est, & in tomos 37. distributa: Collectio Philippi Labbei, & Gabrielis Cossartii, Parisiis 1671. & 1672. quindecim tomis constans, quibus etiam tomus apparatum & indices continens accessit: Collectio nova Conciliorum Stephani Baluzii, cujus primus tomus Parisiis 1683. lucem publicam aspexit, reliqui autem nondum quod sciam prodierunt: ut Concilia Gallicana Jacobi Sirmondi Parisiis vulgata, Hispanica Garsiæ Loaisæ Madriti edita, & Cardinalis Agvirre Romanis typis excusa, Anglicana Henrici Spelmanni Londini publicata, & plures alias veterum Conciliorum collectiones taceamus.

XXIII. Liturgiæ Sanctorum Patrum Parisiis 1560. in fol. Græce typis Regiis prodierunt. In alia editione iisdem liturgiis græ-

co textui latinus adjunctus est itidem typis Regiis, ut indicat bibliotheca Nicolai Heinsii p. 6. Tres tantum liturgias nempe *S. Basilii Magni*, *S. Gregorii* Theologi, & *Cyrilli* Alexandrini ex Arabico conversas edidit Victorius Scialach Accurensis, Maronita e Monte Libano Augustæ Vindelicorum apud Christophorum Mangum, A. C. 1614. Qui libellus ex viri doctissimi Stephani Le Moyne bibliotheca, cum ea per auctionem distraheretur, in meam transiit.

XXIV. Catena Patrum Græcorum & Latinorum in Jeremiam inserta est Michaelis Ghislerii commentario in Jeremiam, qui Lugduni 1623. lucem publicam adspexit. Addita est catena Patrum in Lamentationes Hieremiæ & Baruch. Unde autem Ghislerius illas catenas depromserit, & quomodo in illarum editione versatus fuerit, exponit ipse in præfatione ad Jeremiam c. 7. & 8. ubi inter alia refert, catenam in Lamentationes jam pridem ab Antonio Agellio Acernensi Episcopo versam, & Romæ editam fuisse.

XXV. Catenam Græcorum Patrum in omnia Cantica V. & N. T. ab Antonio Caraffa Patavii A. C. 1564. editam memorat Bibliotheca Barberina p. 250. Eandem etiam Coloniæ editam fuisse, supra jam observavimus.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI. Opera Patrum, quæ Erasmus Roterodamus latine vertit, tomo VIII. ejus operum conjunctim exhibentur. Vertit autem Erasmus latine:

Ex *Chrysostomo*

Adversus Judæos homilias V.
De Lazaro & divite homilias IV.
De Visione Esaiæ homilias V.
De Philogonio Martyre homiliam.
De orando Deum libros II.
De David & Saule, deque tolerantia homilias III.
Quum Presbyter esset designatus, homiliam.
In Psalmum, Cantate Domino canticum novum, homiliam.
Quum Sartoninus & Aurelianus acti essent in exilium, homiliam.
De fide Annæ homilias II.
Commentariorum in Acta Apostolorum homilias IV.
Commentaria in Divi Pauli 2. ad Corinthios epistolam homil. VII.
Commentaria in totam D. Pauli ad Galatas epistolam.
In epistolam ad Philippenses homil. II.

Ex *Athanasio*

De sancto Spiritu epistolas 2.

Digitized by Google

Contra Eusebium de Nicæna Synodo epistolam.

Apologeticos 2. adversus eos, qui calumniabantur, quod in persecutione fugisset.

De passione Domini ac de cruce homiliam.

De eo quod scriptum est: *Euntes in Castellum quod &c.*

De virginitate, sive de exercitatione.

De peccato in Spiritum sanctum.

De Spiritu S. librum.

Ex *Origene.*

Fragmentum Origenis in Evangelium Matthæi, cui præmittitur de vita, phrasi, docendi ratione, & operibus Origenis, cum singulorum librorum censuris dissertatio.

Ex *Basilio.*

Principium Esaiæ.

De Spiritu sancto librum.

De laudibus jejunii homilias 2.

XXVII. Cum *Theophylacti* explicationes in acta Apostolorum, breviter & concise è Patribus collectas, ex Sambuci bibliotheca latina sua versione græco textui addita ederet Coloniæ 1568. Laurentius Sifanius, adjiciebat quinque diversorum Patrum nempe *Gregorii Nysseni*, *Amphilochii*, *Chrysostomi*, *Cy-*

Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, & *Timothei* Presbyteri Hierosolymitani orationes in occursum Domini, ut & *Gregorii Nysseni* orationem de Deitate Filii & Spiritus sancti, quarum orationum græco textui itidem latinam suam versionem Sisanius adjunxit.

XXVIII. Simul cum *Clementis Romani* libris 10. Recognitionum Apostolicarum, a Rufino Aquilejensi Presbytero latine versis, veterum Pontificum Romanorum *Clementis*, *Anacleti*, *Evaristi*, *Alexandri*, *Xysti*, *Hygini*, *Soteris*, *Victoris*, *Zephyrini*, *Urbani*, *Pontiani*, *Anteri* & *Eutychiani* epistolas, quas suppositas esse jam supra notavimus, ut & *Constantini* Imperatoris confessionem Basileæ A. C. 1526. edidit Johannes Sichardus.

XXIX. Autores veteres, qui ex instituto de Scriptoribus ecclesiasticis egerunt, a Suffrido Petro collectos supra indicavimus, cum de Colonienſibus Patrum bibliothecis egimus. Simile institutum tenet Miræus in bibliotheca sua ecclesiastica, cujus hic est titulus:

BIBLIOTHECA ECCLESIASTICA, sive Nomenclatores VII. Veteres:
S. Hieronymus Presbyter & Doctor ecclesiæ,
Gennadius Massiliensis,

S. Ildefonſius Toletanus,
Sigebertus Gemblacenſis,
S. Iſidorus Hiſpalenſis,
Honorius Auguſtodunenſis, &
Henricus Gandavenſis.
Aubertus Miræus, Bruxellenſis, S.R.E. Protonotarius, Decanus Antverpienſis, auctariis & ſcholiis illuſtrabat. Antverpiæ, apud Jacobum Meſium, M. DC. XXXIX.

Singulos illos Autores, qui in titulo notati ſunt, notis ſuis illuſtravit Miræus, qui etiam auctarium adjecit de Scriptoribus eccleſiaſticis, quorum opera ex toto, vel pro parte, apud veteres Nomenclatores ſacros Hieronymum, Gennadium, Iſidorum, Ildefonſum, Honorium, Sigebertum, & Henricum Gandavenſem deſiderantur. Quin etiam poſt Miræi mortem A. C 1649. altera bibliothecæ hujus eccleſiaſticæ pars, quam Miræus ceu fœtum poſthumum reliquit, publicata fuit ab Auberto van den Eede, Canonico, Sigillifero & Scholaſtico Antverpienſi. Agit autem hæc altera pars de Scriptoribus eccleſiaſticis, qui ab A. C. 1494. in quo Trithemius deſiit, usque ad Miræi ætatem, floruerunt.

XXX *Epiphanium* de vitis Prophetarum græce & latine, *Sophronium* de vitis Evangeliſta-

liſtarum græce & latine, Parabolas & miracula ſecundum Evangeliſtas a *Nazianzeno* carminice deſcripta græce & latine, *Hieronymi* catalogum Scriptorum eccleſiaſticorum græce & latine cum ſcholiis Eraſmi, & *Gennadii* catalogum illuſtrium virorum latine Albanus Torinus Baſileæ A. C. 1529. conjunctim edidit.

XXXI. *Syneſium* ſuper dono Aſtrolabii ad Pœonium, *Origenem* in orationem dominicam & Cantica B. Virginis, Zachariæ & Simeonis, *Gregorium Nyſſenum* de reſurrectione, *Chryſoſtomi* de principatu & imperio conciones, *Ezechielis* Tragici Judaïci Poëtæ tragœdiam de eductione ſeu liberatione Hebræorum, *Conſtantini* Imperatoris reſcriptum ad Arium & Arianos, *Nazianzeni* oden de ſe ipſo, *Johannis Geometræ* hymnos in Mariam, & *Ejusdem* Paradiſum: Omnia Græce & Latine per Fed. Morellum Pariſiis prodiiſſe, indicat Bibliotheca Heinſiana p. 76. Eadem Bibliotheca eadem pagina indicat, homilias quasdam *Baſilii, Gregorii Nyſſeni, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Cyri Germani* Græce ſtudio Hœſchelii Auguſtæ Vindelicorum A. C. 1587. prodiiſſe.

XXXII. Apocrypha a Michaele Neandro

Digitized by Google

collecta, & cum Græca ejus Catecheli Basileæ 1567. edita sunt sequentia:

Historia Christi ex *Suida.*
Protevangelium *Jacobi.*
Narratio de Christo & Abgaro, ex *Eusebio.*
Narratio de imagine Christi impressa in panno lineo, ex *Damasceno* & *Evagrio.*
Josephi testimonium de Christo.
Pilati ad Tiberium epistola græca.
De Forma Christi ex *Nicephoro.*
Pilati & *Lentuli* epistolæ ad Tiberium lat.
De miraculis tempore nativitatis Christi.
De eclipsi, quæ tempore passionis Christi accidit.
De Christo ex Virgine nascituro *Zonaræ* relatio.
Sibyllarum de Christo aliisque rebus oracula, cum nonnullis Veterum testimoniis.
Narratio de Domitiani inquisitione in posteros Davidis, ex *Eusebio.*
Narratio de muliere hæmorrhousa a Christo sanata.
De Statua hæmorrhousæ per Julianum sublata.

Ame-

Amelius de primis verbis evangelii Johannis.
De forma Mariæ, Petri, & Pauli ex *Nicephoro.*
De Johanne Baptiſta ex *Joſepho.*
De Nerone ex *Suidæ.*
De interitu Pilati.
De obitu Arii.
Hiſtoria de Edeſſenorum conſtantia.
De interitu Herodis.
De obitu Herodis Agrippæ.
Procborus de vita & miraculis Johannis Evangeliſtæ, interprete Caſtalione, cui inſerta eſt *Apollonidis* Rhetoris epiſtola ad Myronem Patrem ſuum.
Epiſtola *Plinii* ad Trajanum cum *Trajani* reſponſo.

XXXIII. Septem tubas Sacerdotales, ſeu opera inſigniora ſeptem Patrum a Jacobo Merlone Horſtio collecta, & Coloniæ 1635. edita fuiſſe, ex Sluſiana Bibliotheca p. 29. cognoſcere mihi licuit. Qui autem ſint illi ſeptem Patres, & quæ ipſorum opera ab Horſtio collecta, cum illam collectionem nunquam viderim, dicere non poſſum. *Divi Aurelii Auguſtini* Hipponenſis Epiſcopi

Digitized by Google

meditationes, Soliloquia & Manuale ; *B. Anſelmi* Archiepiſcopi Cantuarienſis meditationes, cum tractatu de humani generis redemptione ; *D. Bernhardi* meditationes, ſive librum de Anima; Et *Idiotæ* Viri docti contemplationes de amore divino, ad MS. exemplaria emendavit, in meliorem ordinem diſtribuit, & promulgavit Henricus Sommalius Societatis Jeſu Theologus, Coloniæ Agrippinæ, A. C. 1637. *S. Cyrilli Alexandrini* & *Johannis Damaſceni* argumenta contra Neſtorianos, Quæſtiones item & Reſponſiones de fide ; præterea *Michaëlis Pſelli* capita undecim theologica de S. Trinitate & perſona Chriſti ad Michaelem Comnenum Imperatorem; ac denique *Charitonymi Chriſtonymi* capita decem ad Anonymum pro divinitate Chriſti, & Chriſtianæ religionis veritate adverſus Mahometiſtas & alios infideles; e MS. codicibus Bibliothecæ Auguſtanæ eruit, latine vertit & notis declaravit M. Johannes Wegelinus Auguſtanus, Auguſtæ Vindelicorum, A. C. 1611.

XXXIV. Legationem Imperat. Cæſaris *Manuelis Comneni* Aug. ad Armenios, ſive *Theoriani* cum Catholico, (ſeu Patriarcha Armenorum) diſputationem, qua imago pii de religione colloquii repræſentatur, una cum

cum *Leonis Magni* epiſtola rectæ fidei columna, *Johannis Damaſceni* contra Manichæos dialogo, *Leontii Byzantini* hiſtoria ſectarum, *Conſtantini Harmenopuli* libello de ſectis, ejusdemque, ut & *Hilarii* & *Auguſtini* fidei confeſſionibus, omnia græce & latine edidit Johannes Leunclavius Baſileæ 1578.

XXXV. *Agobardi* Archiepiſcopi Lugdunenſis opera, item *Leidradi* & *Amulonis* Archiepiſcoporum Lugdunenſium epiſtolas & opuſcula Stephanus Baluzius in unum collegit, emendavit, & notis illuſtravit Pariſ. 1666. qui etiam in Capitularibus Regum Francorum, & plerisque operibus a ſe editis appendices actorum veterum adjicere conſvevit. *Athanaſii* Archiepiſcopi Alexandrini ſyntagma doctrinæ ad Clericos & Laicos, item *Valentiniani* & *Martiani* Impp. epiſtolas duas ad Leonem M. & *Theodori Abucarx* tractatum de unione & incarnatione utraque lingua cum notis ſuis edidit Pariſiis 1685. Andreas Arnoldus Chriſtophori F. Noribergenſis. *Optati Milevitani* opera, *Geſta collationis cum Donatiſtis*, & *Facundi* Hermianenſis opera Pariſiis A. C. 1629. vulgavit Philippus Priorius. Cum *Lanfranci* Archiepiſcopi Cantuarienſis operibus, *Chronicon Beccenſe*,

le, & vitas Abbatum quorundam Beccenſium, item *Hugonis Lingonenſis* tractatum de corpore & ſanguine Chriſti contra Berengarium, & *Durandi* Abbatis Troarnenſis tractatum ejusdem argumenti contra Berengarium ejusque ſectatores, Lucas Dacherius Pariſiis 1648. publicavit. Cum concilio Duziacenſi utriusque *Hincmari* varias epiſtolas, & *Walterii* Aurelianenſis Epiſcopi Capitula Ludovicus Cellotius Pariſiis 1658. edidit, ut alias hujusmodi pauciorum Patrum collectiones taceamus.

XXXVI. Collectio Romana Lucæ Holſtenii Romæ 1662. adjunctis notis ipſius poſthumis edita, in duas partes diviſa eſt. Prima pars continet Synodum Romanam ſub Bonifacio II. cum variis monumentis ad illam pertinentibus; Synodum Romanam ſub Damaſo, variasque *Damaſi*, *Siricii*, *Simplicii*, *Bonifacii*, *Gelaſii* & *Pelagii* epiſtolas; Synodum Romanam ſub Bonifacio IV. *Honorii* Papæ ad Johannem & alios Epiri Epiſcopos, Ejusdemque ad Sergium Subdiaconum epiſtolas, nec non *Johannis* Papæ ad Iſaac Syracuſanum epiſtolam; & poſtremo loco Synodum Lateranenſem ſub Stephano IV. cum *Dionyſii Exigui* epiſtola ad Julianum Presbyterum tituli S. Anaſtaſiæ. Pars ſecunda com-

Digitized by Goo

comprehendit Synodum Romanam ſub Eugenio II. Synodum Romanam ſub Leone IV. Synodum Romanam ſub Adriano in cauſa Anaſtaſii, Synodum Ravennatenſem ſub Johanne VIII. Synodum Placentinam ſub Urbano II. *Caroli Magni* capitulationem de partibus Saxoniæ, Ejusdem epiſtolam ad Leonem III. Papam, *Lotharii* Imperatoris Conſtitutiones, *Theodorici* præceptum ſive legem, *Ottonis I.* & *Henrici I.* Conſtitutionem, & tandem *Fulconis* Comitis Andegavenſis libelli fragmentum.

XXXVII. Poëtas quosdam antiquos ſacros, nempe *Prudentium*, *Proſperum*, *Johannem Damaſcenum*, *Cosmam Hieroſolymitanum*, *Marcum* Epiſcopum & *Theophanem* in unum volumen collegit Aldus Romanus, anno editionis non expreſſo.

XXXVIII. Scriptores veteres, qui Pontificum Avenionenſium vitas & geſta ſcripſerunt, Stephanus Baluzius Pariſiis A.C. 1693. cum notis ſuis & collectione actorum veterum edidit. Bullæ autem Potificum Romanorum a Leone I. usque ad Clementem X. in Laertii Cherubini, & Angeli Mariæ Cherubini Bullario magno exhibentur, cujus noviſſima editio Lugduni 1687. prodiit.

XXXIX

XXXIX. A. C. 1605. Lugduni Johannes a Boſco tractatum edidit, cujus titulus.

FLORIACENSIS VETUS BIBLIOTHECA Benedictina, Sancta, Apoſtolica, Pontificia, Cæſarea, Regia, Franco Gallica. Ad Henricum IV. Chriſtianiſſimum Franciæ & Navarræ Regem, ac Mariam Mediceam Reginam. Cum utroque Xyſto ad diverſos. Opera Johannis a Boſco Pariſienſis, Cœleſtini Lugdunenſis, nunc primum e latebris emerſa, ac antiquariorum uſui expoſita.

Diviſa eſt hæc bibliotheca in duas partes. Contenta primæ partis ſunt :

Adrevaldi Floriacenſis Monachi hiſtoria translationis SS. Benedicti, & Scholaſticæ.

Quatuor libri de miraculis S. Benedicti, quorum primi Autores ſunt *Adrevaldus* & *Adelerius*, ſecundi & tertii *Aymoinus*, quartivero *Anonymus* ; omnes Cœnobitæ Floriacenſes.

Diedericus Monachus de illatione S. Benedicti.

Conſervatio corporis S. Benedicti Autore Johanne a Boſco.

In

Inventarium authenticorum Reſcriptorum, Autore eodem.
Sermo *S. Odonis* de S. Benedicto.
Sermo *Aymoini* de eodem.
Vita S. Abbonis Martyris per *Aymoinum*.
Tortarius Floriacenſis de translatione S. Mauri Martyris.
Variorum Autorum fragmenta.
Epiſtola D. *Capelleti*.
Relatio trium Autorum.
Brevis apologiſmus Johannis a Boſco.
Veteres conſuetudines Floriacenſes.
Antiqua monumenta Britannica, ad Cæſarem Vindocinenſem Ducem, i. e. Vitæ SS. Pauli Leonenſis, Gildæ Sapientis, Samſonis & Machutis.

Contenta ſecundæ partis:

Vitæ SS. Genulfi & Geniti Romanorum libri duo ad Paulum V. Papam.
Giſſeberti de vita, translationibus & miraculis S. Romani Itali Abbatis libri duo ad Illuſtriſſimum Cardinalem de Gyuri.
Medardica ad Aloyſiam Lotharingiam, complectentia S. Medardi vitam per Fortunatum, ſermones tres de S. Medardo, ac rhythmos de B. Magdalena.

B.

B. Magdalenæ præconia ad Reverendissimum Abbatem Cluniacensem, continentia sermonem *S. Odonis*, ac *S. Joannis* homilias duas de B. Magdalena.

Commentarius de translatione B. Jacobi Apostoli ad Philippum III. Hispaniarum Regem Catholicum.

SS. Machabeorum Victoriæ ac Triumphus per *D. Hilarium* versu decant. ad Illustriss. Cardinalem de Sourdy, fortissimum Marechallum Dornanum.

Triumphus S. Mamantis Martyris tribus libris comprehensus ad Illustriss. Cardinalem Baronium.

Vita S. Panacii Romani tertii Cænomanensis Episcopi ad Cænomanenses.

Vita S. Arnulfi Turonensis Pontificis, & exumatio B. Martini Turonici ad Ludovicum Seguerium.

Vita S. Læti Mixiacensis Monachi ac Confessoris ad Aurelianenses.

Johannes a Bosco de vita B. Roberti Cœlestini ad Celsum Amerigum Cœlestinum.

Fragmentum Hispanicarum rerum, ex perantiquo Martyrologio Ecclesiæ Lugdunensis.

XL.

XL. Scriptores, quos Orthuinus Gratius in fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum, & Eduardus Brown in appendice ad novam editionem hujus fasciculi Londini 1690. edidit, in actis eruditorum mense Martio 1691. recensui, nec hoc loco repetam. Similis collectio est, quam Simon Schardius procuravit, & Basileæ 1566. publicavit hoc titulo:

De jurisdictione, autoritate, & præeminentia Imperiali, ac potestate ecclesiastica, deque juribus regni & imperii, variorum autorum, qui ante hæc tempora vixerunt, scripta: collecta, & redacta in unum. Opus non solum Jurisperitis, sed & Theologis ac Historicis plurimum profuturum.

Continentur hoc volumine:

1. De unitate ecclesiæ conservanda, & schismate quod fuit inter Henricum IV. Imperatorem, & Gregorium VII. *Venerici Vercellensis*, ut putatur, liber.
2. Epistola *Leodiensium* adversus Paschalem II. scripta pro Henrico IV.
3. *Johannis de Parrhisiis*, Doctoris Theologi tractatus de potestate Regia & Papali.
4. *Marsilii Patavini* de translatione Imperii.
5. *Dantis Aligerii* de monarchia libri 3.
6. *Rodulphi de Columna* de translatione Imperii.

7. *Jordani* chronica, qualiter Imperium translatum fuit in Germanos.
8. *Æneæ Sylvii* de ortu & auctoritate Imperii Romani libellus.
9. *Lupoldi de Babenberg* de jure regni & Imperii tractatus.
10. *Ejusdem* de zelo Christianæ religionis veterum Principum Germanorum libellus.
11. *Nicolai Cusani* de concordantia Catholica libri 3.
12. Disputatio inter militem & clericum super potestate Secularibus in Clericos permissa.
13. *Francisci de Zabarellis* de schismatibus autoritate Imperatoris tollendis.
14. *Walthrami* Episcopi Naumburgensis de investitura Episcoporum per Imperatores facienda libellus.
15. De Imperii translatione a Græcis ad Germanos *Michaelis Coccinii* Tubingensis opusculum.
16. *Laurentius Valla* de falsa donatione Constantini, cum Ulrici Hutteni præfatione ad Leonem X. Pont. Max.
17. Privilegia aut jura Imperii circa investituras Episcopatuum per *Theodoricum a Nyem.*
18. De Principum, quibus electio Imperatoris in Germania commendata est, origine seu insti-

Digitized by

institutione, *Simonis Schardii* JCti liber. Nova editio hujus collectionis Schardianæ Argentorati 1618. prodiit, cujus hic est titulus:

SYLLOGE HISTORICO-POLITICO-ECCLESIASTICA, hoc est, Variorum Autorum superioribus aliquot seculis qui vixerunt, de discrimine potestatis Imperialis & ecclesiasticæ, Imperialisque praeminenti jurisdictione & autoritate: de Imperii Romani ad Germanos translatione: de juribus regni & Imperii: de commentitia Constantini donatione &c. tractatus aliquot, quorum catalogum cum temporis, quo singuli scripti sunt, adnotatione pagina aversa monstrat, collecti & conjunctim editi a Simone Schardio JCto.

Comprehendit autem hæc Sylloge eosdem Autores, quos paulo ante recensuimus, etsi alio ordine, nempe juxta seriem temporis, quo quilibet vixit, dispositos.

XLI. Ejusdem argumenti Scriptores collegit Goldastus in tractatu, cui titulus:

MONARCHIA S. ROMANI IMPERII, sive tractatus de jurisdictione Imperiali seu Regia, & Pontificia seu Sacerdotali, deque potestate Imperatoris ac Papæ, cum distinctione utriusque regiminis Politici & Ecclesiastici: Ex singulari mandato aus per-

Digitized by Google

missu Imperatorum Romanorum & Græcorum, nec non Regum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hungariæ, Angliæ, Bohemiæ &c. a Catholicis Doctoribus conscripti atque editi, & nunc iterum ex tenebris producti, recensiti ac oppositi tractatibus eorum, qui utramque potestatem in spiritualibus & temporalibus aut adulatorie aut imperite confundunt; studio atque industria Melchioris Goldasti Haiminsfeldii. Hanoviæ, MDCXII.

Divisum autem est hoc opus in tria volumina. Et PRIMO quidem VOLUMINE continentur:

I. Agobardi Archiepiscopi Lugdunensis epistola de monarchia Imperii Francici, & divisione Regnorum Italiæ, Galliæ, Germaniæ &c. inter hæredes Ludovici Pii Imperatoris, sub recognitione unius Monarchæ. Anno Domini 833.

II. Hincmari Archiepiscopi Rhemensis admonitio de potestate Regia & Pontificia, & de utriusque Regiminis administratione. A. D. 884.

III. Eutropii Presbyteri Longobardi tractatus de juribus ac privilegiis Imperatorum in Imperio Romano. A. D. 900.

IV. Petri Cassiodori Equitis Angli epistola de Tyrannide Pontificis Romani in jura Regni

Digitized by

gni & Ecclesiæ Anglicanæ. A. D. 1250.

V. M. Guilhelmi Ockami Monachi Franciscani & Professoris Parisiensis disputatio super potestate Prælatis ecclesiæ atque Principibus terrarum commissa. A. M. 1305.

VI. M. Henrici Chachemii Monachi Franciscani, & Cancellarii Imperialis in Aula Ludovici IV. Imperatoris, informatio de nullitate processuum Papæ Johannis XXII. contra Ludovicum Imperatorem. A. D. 1328.

VII. M. Guilhelmi Ockami tractatus de jurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus. A. D. 1342.

VIII. Anonymi Autoris tractatus de ætatibus ecclesiæ contra primatum & superioritatem Papæ. A. D. 1350.

IX. Nili Archiepiscopi Thessalonicensis de primatu Papæ Romani libri 2. A. D. 1360.

X. Rudolphi Prellæi Consiliarii Regii tractatus de potestate Pontificiali & Imperiali seu Regia, ad Carolum V. Regem Galliæ. A. D. 1370.

XI. Philothei Achillini Consiliarii Regii somnium viridarii de jurisdictione Regia & Sacerdotali. A. D. 1374.

XII. Parisiensis, Oxoniensis, Pragensis & Romanæ Academ. epistola de autoritate Imperatoris in schismate Paparum tollendo

Digitized by Google

&c. ad Urbanum Papam, & Wenceslaum Imperat. A. D. 1380.

XIII. M. Johannis Huſſi Rectoris Pragenſis determinatio de civili dominio Clericorum, quem de ablatione temporalium a Clericis inſcripſit. A. D. 1410.

XIV. Anonymi cujusdam Græci diſceptatio cum Cardinalibus Romanis de primatu Papæ.

XV. Barlaami Monachi de primatu Papæ libri 2. A. D. 1440.

XVI. Johannis Gerſonis Cancellarii Pariſienſis opuſculum de excommunicationis valore.

XVII. Ejusdem reſolutio circa materiam excommunicationum & irregularitatum.

XVIII. Antonii Roſelli JC. & Conſiliarii Cæſarii Monarchia.

XIX. Gregorii Heimburgii JC. & Conſiliarii Auſtriaci admonitio de injuſtis uſurpationibus Paparum Rom. ad Imperatorem, Reges & Principes Chriſtianos.

XX. M. Weſſeli Croningenſis tractatus de dignitate & poteſtate eccleſiaſtica. A. D. 1476.

XXI. Ejusdem propoſitiones de poteſtate Papæ & Eccleſiæ.

XXII. Ejusdem reſponſio de poteſtate Papæ, & materia indulgentiarum.

XXIII. M. Jacobi Almaini Doctoris Theologi Pari-

Parisiensis expositio de suprema potestate Ecclesiastica & Laica. A. D. 1512.

XXIV. Beati Rhenani Selestadiensis præfatio in Marsilii Defensorem pacis pro Ludovico IV. Imperatore, adversus iniquas usurpationes Ecclesiasticorum. A. D. 1522.

